V. 1317. Hecubae nomen non est in Havn. Mox Herm. legit τόν γε Περγ. κτ. Seidler. Περγάμων γε κτύπον, quae verba uterque choro adscribit, sequentia usque ad 1322. Hecubae.

V. 1318. Harl. ap. Burg. Havn. bis ἔνωσις, Havn. etiam ἅπαν pro ἅπασαν.

V. 1319. τρομερά semel Flor. Havn. Sic etiam Seidler. qui etiam mox φέρ' pro φέρετ'. At Herm.

ἰὼ
τρομερὰ, τρομερὰ μέλεα, φέρετ' ἐ-
μὸν ἴχνος, ἴτ' ἐπὶ
δούλειον ἁμέραν βίου.

V. 1322. 23. Talthybio tribuit Seidler. Choro Herm. quod Seidlero etiam placet.

NOTAE IN CYCLOPEM.

Arg. v. 2. *καί* ante *δουλεύοντας* non est in Ald. ut nec verba *τὰ δ᾽ ἄλλα ὡς παρ᾽ Ὁμήρῳ κεῖται* quae addita sunt a Barnesio.

V. 5. *ἔπειτα δ᾽* ex Heathii emendatione pro *ἔπειτά γ᾽*.

V. 7. Elmslei. in Classic. journ. 16. p. 431. et ad Soph. Oed. T. 808. delet *ἐς*, et iungit *ἰτέαν μέσην θένων δορὶ, Ἔκτεινα.* Idem in Classic. journ. recte *θενών* e Blomfieldii monitu ad Aesch. Theb. 378. Cf. Elmslei. ad Heracl. 272.

V. 15. Blomfield. gloss. Pers. 417. legendum putat *ἴθυνον*, quo Aeschylus l. c. utitur. Cf. ei. not. ad Pers. 779. Pro *λαβών* Scaliger (vid. Crenii Mus. philol. p. 57.) *λαχών*, quia *λαβὼν σκάφος* (hoc enim esse *ἀμφῆρες δόρυ*) dici non possit. Ego malim cum Heathio *ἀμφ. δόρυ* de clavo intelligere.

V. 27. Scal. *παῖδες μὲν οὗ μοί.* Ald. Herv. 1. 2. Brub. *Κλυτίων ἐν ἐσχ.* Canter. Barn. rell. *κλιτύων*, ut Flor. 1. 2. Vict.

V. 28. Ald. rell. *μῆλα νέα, νέοι πεφυκ.* Pierson. Veris. p. 142. *μῆλα νεανίαι πεφ.*

V. 30. Pierson. l. c. *γέρων* pro *μένων*, eleganter, sed non opus; *μένων* opponitur *τοῖς κλιτύων ἐν ἐσχάτοις νέμουσι μῆλα παισίν.* Tum Ald. rell. *τῷδε δυσσεβεῖ.* Vict. *τῷ τε δυσσ.*

V. 33. Ald. rell. *ἁρπαγῇ.* Vict. *ἁρπάγη*, ut iam Milton. scribendum coniecerat probante Barnesio. Florens Christ. *irpicem* intelligit i. e. *regulam cum pluribus* *dentibus, quam item est plaustrum boves trahunt, ut eruant, quae in terra sunt*, ut explicat Varro de l. l. IV, c. 31. Hesychio et Polluci *ἁρπάγη* uncus est, quo vasa e puteis trahuntur.

V. 37. *Σικινίδων* Flor. 1. 2.

V. 38. Ald. *ἡμῖν.* Herv. 1. 2. rell. *ὑμῖν*, ut Florr. Vict.

V. 39. *κῶμοι* edd. Flor. 1. 2. Vict. *κώμους* MSS. Steph. quod, vel potius *κῶμον*, probat Musgrav. Florens Christ. *κἄμοὶ συν.* Casaub. de sat. poesi p. 169. Cren. *κώμους συνασπίζοντ᾽* (pro *συνασπίζοντι*) *ἐς Α. δ.* *κώμους συνασπίζειν* dictum accipiens pro *κωμάζειν.* Porson. adv. p. 268. *κώμῳ συνασπ.* *Κῶμοι* verum esse non potest: nam Satyri unum tantum *κῶμον* faciunt, non plures *κώμους*. *Κώμους* vix aptum, quum *συνασπίζειν* non soleat cum accusativo iungi et quid est *Βακχίῳ προςῆτε? comitabamini Bacchum* vertit Casaub. l. c. contra vim vocis. Itaque Porsoni coniectura probanda videtur, quae eadem est Bothii.

V. 41. Vid. Herm. elem. doctr. m. p. 565.

V. 43. Flor. 1. 2. *νίση* Ald. rell. *νίσῃ*.

V. 44. Ald. reli. *οὐ τῷδ᾽*. Pariss. E. G. Flor. 1. 2. Vict. *οὐ τᾷδ᾽*, ut coniecit Scaliger, edidit Musgr.

V. 46. Ald. rell. *δινῶεν.* Par. G. Flor. 1. 2. Vict. *δινᾶεν*, ut edidit Musgr. Sequentia sic scribit Casaub. p. 169. *ἐν πίστραις κεῖται· πέλας δ᾽ ἄντρων· οὗ σοι βλαχαὶ τεκέων.* in quibus *οὗ* placet.

V. 49 sq. Ald. rell. *ψύττα. οὐ τάδ᾽ οὔ, οὐ τάδε νέμῃ.* et sq. v. *οὔτ᾽ οὖν κλ. δρ.* Vict. *οὐ τᾷδ᾽ οὔ, οὐ τᾷδε.* *οὖν* e sq. v. pro *οὔ* in hunc transtuli, et sq. v. e Par. G. scripsi *οὔτ᾽ αὖ.* Sed scribendum *νεμῇ* vel *νεμεῖ.* Nam in huiusmodi interrogationibus, excitandi vim habentibus, locus est futuro. Pro *κλιτύν* Flor. 1. 2. *κλιτήν.*

V. 51. *ὠή* metro adversatur: nam antistrophicus constat e palimbacchio, choriambo et syllaba. In fine deest syllaba, fortasse *τόνδ᾽*. Sed Bothius *ὠή! πέτρον τάχα ῥίψω*, deleto *σου.* Pro *ῥίψω* Flor. 1. *ῥίψον.* *ῥίψω σου* dictum est, ut *ἱέναι τινός* Soph. Ai. 154. *τοξεύειν*

τινός Il. δ', 100. ψ', 853 sq. (vid. Schaef. ad Lamb. B. p. 715.) etiam ὀρούειν τινός Pind. Pyth. 10, 95.

V. 52. Ald. rell. et Codd. ὑπάγω, ὑπάγω. Nostrum est ab H. Stephano, receptum a Barnesio. Sed nec hic versus respondet antistrophico.

V. 53. Corrupta vox στασίωρον.

V. 55. Verba μοι τούς om. Flor. 2. ab alia m. addita habet Flor. 2.

V. 60. Flor. 1. ἀμφιβάλου.

V. 61. Ald. Herv. 1. 2. Brub. λειποῦσα. Cant. λιποῦσα. Flor. 2. Vict. λιποῦσα (ει superscr.), in quo ει est ab al. m.

V. 63. Vict. bis τᾷδε.

V. 73. Legebatur Βακχεῖε.

V. 75. Flor. 1. σείεις. Flor. 2. Vict. σείεις, suprascriptum habentes alia m. ων.

V. 79. Both. δοῦλος ἀλαίνων σὺν τᾷδε τράγου | Χλαίνᾳ μελέᾳ.

V. 88. Ald. Herv. 1. 2. Brub. κεχρημένοι. Canter. rell. κεχρημένους. Elmslei. ad Heracl. 801. Add. φέρουσι κενὰ βορᾶς κεχρημένοι. Alterutrum necessarium est. Sed qua re inducti librarii φέροντας-κεχρημένοι scripserint, quum scriptum invenissent κεχρημένους, vix intelligas: mutatione structurae permotos φέροντας scripsisse pro φέρουσι non improbabile.

V. 93. Flor. 1. 2. Vict. ἀνδροβῶτα.

V. 94. Blomfield. ad Aesch. Pers. 176. scribi vult γένεσθ'. Vid. ad Hippol. 304.

V. 97. δίψους legi posse monet Blomfield. ad Aesch. Pers. 490. sed ibidem δίψος recentium Atticorum, δίψα antiquiorum videri addit. Cf. Duker. ad Thuc. VII, 87. — Ad λύβοιμεν repetendum est ἄν ex φράσαιτ' ἄν.

V. 99. ἔοιγμεν recte Ald. Herv. 1. Flor. 1. 2. Vict. pro ἐοίκαμεν Herv. 2. Brub. Canter. Musgrav. verba τί χρῆμα cum versu 100. coniungit, verbis Βρομίου πόλιν ἔ. εἰσβ. in parenthesi positis. Non opus; et mirantis personae accommodatius esse videtur per se positum τί χρῆμα, et reliqua sine copula addita. In Ald. nulla distinctio est post εἰςβαλεῖν, sed post ἄντροις. Nostra interpunctio est a Cantero.

V. 104. Huc pertinere Eustathii verba ad Od. p. 110, 15. Εὐριπίδης ἐπὶ συνετοῦ εἴρηκε τὸ δριμὺ, ὡς λέγει Ἀριστοφάνης ὁ Γραμματικός, monet Lenting. p. 93.

V. 108. ἤδεισθα. An ᾔδησθα, ut Bekker. in Plat. Euthyd. p. 277. E. (P. II. Vol. I. p. 405.) edidit, sed sine libris.

V. 120. Porson. Praef. Hec. p. XXXIV. οὐδ' ἕν οὐδ' εἷς οὐδ' ἑνός, quasi idem sit οὐδείς et οὐδ' εἷς, ac non hoc multo fortius neget, *ne unus quidem*.

V. 123. ῥοάς e Reiskii et Tyrwhitti emendatione pro ῥοαῖς.

V. 124. ἄχαριν. Par. E. G. Florr. 1. 2. Vict. ἄχορον, supra scripto tamen in Pariss. et Vict. ἄχαριν. Placet ἄχορον, Sileni imprimis personae accommodatum.

V. 131. Canter. ὅ δρᾶσον. Vid. ad Med. 597.

V. 136. citat Athen. XIV. c. 22. et ex eo Eustath. ad Od. δ'. p. 1485, 30. ubi Διὸς γάλα legitur pro βοὸς γ.

V. 142. Ald. rell. ὅν ἐξέθρεψα παῖδ' ἐγώ. Vir D. apud Musgrav. em. ταῖςδ' ἐγώ, et sic Flor. 1. 2. ταίδ' Par. G.

V. 148. Ald. rell. ἡδεῖάν γ' ἐμοί. Recte e Par. E. G. ἰδεῖάν δ' ἐμοί recepit Musgrav. Vid. Elmslei. ad Med. 940.

V. 152. Ald. rell. φέρ' ἐκπάταξον. de quo Casaub. de satyr. p. 167. ed Cren. *Iocosum est et* ἐκπατάσσειν *pro vinum ex utre effundere. Alludit autem ad sonum liquoris inclusi et in utre bilbientis, ut dixit Naevius: vel ad strepitum vini per angustum amici vicini canalem effluentis. Proprie est cum strepitu percutere et foras eiicere.* Pierson. Veris. p. 143. ἐγκάναξον, quod verum videtur, etsi Musgravii emendatio ἐκκάναξον propius ad vulgatam scripturam accedit. Sed ἐκκάναξον est ἔκπιε. Vid. Kuster. ad Arist. Equ. 105.

V. 154. Butler. ad Aesch. Ag. 294. scribit οὐ μὰ Δί' ἀλλ' ὀσφρ. quod facete ridet censor in *Edinb. rev.* n. 38. p. 498.

V. 157. Ald. rell. διεκάνεξέ σου. MS. Steph. Flor. 1. 2. Vict. διεκάναξε, ut edidit Canter.

V. 164. Flor. 1. 2. ὡς ἐκπιεῖν γ' ἂν κύλ. μαινοίμην μ.

V. 171. ὀρχηστύος Par. E. G. Flor. 1. 2. Vict. Ald. ὀρχηστούς Herv. 1. 2. Brub. ὀρχηστύς Cant.

V. 172. Ald. rell. et MSS. εἶτ' ἐγὼ κυνήσομαι. In margine Par. G. notatum: οὕτως ἦν ἐν τῷ παλαιῷ, ἐγὼ νκυνήσομαι. i. e. ἐγὼ οὐ κυνήσομαι. Tyrwhitt. coni. ἐγὼ οὐκ ὠνήσομαι, quod recepit Musgrav.

V. 175. Flor. 1. 2. διαλαλήσωμεν. Vict. διαλαλήσωμαι. Hic versus in Ald. rell. continuatur Sileno; Choro tribuendum esse monuit Tyrwhitt. sicut 177. 179 — 187.

V. 176. Flor. 1. πρὸς φίλους.

V. 181. Vict. ᾔδετε.

V. 188. Rectius videtur, quod Scaliger coni. ποιμνίων βοσκήματα, probatum etiam Musgravio.

V. 198. Ald. rell. ἐπεί τ' ἄν. Barn. An ἔπειτ' pro ἔπειτα, *tum sane* etc. Sic etiam Heath. — Tum στένει Ald. rell. et MSS. Recte Canter. στένοι. De constructione vid. ad Hipp. 471.

V. 203. tribuebatur Sileno, ut et v. 212 sqq. 215. 217. 219. Correxit Tyrwhitt. quem secutus est Musgrav.

V. 204. Ald. rell. οὐ Διόν. Pariss. E. G. Vict. Διώνυσος, ut edidit Barnes. οὐχὶ Διόν. est e coniectura Musgrav. et Brunck. ad Soph. Oed. T. 993. οὐχ ὁ Διόν. Porson. Adv. p. 268.

V. 206. Cf. Porson. ad Orest. 73.

V. 207. Ald. rell. ἢ πρός γε μαστοῖς εἰσιν; (Herv. 2. Brub. Cant. Barn. Musgr. εἶσιν) ἢ χ' ὑπὸ μητέρων. Optime Musgrav. delevit ἢ e principio versus repetitum. Lenting. p. 93. εἰσὶν, ἢ ὑπὸ μητέρων, in quo nec librarium χ' de suo addidisse probabile est, nec crasis ἢ ὑπό alibi obvia.

V. 208. πλευροῖς malit Elmslei. ad Heracl. 824. — σχοινίοις τ' ἐν τεύχεσι Ald. rell. σχοινίνοις e Scaligeri coniectura edidit Musgrav. et sic Flor. 1. 2. Vict. τ' om. Vict. τεύχεσιν Flor. 1. 2. Vict.

V. 213. Ald. rell. τ' ἄστρα. Vict. recte τἄστρα.

Ὠρίωνα secunda correpta probat Choeroboscus in Bekkeri anecd. p. 1433.

V. 215. Ald. rell. εὐπρεπής. Canter. εὐτρεπής ex H. Steph. emendatione, et sic Par. G. Florr. 1. 2.

V. 218. Casaubon. p. 169. ὅ γ' ἂν θέλῃς σύ. nempe γάλα. Sic etiam Reisk. ὡς ἂν θ. Flor. Christ. quamquam ad πίθον poetam respicere potuisse concedit.

V. 219. μή με κατ. Ald. rell.

V. 220. Reisig. comm. crit. in Soph. Oed. C. 45. ἐπεί τἄν.

V. 221. Arist. Par. 321 sq. μηδαμῶς πρὸς τῶν θεῶν Πρᾶγμα κάλλιστον διαφθείρετε διὰ τὰ σχήματα. ubi hunc locum adscripsit Bergler.

V. 227. πρόσωπον φαλακρόν comici coloris aliquid habet, quum proprie μέτωπον vel κάρα sit φαλακρόν, non πρόσωπον.

V. 230. Ald. rell. ὅτι τάδ' οὐκ. Par. E. Florr. 1. 2. τά σ' οὐκ i. e. τὰ σά, quod recepit Musgrav. ex eodem codice repositum iam a Markl. ad Suppl. 456.

V. 231. οὐκ ἦσαν. Sic recte Ald. Herv. 1. 2. Brub. et Florr. Vict. ἦσαν Par. E. ἴσαν Canter. ἶσαν Barnes. Vid. Pierson. ad Moerid. p. 174.

V. 234. Musgravii coniecturam ἐξεφροῦντο probat Gaisford. ad Hephaest. p. 242. ἐκφρεῖν novi, ἐκφρεῖσθαι nondum mihi occurrit. Cf. Hermann. elem. d. metr. p. 125.

V. 235. Ald. rell. κᾆτα τὸν ὀ. μ. Canter. κατὰ τὸν ὀ. μ. quod probat Casaub. iungens ἐξαμήσασθαι τὰ σπλάγχνα κατὰ τὸν ὀφθ. μ. Notanda autem constructio κατὰ τὸν ὀφθαλμὸν μέσον, quae est etiam v. 174. quaeque idem quod κατὰ μέσον τὸν ὀφθ. valere videri possit. Sed hoc interest inter utramque constructionem, quod κατὰ μέσον τὸν ὀφθ. esset *in medio oculo*, i. e. non imo, nec summo, sed *in media oculi parte*, κατὰ τὸν ὀφθ. μέσον, *in oculo, qui medius est* in facie vel in fronte, κατὰ τὸν ὀφθ. μέσον ὄντα. Adiectivum autem cum articulo vel praemittitur substantivo articulum adiunctum habenti, vel subiicitur, quando plures eiusdem generis res intelliguntur, quarum una aliqua medium

locum tenet, ut ἀποκέκομμαι τὸν μέσον δάκτυλον vel τὸν δάκτυλον τὸν μέσον.

V. 236. Recte Duportus ἐξαμήσεσθαι etiam propter sequentia ἀπολέψειν, ἀποδώσειν, καταβαλεῖν.

V. 237. ἀπολέψειν est e coniectura Ruhnkenii Ep. cr. II. p. 208. pro ἀποθλίψειν. Casaub. p. 170. ἀποδρύψειν.

V. 238. θάδώλια. Sic, vel potius θἀδώλια, recte Seidler. ad Iphig. T. 335. pro τὰ δώλια. Canter. θ' ἐδώλια, Barn. τὰ 'δώλια, ut est in Vict.

V. 240. ἢ 'ς μυλῶνα κατ. Sic Ruhnk. ibid. pro ἢ πυλῶνα κατ.

V. 241. Legebatur οὐκοῦν. κοπίδας — μαχαίρας figura est ἐκ παραλλήλου. Vid. ad Phoen. 1135. 1517.

V. 242. Ald. rell. φάκελλον. Scribendum esse φάκελον monuit Casaubon. p. 170, et sic Par. E. Flor. 1. 2. Vict. Vid. Duker. ad Thuc. II, 77. Pierson. ad Moerid. p. 394.

V. 243. Flor. 1. 2. Vict. ᾧ σφαγ.

V. 244. Ald. rell. πλήσσουσι. Canter. Barn. πλήσουσι, ut Flor. 1. 2. Vict. Malim tamen πλήσωσι, quod in margine habet Barnes. — ἐπ' ἄνθρακος Ald. rell. ἀπ' ἄνθρακος Flor. 1. 2. ut coniecerunt Reisk. Heath. Ruhnken. ap. Musgrav.

V. 245. Si lectio sana est, duae constructiones confusae esse videntur, altera πλήσουσι νηδὺν τὴν ἐμὴν ἔδοντος τοῦ κρεανόμου, altera πλήσουσι νηδὺν ἐμοὶ ἔδοντι τῷ κρεανόμῳ. Nam quod interpres dedit, *quum edam cibum a carnium distributore coquo mihi datum* vix quisquam probaverit. Ruhnken. malebat τοῦ κρεανόμου.

V. 247. Ald. rell. Flor. 1. 2. Vict. δαιτὸς ἱμεροσκόου. Correxit H. Stephanus. Cf. Valcken. ad schol. Phoen. p. 690. not. 18. Par. E. G. ἱμεροσκόου (ἡ supra).

V. 251. Ald. rell. ἡδιόν ἐστιν. Canter. ἥδιον ἐστιν — οὐ γάρ αὖ νεωστί γε. Ald. rell. οὖν est e coniectura Reiskii, et respondet fere Latinorum *ut omnes scimus*.

V. 252. Ald. rell. πρὸς ἄντρα τὰ σ' ἀφ. E Barnesii coniectura pro τὰ σ' dedi ταῦτ'.

V. 254. Pierson. ad Moerid. p. 155. em. ἡμεῖς βορὰν χρήζοντες ἐμπολῆς λαβεῖν, *nos cupientes cibum pro mercibus accipere, emere.* ἐμπολῆς probat Lenting. p. 94. ita tamen ut βορᾶς servet: constructionem enim hanc esse, ἡμεῖς χρήζοντες βορᾶς (ὥςτε) λαβεῖν (αὐτὴν) ἐμπολῆς. Debebat dicere constructiones duas mixtas esse, χρήζοντες βορᾶς et χρήζοντες βορὰν ἐμπολῆς λαβεῖν. nam ille usus particulae ὥςτε a lingua graeca alienus est. At quidni ἐμπολὴν λαβεῖν accipiamus ἐμπολᾷν, *emere*? Vid. H. Steph. Thes. T. III. p. 643. Ut obiter moneam, in Soph. Ai. 978. ἆρ' ἠμπόληκας videtur esse, *an lucrum fecisti*, id est *adeptus es id quod optabas et in lucro ponebas.* Cf. 967 sq. Hermannus, qui quod ἐμπολᾷν significet *negotiari, negotium transigere*, ἠμπόληκας vertit *perfecisti, du hast vollendet*, vereor ne in *fallaciam figurae dictionis*, quam Logici vocant, inciderit.

V. 258. Ald. rell. τούτῳ. Barnes. in marg. τούτων.

V. 260. ἐπεὶ γ' ἐλήφθη coni. Heath. probante Valck. ad Hippol. 955. Vid. ad 234.

V. 261. Lenting. l. c. malit κακῶς ἄρ' ἐξ.

V. 267. Ald. rell. μὴ τά δ' ἐξ. Parr. E. G. (vid. etiam Markl. ad Suppl. 256.) Flor. 1. 2. Vict. μὴ τά σ' ἐξ. ut edidit Musgr.

V. 268. Ald. rell. ξένοι σοι χρ. Correxit H. Steph. adstipulantibus Flor. 1. 2. Vict. — κακοί contra Musgr. recte defendit Lenting. p. 94. afferens Troad. 448.

V. 270. Ald. ἔγωε τοῖς ξ. haud dubie vitio operarum. Herv. 1. ἔγω τοῖς ξ. Herv. 2. Brub. ἔγω οὐ τοῖς ξ. ne accentu quidem mutato. Tandem H. Steph. ut Vict. ἔγωγε, cui debetur etiam περνάντα v. sq. ut est etiam in Flor. 2. Vict. pro περάντα.

V. 273. Ald. rell. τοῦδε τοῦ *P.* MSS. Steph. τόνδε τοῦ *'P.* — *Τῷδε τοῦ 'P.* est e Canteri coniectura.

V. 274. Ald. rell. Florr. Par. G. πολλά πέπονθα. MSS. Steph. πολλῷ πεποιθα. πέποιθα etiam Florr. 1. 2. Vict. Idem habere videntur Pariss. Ego πλείω πέποι-

θα dedi, e mea coniectura, an aliunde sumtum, non memini; nec nunc poenitet lectionis receptae.

V. 280. *οἵ μετήλθεθ'* i. e. *Ἑλένης ἁρπαγὰς μετερχόμενοι* (*τιμωρούμενοι*, ut Orest. 413. Iphig. T. 14.) *Ἰλίου πόλιν ἤλθετε.*

V. 283. Flor. 1. *εἴτινες μιᾶς χ.*

V. 290. *νεῶν* Ald. Herv. 1. 2. Brub. Flor. 1. 2. Vict. *ναῶν* Canter. Barn. Musgr.

V. 291. Ald. *εἰρυσάμεσθα.* et sic Codd. MSS. Steph. *ἱδρυσάμεσθα*, quod receperunt Canter. Barn. Musgr. *ναοὺς* vel *ναῶν* (*νεῶν*) *ἕδρας ἱδρύεσθαί τινι* proba est locutio: *σὸν πατέρα ἔχειν ναοὺς ἱδρυσάμεσθα* dubito an simili locutione defendi possit, nisi forte constructionem e duabus mixtam dicas, altera *πατρὶ σῷ ναοὺς ἱδρυσάμεσθα* et *πατέρα σὸν ναοὺς ἔχειν ἐποιήσαμεν.* At nec *ἱδρύσασθαι* Neptuno templa dici poterant Graeci qui Troiam expugnaverant, sed templa, quae iam antea erant, tutati esse. Itaque eiecta forma Ionica, quae ex Homeri lectione librariis familiaris facta erat, scripsi *ἐῤῥυσάμεσθα*, i. e. *ἐῤῥυσ. τὸ τὸν σὸν πατέρα — ἔχειν νεῶν ἕδρας. νεῶν* autem est a *ναῦς*, ut recte monuit Musgr. non a *νεώς*, qua vocis forma Tragici, si recte memini, pro *ναός* non utuntur.

V. 292. *ἱερεύς* Ald. rell. Par. G. Flor. 1. 2. *ἱερός* MSS. Steph. Par. E.

V. 293. *Σουνίῳ* minus recte Musgravio obsecutus scripsi pro *Σουνίου*. Genitivum locum designantem satis tuentur loca a Schaefero ad Lamb. Bosii ell. p. 697. adscripta, quae ipse mutanda censet. Cf. ad Hippol. 153.

V. 296. Par. G. Flor. 1. 2. *δύςφρονά γ' ὄν.*

V. 299. Ald. rell. *ἀποστρέφῃ.* MSS. Steph. *ἀποστρέφου.* Si locus sanus est, vertendus: *secundum leges mortalium a crudelitate tua te avoca, et ad sermonem meum attende. νόμοι θνητοί* pro *νόμοι θνητῶν*, ut *τὰ θνητὰ πράγματα* Alc. 796. nisi forte *νόμοις θνητοῖς* e *λόγους* pendet.

V. 302. Ald. *ἀμφιβουπόροισι* una voce. In duas divisit Flor. Chr. et Barnes. ut factum in Florr. Vict.

V. 313. Flor. 1. 2. Vict. *τῶν γὰρ κρεῶν.*

V. 314. Lenting. p. 94. *ἣν δὲ τὴν γλ. δ.* At inter *γλῶσσαν* et *τὰ λοιπὰ τῶν κρεῶν* nulla est oppositio. Sensus est: *nullam carnium huiusce partem praetermitto: nam cum reliquae iucundae tibi erunt, tum lingua eius loquacem te reddet.*

V. 315. Hinc glossam Hesychii emendat Ruhnk. ep. crit. p. 135.

V. 321. *ὅ τι* est e coniectura Markl. ad Suppl. 518. Sed vix opus erat *ὅτι* mutari.

V. 326. *εὖ τέγγων τε* e Reiskii coniectura pro *ἐν στέγοντι.* Scaliger. coni. *εὖ στέγων τε γαστέρ' ὕπτ.*

V. 327. 8. Musgrav. *πέδον κρούω*, *terram pedibus pulso*, i. e. *salto*, *tripudio.* Ita intelligitur, cur additum sit, *Διὸς βρονταῖσιν εἰς ἔριν κτυπῶν.* Catulli locus 32, 10. *et satur supinus Pertundo tunicamque palliumque*, in quo obscoeni quid inesse videtur, comparari vix potest.

V. 329. Scribe *Θρῄκιος.* Ald. Herv. 1. *θρηίκιος.* rell. *θρηΐκιος.*

V. 333. *τίκτουσα* Plut. II. p. 435. B. *φύουσα* Athenag. legat. p. 103. Valcken. Phoen. 34. *Porson. Adv.* p. 268.

V. 334. Ald. *ἃ ἐγώ.* Florr. 1. 2. Vict. *ἅ 'γώ.*

V. 336. Ald. rell. *τοῦ πιεῖν.* Reisk. et Musgr. *τοὐμπιεῖν.* Cf. Porson. ad Arist. Pac. 1143.

V. 337. *σώφροσιν* Flor. 1. 2. pro *σώφροσι.*

V. 343. Barnes. edidit *τὸν λέβητα*, quod *τόνδε* non nisi *δεικτικῶς* accipi possit, nondum autem in antro sint, ubi lebes iste fuerit. Ita *τὸν πατρῷον λέβητα* dictum esset. Tamen in *τόνδε* ego quoque haereo.

V. 344. Flor. 1. *ἀμφέξῃ. δυςφόρητον* Barnes. interpretatur, *pinguem.* Scaliger coni. *διαφόρητον*, non male, modo *διαφορεῖν* esset simpliciter *discerpere*, ac non *discerpti membra huc illuc portare*, quod ferae faciunt. vid. ad Herod. p. 514, 6. 15.

V. 346. Ald. rell. *ἀμφὶ κῶμον.* MSS. Steph. Flor. 1. 2. *ἀμφὶ βωμόν.*

V. 353. Ald. rell. *φαεινῶν*. Flor. 1. 2. Vict. *φαεννῶν*.

V. 354. *Ζεῦ Ξένι᾽, ὅρα τάδ.* Sic distinxit Canter. pro *Ζεῦ, ξένι᾽ ὅρα τάδ᾽*.

V. 355. Vict. *Ζεύς*.

V. 356. Scaliger ponendum *ἡμιχ.* non *χο.* iudicat, quem secutus est Barn. At verum non est, quod ait Scal. dimidium chori progressum antro iam paratis epulis Cyclopem invitare, alterum semichorium intus relictum esse.

V. 358. *ἀποχναύειν* una voce Ald. rell. *ἀ. ἄπο χν.* Toup. ad Suid. T. II. p. 269. et Musgrav. Porson. tamen ad Toup. T. IV. p. 476. Florentis Christiani emendationem, *ἀνθρ. ἀπολαύειν*, praefert. Pro *ἀνθρακιᾶς* Vict. *ἀνθρακίας*.

V. 559. *βρύκειν* et v. 371. *βρύκων* Casaub. pro *βρύχων*. Vid Pierson. ad Moerid. p. 99. coll. Buttmann. ad Soph. Phil. 745. — *κρεωκοπεῖς* Flor. 1. 2.

V. 360. Flor. 1. *δασυμάλλων* et *καινόμεθα*.

V. 362. *μόνος μόνῳ κομ. π. σκ.* ***Solus soli mihi confer hanc celocem***, ut Plautus, fortasse huc alludens, loquitur; vult eum integram famem ad has epulas adferre. ***Scal.*** Locus Plauti Poenul. III, 1, 40. vix comparari potest. Dubitari non potest, quin v. 361. ad alium quemdam orationem convertat Chorus, fortasse ad Ulyssem, etsi absentem. Superiora autem cum indignatione quadam proferebantur. Versui 363. Barnes. auctore Scaligero praescripsit *Ἡμιχ.* ut semichorium intelligeretur modo foras egrediens.

V. 365. *ἀποβ. ἄν.* Sic Ald. Herv. 1. *ἂν* Herv. 2. Brub.

V. 369. Ald. *ξενικοὺς ἱκτῆρας.* Heracl. 764. *ξένους ἱκτῆρας.* et sic Both. Post *δωμάτων* Flor. 1. inserit *τ᾽*.

V. 372. Ald. *δαιννύμενος*.

V. 376. Ald. rell. *μῶν γε θοινᾶται.* Recte Reisk. *μων τεθοίναται*, quod probat etiam Elmslei. ad Med. 1334. not. f.

V. 378. Pro *ἀθρήσας* Canter. *ἀθροίσας*, quod recte refutare videtur Barnes. iudice Elmsl. ad Heracl. 341. Pierson. apud Valk. diatr. p. 172. *σταθμήσας*, eleganter.

Certe *ἀθρήσας*, si vertas *conspicatus*, non satis convenit sequenti *ἐπιβαστάσας*. Sed est *contemplari*, ut Electr. 831. 843.

V. 379. Ald. Flor. 1. *ἐντρεφέστατον*. Correxit Barnes. post Scaligerum, qui *εὐτραφέστατον* reponebat. et *εὐτρεφέστατον* Flor. 2.

V. 381. *πετραία χθών* de *rupe* insolita locutio, ad quam recte offenderunt Reisk. et Musgr.

V. 386. *ἔστησεν* Ald. rell. *ἔστρωσεν* Pierson. Veris. p. 145. *ἔνησεν* Reisk.

V. 391. Lobeck. ad Aiac. 40. coni. *ἐπέστησεν π.*

V. 393. *ξεστοὺς δὲ δρεπάνῳ γ᾽, ἀλλὰ* Ald. Herv. 1. Flor. 2. Vict. *γ᾽* in hac lectione om. Flor. 1. Sed Herv. 2. Brub. *ξεστὺς δ᾽ οὐ δρεπ.* Canter. nov. lect. 6, c. 19. *ξεστοὺς δὲ δρεπάνῳ οὔ γ᾽, ἀλλά.* Casaub. de satyr. poesi 1, 6. p. 159. ed. Cren. citat *ξεστούς δρεπάνῳ γ᾽ οὐκ, ἀλλὰ π. κλ.* Barnes. *ξεστοὺς δρεπάνῳ οὐ γ᾽, ἀλλά* — Canterum, relinquentem *δέ*, grammaticae negligentiorem esse criminatus. Musgrav. edidit *ξεστοὺς δ᾽ οὐ δρεπάνῳ, τἄλλα π. κλ.* Si particulum negantem addes, *δρεπάνῳ οὔ*, vel *δρεπάνῳ γ᾽ οὐκ* (*οὔ γε* vix usquam reperias) sensus erit, quasi *falx venatoria*, *δρέπανον*, proprium sit et idoneum poliendo instrumentum, ***verua non falce polita***, sed - - quod absurdum est. Possit ante *ἀλλά* omissum *οὐ μόνον* videri cuius usus exempla vid. ad Lamb. Bos. ell. p. 788. sed, ubi *ἀλλά* hoc modo accipi potest, apud antiquiores certe, v. c. Xen. Mem. S. II, 3, 8. Isocr. *π. ἀντιδ.* p. 117. ed. Orell. hoc non fit, nisi et praegressa et sequente negatione. An legendum: *ξεστοὺς δὲ δρεπάνῳ, τἄλλα παλιούρου κλάδῳ?* *τἄλλα* iam Scaliger, sed sic: *ξ. δὲ δρεπάνῳ τἄλλα, παλιούρου κλάδων.* ***Verua***, inquit, ***ex paliuri durissimi ligni ramis aut sudibus praeustis quidem igne acumine, reliquo hastili falce dedolata.*** quod vereor ut intelligam.

V. 396. Ald. rell. *δίδου μαγείρῳ.* MSS. Steph. *Ἅιδου μαγ.* quod receperunt Canter. Barnes. Musgrav. Tum vulgo *δύω*.

V. 397. Paris. ap. Markl. ad Suppl. 94. *τινὶ ῥυθμῷ.* Initio versus Flor. 1. 2. *ἔσφαζ᾽*.

V. 400. Ald. *λίθον.* Par. E. G. Flor. 1. 2. Vict. *λίθου,* ut iam edidit Canter. Tum Scal. *πρὸς ὀξὺν στόνυχα,* non *γ' ὄνυχα.*

V. 403. Vulgo *τάδ' εἰς λ.*

V. 409. Porson. adv. p. 268. *φάρυγος αἰθέρ' ἐξανεὶς βαρύν.* Cf. id. ad Arist. Equ. 523. *ἐξανιείς* citat Athen. I. p. 23. E. Sed tempus minus convenit; et *ἱέναι* primam corripit etiam Iph. A. 1088. Iph. T. 288. Nec *φάρυγγος* quidem mutari necesse erat; vid. v. 558. 640. etc.

V. 412. Flor. 1. 2. Vict. *ὦ τοῦ ποντ. θ.* fortasse recte

V. 416. *τ'* post *ἔσπασεν* addit Barnes.

V. 418. Flor. 1. *πρὸς καλόν.* 2. *πρὸς καλόν.* (supra scr. *ῆ*)

V. 421. *τρώσει* Ald. et Codd. quod Canter. e coniectura restituit, quum in Herv. 1. 2. Brub. irrepsisset *δρώσει,* quod Musgr. falso Aldinae tribuit.

V. 422. Ald. *ἐπ' ἐγχέων.* Correxit Barn. post Aemil. Portum.

V. 424. Cf. ad Alc. 560.

V. 425. Ald. *ἐπήχει.* ut etiam Musgrav. *ἐπηχεῖ* Barn.

V. 427. *οὐ χρῄζετε* pro uno verbo habendum; alioquin esse deberet *εἴτε μὴ χρῄζετε.* Vid. ad Med. 88.

V. 429. Ald. rell. *Δαναΐδων νυμφῶν μ.* E coniectura Casauboni, qui *Ναΐδων, Ναιάδων* edidit Musgrav. Cf. Valck. ad Phoen. 1669.

V. 433. Ald. rell. *πτέρυγας ἀλύει.* Egregia emendatio est Musgrav. *πτέρυγα σαλεύει:* nam gravis animi perturbatio, qualem designat *ἀλύειν,* non cadit in Silenum. Casaub. p. 171. coni. *λελημμένος πτέρυγος, ἀλύει.*

V. 435. Ald. rell. *ἀναλαβοῦ Κύκλωπι.* Emendavit H. Steph.

V. 439. Ald. rell. et Codd. *καταφαγεῖν,* in Par. E. G. tamen supra scripto *φυγεῖν.* *κατεκφυγεῖν* est ex emendatione Scaligeri.

V. 440. Vulgo *δὴ νῦν.*

V. 445. Ald. rell. *βακχίῳ ποτῷ.* Flor. 1. 2. Vict. *βακχίου.*

V. 446. Ald. rell. *ῥυθμοῖσί νιν.* MSS. Steph. *ῥυτῆρσί νιν.* Casaub. p. 171. *ῥυσμοῖσι* „*ῥυσμός tractio. Cogitas securum in comissatione clam pede trahere et iacentem perdere.* Reisk. *ῥωγμοῖσι.* Sed recte Tyrwh. *δρυμοῖσί νιν.*

V. 450. Casaub. *ἀπαλλάξω.* Repete *μενοινῶ.*

V. 457 sq. Ald. rell. *βαλὼν Κύκλ. ὄψιν ὄμματ' ἐκτ. π.* Piersonus, quum *ὄμματα* Cyclopi *μονοφθάλμῳ* non viderentur convenire, corr. *βαλῶ — ὄμμα τ' ἐκτ.* Neque tamen dissimulandum, *ὄμματα* Cyclopi tribui etiam v. 468.

V. 463. *εὑρήμασιν* Flor. 1. 2. *εὑρήμασι* Ald.

V. 466. Flor. 2. *ἀποστέλλω,* supra scr. *στελῶ* ab eadem m.

V. 467. Respici videtur ad *δαλόν,* quo, aqua lustrali merso, sese conspergebant templum intrantes, de quo more locum accepit Flor. Christ. Vid. Hesych. v. *δαλόν.* Casaub. ad Theophr. c. 16.

V. 471. Legebatur *ἀροίμην,* contra metrum. Vid. Brunck. ad Soph. El. in.

V. 473. Paris. E. G. Vict. *ἐκθρύψομεν* (supra scr. *τρί*) Scalig. *ἐκθλίψομεν.*

V. 474. Ald. *ἐξεπίστασθε.* Par. E. G. Flor. 1. 2. *ἐξεπίστασαι,* ut iam edidit Musgr.

V. 479. Ald. rell. *ἐμοῦ φίλους.* Scaliger *ἐμοὺς φίλους.*

V. 481 sqq. His versibus in Ald. rell. praeponitur *Χο.* versui 485. *Ἡμι.* versui 492. *Ἡμι.* et sic etiam Codd. Pro *Χο.* scripsi *Ἡμιχ.*

V. 482. Ald. rell. *δαλῷ.* MSS. Steph. Flor. 1. 2. *δαλοῦ,* quod receperunt Canter. Barn.

V. 485. Ald. addit *ᾠδὴ ἔνδοθεν,* quam annotationem esse Grammatici, cantum Cyclopis ex antro audiri significantis, s. *παρεπιγραφήν,* recte monuit Tyrwhitt.

V. 488. *χωρεῖ γε πετρ.* Ald. *γε* om. Flor. 1. deletum in Flor. 2.

V. 492. De sqq. vid. Herm. elem. d. metr. p. 496. *εὐιάζει* i. e. *βακχεύει* s. *βακχιάζει.* ut explicat Elmslei ad Bacch. 1033.

V. 495. Ald. *ὑπ' ἀγκαλίζων.* Una voce primus scripsit Barnes.

V. 498. Ald. *μυρόχριστος λιπαρός*. Reisk. *μυρόχριστον λιπαρόν*, rectius Scaliger *μυρόχριστος λιπαρόν*. citans Horat. Carm. II, 7, 7. *coronatus nitenteis malobathro Syrio capillos.* Idem v. 497. corr. *χλιδανὴν ἕ. ἑταίραν.* Ad fores amicae autem cantat *θύραν τίς οἴξει μοι;*

V. 500. Hermann. l. c. *πά, πά, πᾶ.* Similiter Bothe et Lenting. p. 94. Versus ratio, inquit, legi vult: *παπαπαί.*

V. 501. *ἥβη* voluptatem significat, quae e conviviis capitur. Vid. Interpr. ad Hesych. T. I. p. 1597. not. 6. Hic ex abundantia quadam additum *δαιτός*. *δέ* om. Flor. 1.

V. 502. Ald. *ὡς γεμισθείς*. *ὥς γ.* Vict.

V. 504. *εὔφρων* iungendum cum *ὑπάγει*, *εὔφρων ὢν ὑπ.* non cum *ὁ χόρτος*.

V. 507. Ald. *φέρ᾽ ἀσκὸν ἐν δόμοις*. Paris. E. Flor. 1. 2. *φέρ᾽ ἀσκὸν ἔνδος μοι*, quod recepit Musgrav. Recte autem Herm. post *φέρ᾽* interpunxit.

V. 508. *ὄμμασιν* Flor. 1. 2. pro *ὄμμασι*.

V. 509. Scaliger *καλός* Ald. et Codd. *μελάθρων*. Canter. *μέλαθρον*.

V. 511. Ald. *λύχνα δ᾽ ἁμμένα δάϊα*. Cant. et Scalig. coni. *λ. δ᾽ ἁμμ. δαίει.* quae parenthesi includenda esse monet Scaliger ut iungentur *φιλεῖ τις ὑμᾶς* (sic) *σὸν χρόα θ᾽, ἃς τέρ. ν.* Par. G. *λ. δ᾽ ἁμμένει δ.* Flor. 1. 2. *ἀμμεί δάϊα.* Vict. *ἀμμένει*, i. e. *ἀναμένει*. *ἀμμένει* Barnes. iam commemorat, et legendum coni. Reiske. Herm. l. c. *λύχνα δ᾽ ἁμμένει διαὶ σον Χρόα.* Equidem *ἁμμένει* non intelligo. Barnes. sic locum explicat: *λύχνα ἡμμένα δάϊα, ἤγουν, δαλὸς, ὡς λύχνος ἡμμένος, δήϊον σὸν χρόα τυφλώσων μένει.*

V. 512. Herm. *χὼς τερείνᾳ Νύμφᾳ*, deleto puncto post *ἄντρων*, et *δ᾽* post *στεφάνων* v. 514. ut iungantur *στεφάνων οὐ μία χροία ἐξομιλήσει* (*σοι*) *ὡς τερείνᾳ Νύμφᾳ.* recte.

V. 517. Ald. rell. *πιών*. MSS. Steph. *πιεῖν*. Lenting. p. 94. coni. *οὐ πιεῖν*.

V. 522. Ald. rell. Flor. 1. 2. *οἴνους ἔχων*. Canter. *οἴκους*.

V. 523. Ald. rell. *τιθεῖ*. *τιθῇ* est a Porsono ad Orest. 141.

V. 524. *δῶμ᾽* e Piersoni coniectura Veris. p. 145. pro *σῶμ᾽*. *δέρμασιν* Flor. 1. 2. pro *δέρμασι*.

V. 525. Ald. rell. *ἤ τὸ δ.* quod nihil attinebat mutari.

V. 527. Ald. rell. *μέτων οὖν*. Par. G. Flor. 1. 2. *μέτων νυν*. ut iam edidit Barnes. e coniectura Canteri.

V. 538. *λαχνῶδές γ᾽ οὖδας* Porson. ad Phoen. 1638. Advers. p. 38. pro *λαχνῶδες τοὖδας*.

V. 541. *ἰδού* deest in Flor. 1. *τίθεις* (η supra) Flor. 1.

V. 543. *κάτθες*. Sic Ald. et MSS. *κάτθ᾽* Flor. 1. *κάθες* Herv. 1. 2. Brub. Canter. *κατάθες* Barn. e coniectura Casauboni p. 172. et Scaligeri.

V. 547. Lentingio p. 94. Sileno tribuendus videtur; iniuria.

V. 551. Ald. rell. *ἐπεί μου φῄς*. Correxit Florens Christianus.

V. 552. Tyrwhitt. *ἔγχει. πλέων δὲ τὸ σκύφος· δίδου μόνον.* eleganter, nisi quod in eiusmodi *μιμήσει* vix accomodatum est *δέ*. Scribi possit *πλέων δὴ τὸ σκύφος· δίδου μόνον.* Cf. Theocr. Adoniaz. 30.

V. 554. *δὸς οὕτως* Par. E. G. Flor. 1. 2. quo firmatur Tyrwhitti correctio, *δὸς οὖτος*, probata etiam Porsono ad Arist. Vesp. 632. De *ἀπολεῖς* vid. ad Hipp. 328. Tum Flor. 1. 2. Vict. *πρὶν ἄν γέ σε.*

V. 556. Ald. rell. *ὦ οἰνοχόος*. *ᾡνοχόος* iam Barnes. e monitu Canteri nov. lect. II, 7. Mox *ναί* om. Flor. 1. 2. *ὦνος* Ald. *ᾦνος* Canter. Barn. et sic Vict.

V. 557. Scribe *λήψει*.

V. 559. Flor. 1. 2. *θὲς νὺν* (sic) *τὸν ἀγκ.* sed in 2 supra *νὺν* scriptum *δή* alia manu.

V. 560. *ὥςπερ μ᾽ ὁρᾷς*. Flor. 1. 2. Vict. pro *ὥςπερ ὁρᾷς*, ut iam edidit Barnes.

V. 561. Casaub. *χὤςπερ νῦν ἐμέ.* Probabiliter vulgatam explicavit Barnes.

V. 563. Ald. *ἡ ἄμπελος.*

V. 567. σιγῶντα χρή vulgo. Correxit Casaubon.

V. 574. τοῦ Διός τε Flor. 1. 2. Vict. pro τοῦ Διὸς δέ.

V. 576. αἱ Χάριτες. Sic Ald. Herv. 1. 2. Brub. non εἰ χάριτες, ut narrat Musgrav. quod vitium est ed. Canterianae, propagatum a Barn.

V. 578. Vitiose Herv. 1. 2. Brub. Cant. ἥδομαι δὲ πῶς. Ald. ἥδ. δέ πως.

V. 580. interrogative legi vult Lenting. p. 94. recte ut videtur.

V. 581. Vulgo ἐγὼ 'κ τοῦ Δαρδάνου. quod vitium tam manifestum mihi visum est, ut non dubitarim scribere ἐγὼ 'κ τοῦ Γαργάρου. Sed est e Dardani domo, ut recte cepit Musgrav.

V. 583. Elegans est emendatio Casauboni κἀντρυφᾷς πεπωκότι. Vulgatam certe vel non intelligo, vel nimis languidam esse video.

V. 584. πικρότ. ὕπνον Ald. rell. πικρ. οἶνον Par. E. G. Flor. 1. 2. Vict. in marg.

V. 586. Legebatur ἔνδον μὲν ἀνήρ.

V. 587. Ald. rell. φάρυγγος ὠθήσῃ· ὠθήσει Par. G. Flor. 1. 2.

V. 592. Ald. rell. μαθεῖν. Par. G. Flor. 1. 2. Vict. παθεῖν, ut edidit Musgrav.

V. 592. Ald. rell. et Codd. ἀπαλλαγμόν. unde Scaliger. fecit πρίν τι τὸν πατέρα μαθεῖν ἀλαλαγμόν, quod recepit Barnes. ἀπάλαμνον est e Canteri coniectura. Paulo post Ald. rell. τἀνθένδ', recte. τἀνθάδ' Barnes. Musgrav. e Scaligeri coniectura. E Florr. nihil notatum ut hos etiam τἀνθάδ habere coniicias.

V. 595. ἀπαλλάχθηθ' ἅπαξ non *libera nos*, ut vertit Aem. Portus, sed *libera te uno ictu*: nam, ut omnibus diis, sic Vulcano molestus esse fingitur Polyphemus.

V. 599. Flor. 1. 2. αὐτήν τε.

V. 606. In Ald. rell. punctum est post κόρας, quod nunc verius videtur, ne τάχα et ἤδη in una sententia coniungantur. ὀλεῖ sc. Κύκλωψ. Post ἠνθρακωμένος nulla est interpunctio in Ald. Equidem utramque interpunctionem coniungam: πυρὶ γὰρ τάχα φωςφόρους ὀλεῖ κόρας. ἤδη δαλὸς ἠνθρακωμένος· κρύπτ.

V. 624. Ald. Herv. 1. διά πυρός δ' ἐστι κ. Herv. 2 sqq. διάπυρος, et sic Flor. 1. 2. Vict. διάπυρος ἔξεστι Flor. 1.

V. 625. chori personam praefigunt Herv. 2. Brub. rell.

V. 626. Ald. rell. καὶ τὸν μοχλόν. καυστόν est e Scaligeri coniectura. Sed Pierson. Veris. p. 148. versum 629. post 625. transponit, ἑστῶτες in ἑστῶτας mutato, contra recte Musgr. monet bis idem dici. ἐκκάειν Flor. 1. Vict. pro ἐκκαίειν Ald.

V. 628. Scal. et Canter. μικρότεροι, quod Barnes. vertendo expressit. Vulgatam defendit Casaub. de sat. poes. p. 172. qui p. 166. Satyri *praeclaram operam*, inquit, *se navare posse confirmant, quia sint staturae grandioris.* Itaque μακρότεροι ὠθεῖν accepit *staturae grandioris sumus, ita ut eo facilius trabem in oculum impellere possimus*; quod ut per se consuetudini Graecorum repugnat, qui infinitivum post comparativos ita ponunt, ut ἢ ὥςτε cogitari possit, tum consilio loci non convenit; nam causas praetexunt Satyri, cur adiuvare Ulyssem nequeant. Legendum vel μακρότερον vel μακροτέρῳ.

V. 629. Ald. rell. πρὸς τὸν ὀφθ. Flor. 1. 2. ἐς τὸν ὀφθ.

V. 631. Ulyssi tribuebatur, ut et v. 633. Musgrav. totum versum cum sq. semichorio adscripsit.

V. 633. τὰ γ' ὄμμ. Par. G. Flor. 1. 2. pro τάδ' ὄμμ.

V. 634. Ald. rell. μέτεστιν ἡμῶν κόνεως. Optime Scaliger. μέστ' ἐστιν. κόνεος Musgrav. pro κόνεως, Barn. κόνιος, quae forma Ionum est.

V. 635. Puto ὥνδρες.

V. 638. Non debebam notam interrogationis delere, quae in Ald. est post τυπτόμενος, sed eam post πονηρία transponere. Sed Barnesium et Musgravium erroris duces habui.

V. 642. ἤδη σ' Heath. Pierson. ad Moer. p. 174.

Valck. ad Hipp. 405. pro ᾔδειν σ᾽. (Canter ᾔδει σ᾽.) Cf. Porson. et Dobraeum ad Arist. Eccl. 646. Vesp. 633.

V. 653. Ald. et Codd. τυφέτω, καιέτω. Correxit Musgr.

V. 655. Flor. 1. 2. δ᾽ pro σ᾽.

V. 658. Ald. μέλπε μοι τόνδε Κύκλ. Par. G. Flor. 1. 2. Vict. τόνδ᾽, ὦ Κ.

V. 666. Porson. Praef. Hec. p. XXXIV. οὐκ ἄρ᾽ οὐδ᾽ εἷς ἠδ. Ego σ᾽ addidi ante ἠδίκει.

V. 667. Ald. οὐκ ἆρ᾽ εἶ. Barn. οὐκ ἄρ᾽ εἶ, et sic Vict.

V. 668. Ald. ὥς δή σύ. Barn. ὡς, vertens *Utinam et tu sis talis.* Tum Ald. rell. καὶ πῶς σύ; τίς σ᾽ ἂν θείη τυφλόν; Canter. καὶ πῶς σ᾽ οὔτις ἂν θείη τυφλόν. Flor. 1. 2. καὶ πῶς σ᾽ οὖτις δ᾽ ἂν θ. τ. Male Musgrav. hic etiam Οὖτις.

V. 671. κατέκλασεν e Reiskii coniectura pro κατέκαυσε. Idem versum 672. Choro, 673. Cyclopi tribuendum vidit, quum in Ald. rell. omnes Cyclopi continuarentur.

V. 674. ἐπήλυγα λαβόντες iungenda, pro ἐπηλυγασάμενοι, ut Plat. Lys. p. 207. B. τούτους ἐπηλυγασάμενος, *horum circulo tanquam umbraculo aliquo se occultans.* Etym. M. p. 356, 55. καὶ ἐπηλυγασάμενος, ἀντὶ τοῦ προβαλόμενος, ἐπίπροσθεν ποιησάμενος, ὥςτε σκοτισθῆναι. Vid. Ruhnk. ad Tim. p. 117. Pierson. ad Moer. p. 163. Nominativum ἐπήλυξ non magis in usu fuisse credo, quam καλλιγύναιξ.

V. 675. Ald. rell. χειρός. Correxit Barnes. ut est in Florr. Vict.

V. 676. σου, quod post δεξιᾷ deerat, addidi e Flor. 1. 2.

V. 680. Corrige errorem typothetae et scribe πῇ γάρ;

V. 682. Ald. rell. οὗτος ἔστι σου. Florens Chr. οὔτις. Nil opus.

V. 684. δῶμ᾽ Ὀδ. Ald. rell. σῶμ᾽ Ὀδ. Par. E. Flor. 1. 2. ut iam edidit Canter.

V. 686. μ᾽ om. Flor. 1. 2.

V. 687. δ᾽ post δώσειν excidit in Herv. 1. 2 sqq. quum esset in Ald. et Flor. 1. 2. Vict.

V. 693. ἐθέσπισεν Flor. 1. 2.

V. 695 δέδορχ᾽ ὅπως λέγω Ald. rell. δεδορκότως λέγω Casaub. ad quod Scalig. Plane ita olim, inquit, in ora libri annotatum est ante 31 annos. δέδραχ᾽ ὅπερ λ. Par. E. G. Flor. 1. 2. Vict.

V. 696. κἀγὼ δ᾽ ἐπ᾽. Flor. 1. Sq. v. ἔς τ᾽ est etiam in Ald. rell. et MSS.

V. 699. Ald. αὐτοῖσι σὺν ναύτῃσι. Flor. 1. 2. ναύταισι. De structura vid. ad Hipp. 1203. Pro συντρίψω Flor. 1. τρίψω.

V. 701. Vitiose Herv. 2. δι᾽ ἀμφιτρήτης. Brub. Canter. δι᾽ ἀμφιτρίτης. Canter. nov. lect. II, 21. reposuit quod iam in Ald. Herv. 1. legebatur δι᾽ ἀμφιτρῆτος.

NOTAE IN BACCHAS *).

V. 1. Schol. Hephaest. p. 87. ed. P. p. 170. ed Gaisf.. citat *Θηβαίαν χϑ.* Sic etiam, monente Hermanno, aliquot libri Prisciani. Hanc scripturam, in quam etiam Elmsl. in Add. inclinabat, recepit Herm. exposito discrimine harum formularum, ex quo facile, ubi haec, ubi illa adhiberi debeat, iudicari possit. Dicit enim *Θηβαία χϑών* simpliciter nominandae regioni inservire, *Θηβαίων χϑών* autem cum oppositione quadam dici aliorum, quam Thebanorum. Quod discrimen vereor ne nullius usus sit: nam si oppositio ea intelligitur, quae discrte expressa est, vel necessario cogitatur, hoc nusquam fere locum habet; sin oppositio, quae cogitari possit, ut aliorum quam qui nominantur, urbs intelligatur, nullo non loco ea forma usurpari potest; nam *Θηβαία πόλις* haud dubie est etiam *Θηβαίων.* H. l. *τήνδε Θηβαίαν χϑόνα* commode dici poterat; at quidni etiam *Θηβαίων*, ut significetur, non in aliorum, quam

*) Quem Elmsleius vocat Laurentianum C, is in eo conspirat cum meo Flor. 2. quod uterque est plutei XXXII. 2. et uterque desinit in v. 754. i. e. 711. nostrae edit. saepe etiam utriusque lectiones inter se conspirant. At non minus saepe a se discedunt ut v. 31. 55. 67 etc. Ad v. 755. annotavit de Furia, duo folia in codice vacua relicta esse, at Elmslei. scribit, v. 754 in penultima fabulae pagina scriptum esse, ultimam omnino vacuam relictam. Hanc igitur dubitationem is demum sustulerit, qui eos codices denuo diligenter inter se comparaverit. Florentinus, quem 1 voco, eiusdem plutei est, cuius Elmslei. Laurent. D. Is ab eo versu, in quo definit Flor. 2. exacte cum Aldina conspirat usque ad v. 1222. Musgr. sed nec vitia in eo insunt, quae commemorat Elmsl. Praef. p. 6 sq. neque de scriptura post v. 750. ab alio scriba continuata quidquam monitum est.

Thebanorum, urbem Bacchum venisse, huic eum prae ceteris sacra sua impertiisse. Cf. ad 706. Saepissime autem fit, ut ubi populus, cuius urbs est, praecipue spectatur, ita ut solum populi nomen poni possit, ibi dicatur *Θηβαίων* etc. *πόλις*, ut Suppl. 472. *προσήκοντ᾽ οὐδὲν Ἀργείων πόλει*, i. e. *τοῖς Ἀργείοις.* ibid. 1183. *ὅσ᾽ Ἀργείων χϑόνα δέδρακας ἐσϑλά* i. e. *τοὺς Ἀργείους.* ib. 1202. *κακῶς ὀλέσϑαι πρόςτρεπ᾽ Ἀργείων χϑόνα* i. e. *τοὺς Ἀργείους*, *urbem cum incolis.* infra 50. *Θηβαίων πόλις* i. e. *οἱ Θηβαῖοι.* Ubi nihil, nisi locus spectatur, dicitur *Θηβαία πόλις*, ut Suppl. 1192. *μὴ δῷς τάδ᾽ ὀστᾶ τοῖςδ᾽ ἐς Ἀργείαν χϑόνα Παισὶν κομίζειν*, i. e. *εἰς Ἄργος.* infra 616. *Πενϑεῦ, κρατύνων τῆςδε Θηβαίας χϑονός*, i. e. *τῶνδε Θηβῶν.* et sic in locis ab Elmsleio allatis. Neque tamen eiusmodi est hoc discrimen, ut, utrum quoque loco scribendum sit, iudicare possis: Suppl. 875. *τιμὰς δὲ πλείστας ἔσχεν Ἀργείᾳ χϑονί* significare voluit *ἐν Ἄργει.* sed quidni dicere etiam potuisset *Ἀργείων πόλει*, i. e. *ὑπ᾽ Ἀργείων?* Ib. 810. non urbs proprie dicta, sed incolae urbis spectantur, et tamen dicit *ὦ πόλις Ἀργεία, τὸν ἐμὸν πότμον οὐκ ἐςορᾶτε*, ut Orest. 1281. *ἰὼ Πελασγὸν Ἄργος, ὄλλυμαι κακῶς.* sed quum, qui *πόλιν* nominat, simul cogitet *τοὺς πολίτας*, nimis tautologum fuisset *πόλις Ἀργείων.* Heracl. 834. *ὦ τὸν Ἀργείων γύην σπείροντες.* quidni *Ἀργεῖον*? ib. 837. *ἐτρεψάμεσϑ᾽ Ἀργεῖον εἰς φυγὴν δόρυ* metro coactus pro *Ἀργείων.* Recte vero Brunckium in Soph. Oed. T. 29. e Codd. edidisse puto *δῶμα Καδμεῖον* pro *δῶμα Καδμείων*, ib. 35. *ἄστυ Καδμεῖον.* Oed. C. 380. 736. *τὸ Καδμεῖον πέδον.* Vid. Reisig comm. crit. in Oed. C. v. 370. Ita nec hac norma certi quidquam efficitur, nec ea, quam Herm. dedit; falsum vero est, quod Elmslei. dicit, libentius *Θηβαίαν χϑόνα* quam *Θηβαίων χϑ.* contra *Θηβαίων πόλιν* quam *Θηβαίαν* dixisse Euripidem.

V. 6. Soph. Ant. 1139. *ματρὶ σὺν κεραυνίᾳ.*

V. 8. Codd. et edd. *τυφόμενα, δίου τε πυρὸς ἔτι ζῶσαν φλόγα.* Ut anapaestum e quarta sede expelleret, Porson. ad Orest. 499. transposuit *ἔτι*, scribens *δίου τ᾽ ἔτι πυρὸς ζ.* huius particulae non suo loco positae exemplum aptissimum afferens ex Orest. 412. *ἔτι πυρὰ ϑερμὴ τάφου.* Hunc secutus sum; Barnesium *τε* omit-

tentem sequitur Hermann. nam *τε* si relinquatur, ambiguam fieri sententiam: neque enim flammam ardentem videre Bacchum, sed fumum, testem ignis nondum penitus exstincti. At, si ignis nondum penitus exstinctus est, a rei natura non abhorret, ignem nonnunquam vel saepius inter fumum emicare, ut flamma etiam conspici possit, quod in aedificiis incendio absumtis videre licet. Cf. v. 554. 580. Sed ab illo tamen argumento progressus, deleta particula iungit *δόμων ἐρείπια τυφόμενα Δίου πυρὸς ἔτι ζῶσαν φλόγα*, quod sic, opinor, vertendum: *domus ruinis, quae vivam adhuc coelestis ignis flammam fumo produnt.* Num igitur *τύφεται δόμος φλόγα*, vel *δόμον τύφειν φλόγα* quisquam unquam dixit? nam passiva ad subiectum relata tum demum accusativum rei assumunt, si eadem activa accusativum et personae (vel eius ad quem vis verbi proprie pertinet) et rei recipiunt; et quamvis *τύφειν καπνόν* Herodotus dixerit (*τύφειν φλόγα* qui dixerit, nescio) et *τύφεσθαι πόλις* saepius dicatur, et hinc coniici possit, ut alia verba duplicem accusativum asciscunt, quae modo personae, modo rei accusativum habent, sic etiam *τύφειν πόλιν καπνόν* vel *τύφεσθαι πόλις καπνόν* dici potuisse, tamen in critica tractanda non, quid dici *potuerit*, sed quid revera *dictum esse* e scriptorum consuetudine appareat, quaeritur. Itaque *ἐρείπια τυφόμενα φλόγα* dictum esse non prius credam, quam exempla et locutionis *τύφειν φλόγα*, et alterius *δόμος τύφεται φλόγα* allata sint: quamquam paulo timidior ad hanc disputationem accedo, quod Hermannus non dubium esse, quin recte *τύφεσθαι* cum accusativo eius rei construi possit, quam prodit fumus, confidenter affirmavit. Plutarchus autem Sol. p. 79. A. non *τυφόμενα Δίου πυρός κ. τ. λ.* habet, ut citat Hermann. sed *τυφομένην - - ἔτι ζῶσαν φλόγα τὴν ἐρωτικὴν μνήμην καὶ χάριν*, ut appareat, eum Euridis verba non, ut scripta legerat, citasse, sed ad suum propositum accomodasse. Barnesium vero non credo *τε* consulto omisisse: nam nec verbum de correctione sua addidit, et, servato commate post *τυφόμενα*, in versione dedit: *aedium ruinas fumantes, et adhuc viventem flammam divini ignis.* De lectione Plutarchi *ἀθρόου πυρός* vid. ad Suppl. 861. De anapaesto autem, miror, quum hodie ad lectiones Codd. iam dudum pro-

scriptas (ut *αὐτίς* pro *αὐτός. εἰ ἀφῇ* pro *ἢν ἀφῇ*) multi redeundum censeant, nondum exstitisse, qui anapaestorum etiam patrocinium susciperet, qui in permultis trimetrorum locis a Codd. summo consensu retineantur. Ceterum auctor *Χριστ. πάσχ.* monente Lentingio p. 88 sq. hos versus ita pervertit v. 1567. *Ποινὴν γὰρ ἀθρόῳ σὺν ποτμῷ ζωηφόρῳ Πῦρ ἐγγὺς οἴκων, καὶ δόμων ἐρείπια Τεφρούμεν' ἤδη, πυρὸς ἄσβεστον φλόγα Ἀθάνατον θεοῦ πόλιν πρὸς τήνδ' ὕβριν.*

V. 10. Ald. Brub. Herv. 1. 2. *αἰνῶ δὲ Κάδμον ἄβατον, ὅς πέδον τόδε.* Correxit Canter.

V. 12. *ἐγὼ κάλυψα* Ald. rell. Correxit Heath. quem sequutus est Brunck.

V. 13. *γυίας* Flor. 2. Val. Vid. Elmsl.

V. 13. Legendum *τοὺς πολ. γ.* ut edidit Herm. Vid. Musgr. ad Heracl. 842. Elmsl. ib. 839. et ad h. l. Praeterea *τῶν πολυχρύσων* legendum censet Elmsl. Vulgatam recte defendit Hermann. „Lydus de magistr. III, 58. p. 256. *περιηχηθεὶς γὰρ ὁ μηδὲν ἢ νερτέριος δαίμων, ὡς Εὐριπίδης εἶπε, Λυδῶν ὑπάρχειν τὰς πολυχρύσους γαίας.* Scribendum *γύας.* Lydi interpres male credidit Lydum respicere v. 787. Iph. A. ubi *αἱ πολύχρυσοι Λυδαί.* *Boisson.*

V. 14. deest in duobus Pariss. Flor. 1. 2. Elmsl. scribendum suspicatur *Περσῶν δ' ἡλ. πλ.* ut haec et sqq. cum verbo *ἐπελθών* iungantur. Est hoc ex eo genere anacoluthorum, quo post aliquantum intervalli verbo, quod praecessit, aliud subiicitur eiusdem significationis, ut h. l. *ἐπελθών* post *λιπών.* Ita nec dici potest, ad quos accusativos *λιπών* referri debeat, et ad quos *ἐπελθών*: utrumque enim ad omnes pertinet.

V. 15. *Βάκτρυά τε* Ald. rell. Correxit Barn. Mox scribendum *δύςχιμον*, ut ediderunt Elmsl. et Herm. Vid. Elmsl.

V 18. Dativus positus est, quia *οἰκουμένας* cogitabat poëta, ut recte Elmslei. Idem in Add. verbi *πληροῦν* dativo iuncti hoc exemplum affert ex Herc. f. 369 sq. *πεύκαισιν χέρας πληροῦντες.* De *πλήθειν* cum dativo vid. Schaefer. ad Long. p. 410.

V. 19. Vict. *καλλιπύργωτος*.

V. 20. 21. 22. Vulgatum versuum ordinem, quo v. 22. ante 20. 21. ponitur, recte contra Pierson. Veris. p. 122. tuetur Hermann.

V. 25. Ald. rell. *κίσσινον μέλος*. *βέλος* MSS. Steph. unde sic ediderunt Canter. Barnes.

V. 31. *Ζῆν' ἐξεκαυχώμεθ'* Ald. Herv. 1. *Ζῆν' ἐξεκαύχωμεθ'* Brub. Herv. 2. Canter. ut Flor. 2. *ἐξεκαυχῶνθ'* Barn. et sic MSS. Steph. Vict.

V. 32. Ald. Brub. Herv. et Codd. et Schol. Pind. Nem. 4, 3. *τοιγάρ νιν αὐτάς*. Herv. 2. *τοιγάρ* (sic) *νῦν αὐτάς*. Herv. 3. Canter. et Vict. *τοιγὰρ νῦν αὐτάς*, quod corrigi iubet Canter. *τοιγάρ νυν αὐτάς*, ut habent MSS. Steph. Pleonasmum non esse in verbis *νιν αὐτάς*, quae significent *eas ipsas*, ad Med. 1263. not. et ad h. l. monuit Elmsl. et opponi *πᾶν τὸ σπέρμα Καδμείων* v. 35. Requiro quidem *τε*, *αὐτάς τε*, *καὶ πᾶν σπέρμα Καδμ.* sed servanda erat lectio prae ea, quam e coniectura recepi, *νιν αὐτός*. Mox *ᾤστρησ'* Elmsl. qui vulgatam scripturam librariis deberi disputat ad v. 686. Num igitur augmentum *ῳ* verborum ab *οι* incipientium ita ignotum fuisse librariis censendum est, ut *οι* scriberent, an eos hoc iam in antiquis exemplaribus reperisse et idcirco mutare non ausos esse?

V. 38. *εἶνται* Ald. rell. *ἧνται* Brunck. e duobus Pariss. et sic Flor. 1. 2. Vict. Pal. *εἶνται* et *ἧνται*, alterum e correctione. *ἀνορόφους-πέτρας* malit Elmsl.

V. 40. Quas in hoc versu difficultates sibi reperire visus est Elmslei. eas optime removit Hermann.

V. 46. *οὐδαμῶς* duo Pariss. Flor. 1. 2. quod recepit Brunck. Euripides respexisse videtur ad formulas *οὐδαμοῦ εἶναι*, *οὐδαμοῦ τιθέναι τινα*, de quibus vid. Ruhnk. ad Xenoph. Mem. S. I, 2, 52. Wyttenbach. ad Plat. Phaedon. p. 174. Heind. ad Gorg. §. 25.

V. 51. *ἐξ ὀρους* (sic intervallo relicto) Ald. *ἐξόρους* Herv. 1. 2. Brub. rell. *ἐξ ὅρους*, quam lectionem coniectura assecutus erat Pierson. Veris. p. 124. e Pariss. E. G. recepit Musgr. et sic Laur. Flor. 1. 2. Vict.

V. 52. Palat. a corr. *ζητῇ* pro *ζητεῖ*. *ξυνάψω* pro *συνάψω* Laur. Flor. 1. 2. (V. 51. *ξύν* e coni. scripsi pro *σύν*.) *συνάπτειν τινί*, intellecto *μάχην*, ubique est *pugnam cum aliquo conserere*, *aliquem aggredi*. Itaque *Μαινάσι* non nisi a *στρατηλατῶν* pendet.

V. 53. 4. Herm. in his putidam tautologiam inesse ratus, edidit: *ὧν οὕνεκ' εἶδος θνητὸν ἀλλάξας ἐγώ, μορφὴν ἐμὴν μετέβ. εἰς ἀνδρὸς φύσιν.* in quibus ipso invito, credo, post *ἐγώ* distinctum est. Mihi eiusmodi tautologiae non abhorrere videntur ab Euripidis ingenio.

V. 56. Hinc Etymol. M. p. 453, 57. corrigit Valck. ad Phoen. p. 68. Haec citat Strabo X. p. 469. C. (720. A. Alm.) sic scripta in Laur. A. C. teste Elmsleio: *ἀλλ' ὦ ἅπτουσαι τμῶλον ἔρυμα λυδιάς θίασος ἐμὸς γυναῖκες ἐμά θ' εὑρήματα καὶ πόλις.* V. 55. Pal. et a prim. m. Laur. *ἀλλ' ὦ λιποῦσα*. Nihil eiusmodi e Florr. enotatum a Furia. V. 57. *συνεμπόρους* Florr. 1. 2.

V. 62. *πτυχάς* Elmsl. et Herm. Vid. ad Phoen. 84. Nullus locus est, ubi *πτυχάς* a *πτυχή* necessario legendum sit; *πτύχας* a *πτύξ* metrum poscit et Il. *λ'*, 77. et Od. *τ'*, 432. Hinc etiam *πτύχες* et *πτυχί* apud Homerum. Hinc veteres *πτύχας*, non *πτυχάς*, dixisse suspicor, contra non *πτυξί*, sed *πτυχαῖς* tanquam a *πτυχή*. Sed neque *πτύξ*, neque *πτυχή* usquam legere me memini.

V. 64 — 72. in stropham (64 — 67.) et antistropham dispescuit Hermann. elem. d. m. p. 498. dissentiente Elmsleio, qui hunc proodum esse censet. Contra disputat Herm. in parodo tragicos non simul et proodum et epodum fecisse. Hoc nisi obstaret, libenter ego quoque proodum esse dicerem, non ob metricam aliquam rationem, sed quia his versibus praeparantur ea, quae post dicenda sunt, et quasi praefationem quamdam illi continent. Ceterum versus esse ionicos a minore, anapaestis vel praemissis, vel in fine positis, vel mediis receptis, ibid. ostendit Herm. Ego male pro anapaesticis acceperam.

V. 64. Hermann. *ἀπὸ γαίας*.

V. 65. Praeter necessitatem post *Βρομίῳ* interpunxi,

et obsequentem habui Elmsleium. Ita *θοάζω* esset *festino*, et verbis *πόνον ἡδὺν κάματόν τ' εὐκάματον* appositio contineretur. Vulgatam distinctionem mutari non opus erat: optime enim iungi possunt *θοάζω πόνον Βρομίῳ, saltationem in honorem Bacchi furore Bacchico percita perago.* ut iam accepit Brunck. ad v. 215. laudans Hesychii glossam *θοάζει - - ἀνύει, - τελεῖ.* Iniuria enim Elmslei. locum minime comparandum Alc. 499. afferens veretur, ut aeque bene dici possit *θοάζω πόνον* ac *πράσσω πόνον.* ut enim locutionis *θοάζειν πόνον* nullum aliud exemplum exstet, analogia tamen se tuetur: nec locutionum a Brunckio ad v. 215. (cf. Erfurdt. ad Soph. Oed. T. 2.) congestarum alia exempla reperiuntur. Ludicram, ut hoc obiter addam, verbi *θοάζειν* originationem et explicationem habet Wyttenbach. ad Plut. p. 233 sq. Quod vero distinctioni a me factae rem ipsam repugnare dicit Herm. propriam verborum vim nimis ille urgere videtur. Dicit enim: *non ex Asia huc properare se chorus dicit: iam venerat enim.* — At quum *ἥκω* sit pro *veni, adsum*, quidni etiam *θοάζω*? — *nec profecto festinanter, quippe ubique locorum institutis sacris suis.* At nonne qui iis, quae peragenda erant, peractis, primum Thebas, praetermissis aliis locis omnibus, advenit, Thebas properare dici potest?

V. 67. Pal. et Laur. a pr. m. apud Elmsl. *βάκχιον εὐαζομένα*, omissis *τόν* et *θεόν*. Hinc Herm. *Βάκχιον ἁζομένα θεόν.* quia *εὐάζεσθαι* vix alibi reperias media forma usurpatum. Commode Elmsleius citat v. 143. *εὔϊα τὸν εὔϊον ἀγαλλόμεναι θεόν* pro *ἀγάλλουσαι.*

V. 68. Herm. *τὶς ὁδῷ; τὶς ὁδῷ; τὶς | μελάθροις.* De *τὶς* non muto sententiam ad Suppl. 1187. propositam.

V. 69. Ald. rell. *τίς δὲ μελάθροις ἔκτοπος ἔστω;* Primus Barn. *τίς δὲ μελάθροις; ἔκτοπος ἔστω.* Elmsl. delevit *τίς δέ*, in annotationibus autem legi etiam posse dicit: *τίς ὁδῷ; τίς ὁδῷ; τίς; μελάθροις ἔκτοπος ἔστω*, i. e. *ἐκ τῆς ὁδοῦ ἔκτοπος ἔστω ἐν τοῖς μελάθροις*, quod minus recte Hermann. et alienum et ambiguum vocat: nam posse etiam significare *abesto aedibus*, quo sensu mihi quidem *μελάθρων ἔκτοπος ἔστω* dicendum fuisse videtur. Herm. *δέ* tantum delevit auctoritate cod. Pa-

lat. Idem optime loci sensum declaravit, quamquam fateor, paulo impeditiorem esse structuram, qua verba *ἔκτοπος ἔστω* non ad ea, quae proxime praecedunt, *τίς δέ μελάθροις*, sed ad remotiora referenda sunt: *sive quis in via, sive quis intus apud se est, cedat nobis qui in via est, omnes autem linguis faveant.*

V. 70. Elmsl. *ἅπας ἐξοσιούσθω* e Pal. quod Hermann. recte minus poeticum esse dicit, quam simplex *ὁσιούσθω.*

V. 71. Brub. Herv. 2. Canter. *κατὰ νομισθέντα γάρ.* Verba *τά νομισθέντα* appositionem continent ad ea, quae sequuntur, *Διόνυσον ὑμνήσω, ὅ ἀεί ἐνομίσθη.*

V. 72. *αἰεί* vix sanum. Pariss. E. G. Flor. 2. Laur. D. *ἀνὰ Διόνυσον* (*Διόνυσσον* Flor.) *ἀναδιόνυσσον* una voce Flor. 1. Brunck. e coni. dedit *ἤδη.* Hermann. elegantem Iacobsii Anim. in Eurip. p. 106. coniecturam recepit *εὐοῖ.*

V. 73 sqq. ad familiam Glyconeorum refert Hermann. quorum hae formae sunt:

–◡◡– | ◡––	v. 73. a. b. cum syllaba *ει* v. 74.
–◡◡– | ◡––⏓	v. 75. praeter syllabas *χὰν ἐν.* 76. (*ὄρεσσι*) v. 74. 76. *ων ὁσίοις καθαρμοῖσιν.*

V. 73. Coniecturam Musgravii *αἰδήμων* recepit Brunck. Recte Elmslei. *εὐδαίμων* explicat *θεοφιλής.*

V. 76. *ὄρεσσι* Elmsl. et Herm. *ὁσίοισι καθαρμοῖς* Ald. rell. Flor. 1. 2. Pal. *ὁσίοισι καθαρμοῖσι.* Musgr. Brunck. *ὁσίοισιν καθαρμοῖς* Elmslei. et Herm. *ὁσίοις καθαρμοῖσιν.* Hermanno non displiceret *ὁσίοις καθμρμοῖς.*

V. 77. *θεμιτεύων* e Musgrav. emendatione pro *θεμιστεύων.* Sic etiam Elmslei. Herm.

V. 828. μόχθοις τ' ὠκυδρόμοις τ' ἀέλλαις cum sqq. coniungit etiam Hermann. qui recte Elmsleii, haec cum συντείνῃ δρόμ. κυνῶν iungentis, et totum locum a verbis ἡνίκ' ἂν v. 823. usque ad ἀέλλαις in parenthesi ponentis, distinctionem improbat tanquam impeditam. μόχθοι ὠκύδρομοι sunt μοχθοὶ δρόμου. Sed quid sibi volunt ἄελλαι? in quibus Hermann. etiam haesisse videtur, qui coni. ἀελλὰς θρώσκει, nisi amore adiectivorum in -ὰς exeuntium eum abreptum esse dicas. Comparationem cursus cum procellis hic deprehendisse videtur Brunck. qui e coniectura edidit ἴσα δ' ὠκυδρόμοις ἀέλλαις. Num forte ἄελλαι ὠκύδρομοι audaciore metaphora valent δρόμον ὠκὺν ἴσον ἀέλλῃ? Sic ἄστρων ἄελλαι accipiendae videntur Hel. 1498. An pro ἀέλλαις legendum ἁμίλλαις, ut ῥιμφάρματοι ἅμιλλαι dicuntur a Soph. Oed. C. 1063? Vix puto ἁμίλλαις in ἀέλλαις mutare quemquam in animum induxisse. Itaque prior ratio amplectenda est. Tunc ὠκυδρόμοις bis cogitandum μόχθοις τε ὠκυδρόμοις ἀέλλαις τε ὠκυδρόμοις, e quibus prius τε ad hanc sententiam cum antecedentibus connectendam, ἡνίκ' ἂν φύγῃ θρώσκῃ τε, alterum ad μόχθοις ἀέλλαις τε copulanda valet, non alieno autem loco positum est secundum τε, quia adiectivum ὠκυδρόμοις utrique substantivo commune est. Pal. pro θρώσκῃ v. 829. θρώσκει, quod ut Hermanno, sic mihi placet, quod liberius conformata constructione magis poëtica fieri videtur oratio. Tunc pro μόχθοις τε scribendum videtur μόχθοις δέ. Praeterea Pal. μοχθροῖς pro μόχθοις, quod non spernit Hermann. modo idonea auctoritate communiri possit.

V. 830. Ald. rell. παρὰ ποτάμιον. Una voce Reisk. et Brunck.

V. 832. Pal. σκιαροκόμου θ' ἔρνεσιν ὗ.

V. 833. Articuli non abundant ut putat Elmsl. τὸ σοφὸν et τὸ κάλλιον γέρας sunt subiecti loco, *sapientia et decus hominibus a diis concessum quid aliud est nisi* etc. Cf. Hermann. ad Soph. Antig. 313. ed. 2. Dactylum in proceleusmaticum mutatum esse monet Hermann. elem. d. m. p. 543.

V. 836. Pal. κρέσω. Articulum delevit Herm.
σ

V. 839. τὸ θεῖον Pal. om. γε.

V. 843. Ald. rell. συμμαινομένα δόξα. Pal. συμαινομένα δοξα. sine ι subscr. Utrumque ex antiqua scribendi consuetudine ductum. Vid. Gramm. gr. §. 7, 6. edit. 2. Ad nostram scribendi rationem accommodavit Barnes.

V. 850. Ald. rell. ἰσχὺν τ' ἔχειν. Lectio a Brunckio, Elmsleio, Herm. recepta debetur Heathio.

V. 852. τό τ' pro τότ' Barnes. Musgrav. rell. Vict.

V. 853. φύσει τε πεφυκός Ald. νόμιμον ἀεὶ. φύσει τὲ πεφυκός Pal. τὸ πεφυκός Herv. 3. casu, puto. Sed sic deinde Canter rell. praeter Brunckium, qui e con-

iectura Musgr. dedit *τι πεφυκός*. E Flor. 1. nihil annotatum, ut hic etiam *τό* habere videatur. Recte Elmsleius, commate post *δαιμόνιον* posito, *τε πεφυκός* revocavit.

V. 859. *θαλάσσας* Brunck. vereor ut recte. Ald. rell. *θαλάσσης*. *θαλάσσας* tamen legitur Iph. T. 383.

V. 862. Ald. rell. *ἐγίνεθ'*. Brunck. *ἐγίγνεθ'*. *ἐγένεθ'* firmat Pal. *ἑτέρα δ'* Ald. rell. Pal. *ἑτέρα δ'* Barn. Musgrav. Brunck. *ἕτερα δ'* ob metrum Elmslei. Herm. Ita *ἕτερα* dictum ut *ἀμφότερα*. Plat. Protag. p. 326. A. *οἵ τ' αὖ κιθαρισταὶ ἕτερα τοιαῦτα σωφροσύνης τε ἐπιμελοῦνται κ. τ. λ.* *tali itidem modo*, ut vertit Heindorf vel potius *alia eiusmodi ratione*.

V. 864. *δέ* post *μυρίας* addidit Hermann. non minus sensus quam metri causa. Ita versus est trochaicus dimeter, ut 860. 862. Idem *ἔτ' εἰσὶν* ad sequentem versum retulit, Pherecrateum cum anacrusi.

V. 868. Barnes. Musgrav. Brunck. *τὸν δὲ κατ' ἦμαρ* male. Vid. Elmslei. *ἆμαρ* Elmsl. improbat Herm.

V. 871. Pal. *σπένδοντά τ'*. Iph. T. 192. *σπεύδει δ' ἀσπούδαστ' ἐπὶ σοὶ δαίμων*.

V. 874. *ἐκ λόχου* Herm. quod mihi ad *κατάσκοπος* superflue additum videtur. Turba Bacchantum vocatur *λόχος*, ut agmen Thebas profectum apud Soph. Oed. C. 1089.

V. 875. *μορφὴν* coni. Musgrav. quod mihi quoque verum videtur, ne *μορφῇ μιᾷ* iungantur.

V. 879. *κέρα τε* Ald. Herv. 1. *κέρατε* Brub. Herv. 2. rell. et sic Flor. 1. Vict. *κέρατα* Pal. De media syllaba producta praeter Brunckium ad h. l. Elmslei. citat Maltbium Observ. c. XXII. cui titulus: *de vocibus κέρας, κρέας, φρέαρ*.

V. 880. Non videntur hic *ἀλλ' ἢ* satis aptae particulae. Quare *ἀλλ' ἢ* scripsi. *Herm.* Vellem interpretationem addidisset. *ἀλλ' ἢ* significare *nisi*, et post negantes sententias vel interrogationem poni adhuc creditum est. vid. Heindorf. ad Plat. Prot. §. 108. quod non video quomodo huic loco conveniat.

V. 881. Pentheo continuat Ald. Bacchi nomen v. 882. demum praeponit. Correxit Tyrwhitt.

V. 882. Recte Elmslei. Aldinam lectionem revocavit, quam corruperat Brunck. scribens *ἔνσπονδος ἡμῖν νῦν· ὁρᾷς ἃ χρή σ' ὁρᾶν.*

V. 883. *τί* spectat ad sequens *ἑστάναι*, *quid facere* vel *quo loco esse videor*. Pertinet hoc ad idem genus, de quo monui ad Hipp. 851. *τί δῆτα; οὐχὶ φαίνομαι ἑστάναι.* Videntur autem duo membra in unum confusa esse, ut apud Plat. Symp. p. 202. D. *τί οὖν ἂν εἴη ὁ Ἔρως θνητός;* pro *τί οὖν; εἴη ἂν ὁ Ἔρ. θν.* ubi Bekker. aliam interpunctionis notam post *Ἔρως* posuit. Probarem, si sequeretur: *ἢ θνητός;* Illo modo si accipiendus est Euripidis locus, nota interrogationis post *δῆτα* delenda est.

V. 884. *γ'* post *μητρός* om. Pal. *γε* Herm. explicat *adeo*, cuius usus exemplum aliud mihi non innotuit. Nec *adeo* h. l. aptum videtur: *utpote* convenit, quo significat non mirum esse quod eodem modo consistat, quum illa mater sua sit.

V. 888. 9. in margine additos habet Pal.

V. 897. Notam interrogandi post *ἴδῃς* delevit Elmsl. ut *ἦπου* sit *ἴσως, ὡς ἔοικε*. Vid. ad Phoen. 378. Med. 690. Hic tamen interrogatio minus apta videtur. — *παραλόγον* Pal. *παράλογον* Herm. ut scribitur Orest. 381. et reponendum monuit Porson. Adv. p. 267.

V. 909. *τᾶν νυμφῶν* Ald. rell. *τὰ Νυμφῶν* ex emend. Stephani dederunt Canter. Barn. rell.

V. 910. Ald. rell. *καὶ καπνὸς ἕδρ.* Brodaeus *καὶ Πανὸς ἕδρας*, unde sic Herv. 2. Brub. Canter. rell. Idem notatum in Vict. e codice an e coniectura Victorii, incertum.

V. 913. Pal. *κρυφῆναι*.

V. 917. Elmsl. *Οὐκ οὖν - - φύλαξ;*

V. 920. Pal. *εἶμ'*. Elmslei. numeris huius versus offensus edidit *μόνος γὰρ αὐτῶν εἰμ' ἀνήρ*. Vid. Hermann.

V. 920. *τόδε* Ald. rell. *τάδε* Brunck. quod me invito remansit.

V. 923. *εἶμ' ἐγώ* Pal. ut edidit Schaefer.

V. 924. Recte in hoc versu interrogationis notam delevit Elmslei. quam primus addidit Barnes.

V. 927. *ἀναγκάσεις*. Ald. *ἀναγκάσει* Herv. 2. Brub. rell. Recte Aldinam revocavit Elmsl. nota interrogationis deleta, quam e Musgravii coniectura addiderat Brunck.

V. 928. Neque Musgravii explicatio accomodata esse videtur sermoni tragico, et Elmsleii, *ἅς ἔλεξά σοι* supplendum dicentis, languidam reddere sententiam. Nec iniuria sequentia *ἀξίων μὲν ἅπτομαι* suspecta sunt Hermanno, *γάρ* pro *μὲν* scribendum suspicanti. Vereor, ne et post *τρυφάς γε τοιάςδ'* duo dimidiati senarii interciderint, et post *ἀξίων μὲν ἅπτομαι* integer senarius.

V. 935. *λύσσας* Elmsl. Mox Pal. *ἴτ' εἰς ὄρος*. quod recepit Hermann. recte monens *οὖρος* ne Homerum quidem, nisi in casibus trisyllabis *οὔρεος*, *οὔρεα* etc. dixisse, nedum Tragicos.

V. 939. Ald. rell. *μαινάδων κατάσκοπον λυσσώδη*. Brunck. *λυσσώδεα*. Quum verba *σκοπον λυσσώδη* legitimum dochmiacum facerent, et *Μαινάδων* exitum saltem dochmii, delevi *κατὰ* et notas lacunae ante *Μαινάδων* addidi. Hermanno nil nisi una syllaba excidisse videtur post *Μαινάδων*, ut *δυςκατασκοπόν*, formatum ut *Δύςπαρις*, *Δυςελένα*, *δυςευνάτωρ* apud Aeschylum.

V. 943 sq. *δ'* e Musgravii coniectura delevit Brunck. nec habet Pal. unde omiserunt Elmsl. et Hermann. Mox Ald. *μαστὴρ οὐριοδρόμων*, | *ἐς ὅρος* etc. Pal. *ὀριοδρόμων*. E Porti coniectura Barnes. *οὐρεσιδρόμων*, e Musgravii Brunckius *οὐρειδρόμων* receperunt. Quod ego dedi, probavit Hermann.

V. 944. Pal. *εἰς ὄρος, εἰς ὄρος ἔμολεν ἔμολεν, ὦ Βάκχαι*. unde Elmslei. scripsit *ἔμολ' ἔμολεν* improbante Hermanno.

V. 945. Brevis syllabae in fine dochmiorum, ubi interrogatio est, positae exempla vid. apud Seidlerum p. 86.

V. 946. Pal. *γυναικῶν ὅδ' ἔφυ*.

V. 947. Pal. om. *γε*. Itaque Hermann. particulam omisit, ob *τινός* non numerose collocatum, et, quum idem codex superiore versu *ὅδε* haberet, hanc vocem

post *τινός* collocavit. Quod Reisigius comm. crit. in Soph. O. C. p. 379. dicit particulas *δέ γε* adaugere aliquid (*γε*) adversando (*δέ*) id in hunc locum cadit, et probabilius est particulam excidisse, quam additam esse a librario.

V. 950. Ald. rell. *δαίμων διαμπάξ*. Correxit Tyrwhitt.

V. 954. Ald. rell. *περὶ τὰ βάκχι' ὄργια ματρός τε σᾶς* in qua lectione Pal. *τά* omittit. Pro eo *σά* e Scaligeri coniectura recepit Barnes. et deinceps omnes. *ὄργια* disyllabum esse, syllabis *για* per synizesin in unam confusis, monuit Hermann. elem. d. m. p. 54. 251. 253. Cf. ad Hipp. 581. Synizesin non plane repudiatam esse a poëtis etiamnum se credere dicit Herm. sed Semelae non aptam esse huic loco mentionem. Itaque sacra ab Agave Baccho celebrata intelligenda esse censens, quod sit huic loco convenientissimum, scripsit *περὶ τὰ Βάκχι' ὄργι' ἅς ματέρος*. At quidni apta sit h. l. Semelae mentio, quum eam simul cum filio coli solitam esse et per se consentaneum sit, et e locis ab Elmsleio allatis constet? Praeterea *ὅς* pro *ἑός* apud Euripidem non nisi uno loco legitur Hel. 1124. et quidem de mea qualicunque coniectura. Gravius est etiam, aliquem contra sacra, in dei deaeque honorem instituta, quam contra sacra a matre celebrata furere.

V. 955. Ald. *μανεῖσα* sine *ι* subscr. Canter. *μανείσᾳ* e Brodaei et Stephani emendatione.

V. 957 sq. Pal. *τὰν ἀνίκατον*. Tum punctum post *βίᾳ* omittunt Ald. Herv. 1. 2. Brub. Post *σώφρονα* v. sq. commate distinguit Ald. Herv. 1. puncto Herv. 2. Brub. Itaque Herm. scripsit: *τὰν ἀνίκατον ὡς κρατήσων βίᾳ γνώμαν σώφρον', ἅ θνατοῖς ἀπροφάσιστος κ. τ. λ.* In quo illud primum male me habet, quod, quum in stropha ab hoc versu novae sententiae initium fiat, idem non factum sit in antistropha; hanc enim regulam bis in hoc carmine secutus est Hermannus, v. 117, et 857. Deinde vero quid est *τὰν ἀνίκατον γνώμαν σώφρονα κρατήσων?* Nam *γνώμα σώφρων* non potest esse religio s. cultus, qui deo praestatur, sed modestia, qua a sacris dei cuiusque contemnendis, aspernandis, violandis abstinemus, a qua modestia maxime alienus erat

Pentheus. Hanc quomodo quis potest *βίᾳ κρατεῖν*? Sed totus hic locus difficillimus est non solum huius tragoediae, sed omnium Euripidis tragoediarum, quem ipse Brunckius, audacissimus alioqui non emendator, sed versuum fabricator, insanabilem vocat. Quo magis mihi ipsi irascor, quod coniecturas aliquas meas statim in textum receperim. Nam aliis quoque irasci soleo, quum suas coniecturas eos in textu posuisse video, vulgatis lectionibus saepe nihilo meliores, quod cum alias saepe, tum in hoc carmine editores compluribus locis commiserunt. In promtu quidem est dicere non nisi eas coniecturas admittendas esse, quae omnes veritatis notas habeant; at qua tandem nota discernas, utrum hanc virtutem habeat coniectura tua? Suam enim quisque coniecturam plurimi facit, et eo magis, quo est confidentior. Neque satis est dicere, scripturam coniectura effictam habere saltem, quod intelligi possit: nulla enim gravior pestis his litteris inferri potest, quam si, quid scribi potuerit, non quid scriptum fuerit, spectes. Itaque non nisi re diu multumque deliberata, omnibus quae contra dici possint ponderatis, quasi non tuam rem agas, sed de aliorum sententia iudicium feras, coniecturae locus in textu dandus est; locus corruptus per aliquod tempus seponendus est, ut, quum ad eum redieris, inventi amor aliquantum refrixerit, nec tibi amplius fucum facere possit, exploranda aliorum iudicia, ut, quae ipsi invenire non potuimus coniecturae nostrae contraria, alii suppeditent, et quo pluribus satisfecerimus, eo melius de coniectura nostra ipsi iudicare possimus. Sed, ut ad nostrum locum redeam, in eo facilius, qnomodo non fuerit scribendum, quam, quid legendum sit, dixeris.

V. 958 sqq. Ald. rell. *γνώμαν σώφρονα θάνατος ἀπροφάσιστος* quae lectio et sensu caret, et metro contraria est. Quid alii coniecerint, in Elmsleii annotatione videre licet. Quod ego dedi *ἀθάνατον*, metro quidem satisfacit, sensui non item. Hermann. dedit: *κρατήσων βίᾳ γνώμαν σώφρον᾽, ἃ θνατοῖς ἀπροφάσι | στος εἰς τὰ θεῶν ἔφυ.*, quod ferri non potest, nisi eiusdem V. D. distinctionem etiam probaveris, de qua vid. ad 957. *ἀπροφάσιστος* est, qui sine praetextu et sine tergiversatione aliquid agit. *οὐδὲν προφασιζομένος.* vid H. Steph. Thes. T. IV. p. 519. *nullo praetextu detrectandum*, quo sensu Herm. accepit *γνώμαν σώφρονα ἀπροφάσιστον*, an unquam significaverit, nescimus, quum nullo loco ea vi positum reperiatur, et dubitari potest, quum *προφασίζεσθαί τι* nunquam sit *praetextu allato aliquid detrectare*, sed *praetexere.* Vid. H. Steph. Thes. l. c. p. 1734 sq.

V. 959. Ald. Herv. 1. *εἰ τά τε θεῶν ἔφυ* (non *ἔφη*, ut est apud Herm.) Sic etiam Flor. 1. *εἰς τά τε θεῶν ἔφυ* Herv. 2. Brub. et sic sqq. Pal. *εἰς τὰ θεῶν ἔφυ*, om. *τε* quod omittas, an addas, nihil fere interest: omisit Hermann.

V. 960. Ald. rell. *βροτείῳ τ᾽ ἔχειν.* Canter. et Heath. *βροτείων τ᾽ ἔχειν.* absurde, quum *βρότειοι* pro *βροτοί* non dicantur. Scaliger *βροτείῳ - βίῳ*, quod recepit Hermann. Sed plures formulam *ἄλυπος βίος ἔφυ* pro *ἄλυπόν ἐστι* aegre sibi evelli patiantur. Sic enim Iph. T. 1090. *τὸ γὰρ μετ᾽ εὐτυχίας κακοῦσθαι θνατοῖς βαρὺς αἰών* pro *βαρύ ἐστι.* Cf. Orest. 592. Med. 246. Sensus mihi hic esse videtur: Modestiam et in rebus sacris et erga homines exercere, molestia vacat, vitam iucundam reddit, *γνώμαν σώφρονα εἰς τά τε θεῶν τούς τε βροτούς ἔχειν ἄλυπος βίος.*

V. 961. Ald. rell. *τὸν σόφον.* Scaligeri coniecturam *τὸ σοφόν* confirmat Pal. *Sapientiam libenter consector, modo invidia absit.*

V. 962 sqq. Graviores etiam procellae excitantur. Ego scripturam Ald. reliqui, nisi quod comma post *μεγάλα* delevi et *τῶν ἀεί* ut Pal. habet scripsi pro *τῶν αἰεί.* Ita egregius saltem dochmiacus dimeter exit. Hermann. post *ἕτερα* distinctione posita, v. 963. cum Reiskio *κατά* scripsit pro *καλά*, et e lectione cod. Palatini *ἄγουντ᾽* pro *ἄγοντ᾽* fecit *εὐαγοῦντ᾽*, ut constructio esset: *τὰ δ᾽ ἕτερα, φανερά ἐστι τῶν ἀεί μεγάλα ὄντα ἐπὶ τὰ κατὰ βίον, altera illa aperte inter ea, quae quodque tempus fert, magnum momentum habent ad vitae statum.* in quibus illa *τῶν ἀεί* et *ἐπὶ τὰ κατὰ βιόν* vix concoquo. Ad *τῶν ἀεί*, inquit, proprie intelligi debet *μεγάλων ὄντων*, i. e. inter ea, quae quoque tempore aliquid conferunt ad felicitatem vitae. Est igitur quod nos bre-

Pentheus. Hanc quomodo quis potest *βίᾳ κρατεῖν*? Sed totus hic locus difficillimus est non solum huius tragoediae, sed omnium Euripidis tragoediarum, quem ipse Brunckius, audacissimus alioqui non emendator, sed versuum fabricator, insanabilem vocat. Quo magis mihi ipsi irascor, quod coniecturas aliquas meas statim in textum receperim. Nam aliis quoque irasci soleo, quum suas coniecturas eos in textu posuisse video, vulgatis lectionibus saepe nihilo meliores, quod cum alias saepe, tum in hoc carmine editores compluribus locis commiserunt. In promtu quidem est dicere non nisi eas coniecturas admittendas esse, quae omnes veritatis notas habeant; at qua tandem nota discernas, utrum hanc virtutem habeat coniectura tua? Suam enim quisque coniecturam plurimi facit, et eo magis, quo est confidentior. Neque satis est dicere, scripturam coniectura effictam habere saltem, quod intelligi possit: nulla enim gravior pestis his litteris inferri potest, quam si, quid scribi potuerit, non quid scriptum fuerit, spectes. Itaque non nisi re diu multumque deliberata, omnibus quae contra dici possint ponderatis, quasi non tuam rem agas, sed de aliorum sententia iudicium feras, coniecturae locus in textu dandus est; locus corruptus per aliquod tempus seponendus est, ut, quum ad eum redieris, inventi amor aliquantum refrixerit, nec tibi amplius fucum facere possit, exploranda aliorum iudicia, ut, quae ipsi invenire non potuimus coniecturae nostrae contraria, alii suppeditent, et quo pluribus satisfecerimus, eo melius de coniectura nostra ipsi iudicare possimus. Sed, ut ad nostrum locum redeam, in eo facilius, quomodo non fuerit scribendum, quam, quid legendum sit, dixeris.

V. 958 sqq. Ald. rell. *γνώμαν σώφρονα θάνατος ἀπροφάσιστος* quae lectio et sensu caret, et metro contraria est. Quid alii coniecerint, in Elmsleii annotatione videre licet. Quod ego dedi *ἀθάνατον*, metro quidem satisfacit, sensui non item. Hermann. dedit: *κρατήσων βίᾳ γνώμαν σώφρον', ἃ θνατοῖς ἀπροφάσι | στος εἰς τὰ θεῶν ἔφυ.*, quod ferri non potest, nisi eiusdem V. D. distinctionem etiam probaveris, de qua vid. ad 957. *ἀπροφάσιστος* est, qui sine praetextu et sine tergiversatione aliquid agit. *οὐδὲν προφασιζόμενος.* vid H. Steph. Thes. T. IV. p. 519. *nullo praetextu detrectandum*, quo sensu Herm. accepit *γνώμαν σώφρονα ἀπροφάσιστον*, an unquam significaverit, nescimus, quum nullo loco ea vi positum reperiatur, et dubitari potest, quum *προφασίζεσθαί τι* nunquam sit *praetextu allato aliquid detrectare*, sed *praetexere*. Vid. H. Steph. Thes. l. c. p. 1734 sq.

V. 959. Ald. Herv. 1. *εἰ τά τε θεῶν ἔφυ* (non *ἔφη*, ut est apud Herm.) Sic etiam Flor. 1. *εἰς τά τε θεῶν ἔφυ* Herv. 2. Brub. et sic sqq. Pal. *εἰς τὰ θεῶν ἔφυ*, om. *τε* quod omittas, an addas, nihil fere interest: omisit Hermann.

V. 960. Ald. rell. *βροτείῳ τ' ἔχειν.* Canter. et Heath. *βροτείων τ' ἔχειν.* absurde, quum *βρότειοι* pro *βροτοί* non dicantur. Scaliger *βροτείῳ - βίῳ*, quod recepit Hermann. Sed plures formulam *ἄλυπος βίος ἔφυ* pro *ἄλυπόν ἐστι* aegre sibi evelli patiantur. Sic enim Iph. T. 1090. *τὸ γὰρ μετ' εὐτυχίας κακοῦσθαι θνατοῖς βαρὺς αἰών* pro *βαρύ ἐστι.* Cf. Orest. 592. Med. 246. Sensus mihi hic esse videtur: Modestiam et in rebus sacris et erga homines exercere, molestia vacat, vitam iucundam reddit, *γνώμαν σώφρονα εἰς τά τε θεῶν τούς τε βροτούς ἔχειν ἄλυπος βίος.*

V. 961. Ald. rell. *τὸν σόφον.* Scaligeri coniecturam *τὸ σοφόν* confirmat Pal. *Sapientiam libenter consector, modo invidia absit.*

V. 962 sqq. Graviores etiam procellae excitantur. Ego scripturam Ald. reliqui, nisi quod comma post *μεγάλα* delevi et *τῶν ἀεί* ut Pal. habet scripsi pro *τῶν αἰεί.* Ita egregius saltem dochmiacus dimeter exit. Hermann. post *ἕτερα* distinctione posita, v. 963. cum Reiskio *κατά* scripsit pro *καλά*, et e lectione cod. Palatini *ἄγουντ'* pro *ἄγοντ'* fecit *εὐαγοῦντ'*, ut constructio esset: *τὰ δ' ἕτερα, φανερά ἐστι τῶν ἀεί μεγάλα ὄντα ἐπὶ τὰ κατὰ βίον, altera illa aperte inter ea, quae quodque tempus fert, magnum momentum habent ad vitae statum.* in quibus illa *τῶν ἀεί* et *ἐπὶ τὰ κατὰ βιόν* vix concoquo. Ad *τῶν ἀεί*, inquit, proprie intelligi debet *μεγάλων ὄντων*, i. e. Inter ea, quae quoque tempore aliquid conferunt ad felicitatem vitae. Est igitur quod nos bre-

vius dicimus *unter andern*, quod non habeo, quomodo non vehementer frigere dicam. Hoccine addere oportebat poetam eum, qui pietatem plurimum ad felicitatem vitae conferre dicere volebat, *cum multa alia, tum pietas plurimum confert?* Quorsum vero illa tot verborum congeries ἐπὶ τὰ κατὰ βίον pro simplici ἐπὶ τὸν βίον? Accedit ambiguitas verborum τὰ δ' ἕτερα μεγάλα φανερά, quae qui primum audierit, non poterit quin ita iungat τὰ δ' ἕτερα μεγάλα φανερά ἐστι, donec nota editoris admonitus fuerit hunc ordinem verborum esse τὰ δ' ἕτερα φανερά ἐστι μεγάλα ὄντα. μεγάλα καὶ φανερὰ ἔργματα, *magna* et *conspicua* s. illustria *facinora* commemorantur infra v. 1150. ἦμαρ εἰς νύκτα Elmslei. explicat *diem usque ad noctem*, i. e. *totum diem*, probante Hermanno. Sic Herc. 499. ἐξ ἡμέρας εἰς νύκτα μὴ λυπούμενοι. Sed nec Brodaei explicatio, *diu noctuque, nullo non tempore*, inepta est. Pind. Nem. 7, 4. ἄνευ σέθεν οὐ φάος, οὐ μέλαιναν δρακέντες εὐφρόναν τεὰν ἀδελφεὰν ἐλάχομεν ἀγλαόγυιον Ἥβαν.

V. 971. γ' post πολύκρανος om. Pal. et deleverunt Elmsl. Herm. ut iambelegus esset pro senario.

V. 974. Ald. ἴθ' ὦ βάκχε, θηραγρέτα, βακχᾶν γελ. πρ. Comma post βάκχε omittunt Herv. 1. 2. Brub. θηραγρέτᾳ et πεσόντι e Musgravii coniectura edidit Brunck. Ego Seidlerum de verss. dochm. p. 159. secutus sum, non tantum ob accusativum πεσόντα, sed etiam ne iungerentur θηραγρέτᾳ γελῶντι. περίβαλε βρόχον θηραγρέταν idem est quod αἵρει (ἅλισκε Graecis ignotum est.)

V. 979. Ne δράκων et ὄφις in eodem versu legerentur, Barnes. legendum coniecit ὄφεον. Hanc coniecturam recepit Hermann, etsi non habens aliud exemplum huius adiectivi. Magis etiam miror quod addit, Sed haec sunt eiusmodi, ut videantur etiam sine exemplis emendari posse. Δράκοντος ὄφεον θερος mihi non minus tautologicum videtur quam ἀνθρώπινον ἀνδρὸς γένος. Eo autem difficilior est emendatio, quod ad sententiae integritatem nihil deest.

V. 981. In Medea 54. alius versus sequitur κακῶς πιτνόντα καὶ φρενῶν ἀνθάπτεται. Hunc itaque Porsonus hic quoque addendum suspicabatur, Dobraus ad Arist. Plut. 886. delendum esse v. 981. Hermann. in τὰ δεσποτῶν e praegresso substantivo συμφορά intelligi posse πλεά συμφορᾶς censet. Pal. συμφορὰ τῆς δεσποτῶν, ita scripta media voce, ut etiam pro τις accipi possit.

V. 982. Recte Brunck. Elmsl. Herm. *τί μην, an novi quid nuncias.* Ald. τὶ μηνύεις i. e. τί μηνύεις. Vid. Elmslei. ad v. 832.

V. 984. Pal. omittit verba καὶ γάρ, quae verba recte abesse suspicatur Elmslei. ut versus dochmiacus sit, licet ne sic quidem ex omni parte sanus. Hermann. edidit ὦναξ Βρόμιε, θεὸς, θεὸς φαίνῃ μέγας, parum nervosum additamentum appellans illud καὶ γάρ.

V. 985. Ald: rell. ἤ. Brunck. Elmsl. ἦ. Hermann. rursus ἤ.

V. 987. 8. στροφή est Seidlero de verss. dochm. p. 264. et Hermanno, ἀντιστροφή v. 994. 5. μεσῳδός est v. 990. 1. ex Hermanni sententia.

V. 989. ἄγεις i. e. ἡγῇ. Vid. Wyttenbach ad Plut. p. 293. Lobeck. ad Phryn. p. 418 sq. Versum mutilum esse in fine monuit Brunck.

V. 990. duobus antispastis subiectum habet molossum. Herm. elem. d. m. p. 239. 274.

V. 994. Recte ἔνεπε Brunck. Elmsl. Herm. — τίνει μόρῳ Pal. Propter hiatum Herm. in fine versus notam interrogandi posuit, ut altero versu ad ea, quae nuncius dixerat, responderet chorus: quod mihi praeposterum videtur.

V. 996. Si Therapnae Boeotiae urbs intelligenda esset, inutiliter adderetur τῆςδε Θηβ. χθ. Quum enim res Thebis agatur, per se patet, Therapnas nec Laconicae, nec Thessaliae intelligi. Vid. ad Troad. 213

V. 997. Pal. ῥοᾶς. De constructione ἐκβαίνειν τι vid. Gramm. gr. §. 377. not. 1.

V. 1001. ποιηρόν. Brub. πονηρόν. Pal. πικρόν. ἵζομεν Ald. Herv. 1. ἴξομεν Herv. 2. Brub.

V. 1002. Scribe τά τ' ἐκ ποδῶν cum Porto et Barn.

V. 1003. ὁρῶμεν Ald. rell. ὁρῷμεν Musgrav.

V. 1004. Non possum adduci, ut versum, quem lau-

dat Schol. Hephaest. p. 87. ed. Gasf. ἤδ᾽ ὄγκος ὑψίκρημνον ὄρεσι περίδρομον, eum ex hoc loco desumtum esse putem, sed aliunde, e dramate satyrico, petitum esse.

V. 1008. Pal. αὖτις.

V. 1013. Ald. rell. ὅσοι νόθων. MSS. Steph. ὅσον μόθων. Canter. ὅσοι μόθων, sed coni. ὅσσοις μόθων. Scaliger ὅσαι μαθεῖν. Heath. ὅσσοις μόθον. Musgrav. ὅποι μόθων, quam coniecturam Brunck. recepit. Elmsl. ὅσοι μόθων sed coni. ὅσον ποθῶ. Porson. apud Kidd. p. 226. „Fortassis ὅσσοις ἀθρῶν. Sed bona satis lectio ὅποι μόθων.“ Tandem Hermann. edidit: οὐκ ἐξικνοῦμαι Μαινάδων, ὅσσοις ὅσον, *quantum oculis, non assequor Maenades.* ὅσον ubique ita usurpatur, ut animo suppleri possit τοσοῦτον, ut in illis familiari consuetudine tritis, ὅσον αὐτίκα, ὅσον οὐδέπω, τυτθὸν ὅσσον ἄπωθεν i. e. τοσοῦτον ἄπωθεν, ὅσον τυτθόν ἐστι, i. e. *paulum modo.* Ita hoc loco sententia hoc modo absolveretur, οὐκ ἐξικνοῦμαι Μαινάδων τοσοῦτον, ὅσον ὅσσοις ἐξικνεῖσθαί τις δύναιτο. quod vereor ut commodum h. l. sensum habeat. Possunt plura coniici, ut οὐκ ἐξικνοῦμαι Μαινάδων ὅσσοις μαθεῖν, sed quomodo e notissimis verbis μαθεῖν, ποθῶ, ὅσον errore librarii oriri potuerit μόθων vel adeo νόθων vix dicas. Μόθων quidem vox videtur comoediae, quam tragoediae, accommodatior, sed tamen lectam hic fuisse vocem, quae *lasciviam* significaret, e sq. αἰσχρουργίαν probabile fit.

V. 1014. Ald. rell. ὄχθον δ᾽ ἐπεμβὰς εἰς ἐλάτην ὑψαύχενα. Pal. ὄχθων δ᾽ ἐπ᾽ ἐμβὰς εἰς ἐλάτην ὑψαύχενα. Heath. coni. ἐς ἐλάτην ὑψ. quod recepit Schaefer. et probat Porson. apud Kidd. p. 226. Tyrwhitt. ἢ ᾽λάτην ὑψ. quod receperunt Brunck. et Elmslei. Hermann. dubitat, an recte crasis fieri possit in prima syllaba talis nominis, quale est ἐλάτη. Non enim in quovis vocabuli initio crasin usitatam esse, sed fere in solo augmento et praepositione sive nuda sive adhaerente voci compositae. Itaque repudiata Tyrwhitti coniectura scripsit ὄχθῳ δ᾽ ἐπεμβὰς ἐς ἐλάτην ὑψαύχενα. ὄχθον quidem haud scio, an non mutandum fuerit: nam et ἐπιβαίνειν τι, et ἐμβαίνειν τι et ἐμβατεύειν τι Aesch. Pers. 447. dicitur. Ad crasin quod attinet, crasin h. l. Hermann. vocat, quam alii rectius elisionem: nam, ne

diversa confundantur, crasis ea dicenda videtur, qua duae vocales in unam, eamque soni diversi, et longam transeunt, elisio, ubi alia vocalis alia expellitur. Crases sunt ᾡστέον μουγκώμιον, σοὔστι pro ᾧ. μοι ἐγκ. σοι ἐστι. elisio ἐμοί ᾽στι Soph. Phil. 812. νικώμενοι ᾽κύρισσον. Cf. Wolf. anal. litt. II. p. 432 sq. ἢ ᾽λάτης autem simile est ei, quod legitur Med. 1302. ἢ ᾽ξωθεν. Arist. Ran. 64. ἀλλ᾽ ἐκδιδάξω τὸ σαφές, ἢ ᾽τερα φράσω, et similia. Sed mirum mihi videtur Pentheum non satis habere vel collem vel abietem conscendere, sed abietem colli superimpositam, quamvis per se satis alta esset. Nec in sequentibus ulla collis mentio fit, quo opus fuerit, ut ex abiete melius dispiceret. Itaque lectio ὄχθον δ᾽ ἐπεμβάς ἐς ἐλάτην ὑψαυχένα etsi librorum auctoritate nititur, peior tamen mihi esse videtur ea, quam Tyrwh. proposuit.

V. 1016. Pal. τι a correctore additum habet.

V. 1019. ἐκυκλοῦτο Brunck. et Elmsl. Pal. κυκλοῦται.

V. 1020. Ald. Herv. 1. περὶ φορὰν ἕλκη δρόμον. Herv. 2. Brub. Cant. περιφορὰν ἕλκε δρόμον. In his nihil nisi ἕλκη mutavit Barnes. in nota tamen se Aldum sequi malle dicit, περὶ φορὰν ἕλκη δρόμον. MS. Steph. περίφορον. Pal. περιφορᾶν (sic) ἕλκη δρόμον, sed ἕλκει a prima manu scriptum suspicatur Elmsl. Vict. περιφορὰς ἕλκει. Inde recepi περιφορὰς ἕλκει, δρόμον e coniectura Stephani in δρόμου mutato. Sic etiam Elmsl. nisi quod περιφοράν praetulit et recte quidem. ἕλκει quidem necessarium videbatur: nam coniunctivi in comparationibus usus Homeri est, non Tragicorum, nisi forte in lyricis. Vid. ad Hec. 1003. περιφορὰν ἕλκει δρόμου, quo sensu accipiendum sit, parum liquere sibi ait Elmslei. Explico dictum pro περιφερῆ δρόμον ἕλκει. Hermann. ordinem verborum ita instituit: τρόχος ἕλκει δρόμον, τόρνῳ γραφόμενος περιφοράν, quod nunc, ad servandum δρόμον accommodatum, praefero.

V. 1021. ὡς Ald. rell. ὥς Barnes. Brunck. Herm. ὥς an Homeri exemplo pro οὕτως usurpetur a Tragicis, etiamnum dubito, vid. ad Hec. 438. ad Hippol. 1051. Hoc loco ὡς est *sicut*, *quemadmodum*; ut saepe relati-

dat Schol. Hephaest. p. 87. ed. Gasf. ἤδ᾽ ὄγκος ὑψίκρη- μνον ὄρεσι περίδρομον, eum ex hoc loco desumtum esse putem, sed aliunde, e dramate satyrico, petitum esse.

V. 1008. Pal. αὖτις.

V. 1013. Ald. rell. ὅσοι νόθων. MSS. Steph. ὅσον μόθων. Canter. ὅσοι μόθων, sed coni. ὄσσοις μόθων. Scaliger ὅσαι μαθεῖν. Heath. ὄσσοις μόθον. Musgrav. ὅποι μόθων, quam coniecturam Brunck. recepit. Elmsl. ὅσοι μόθων sed coni. ὅσον ποθῶ. Porson. apud Kidd. p. 226. „Fortassis ὄσσοις ἀθρῶν. Sed bona satis lectio ὅποι μόθων.“ Tandem Hermann. edidit: οὐκ ἐξικνοῦ- μαι Μαινάδων, ὄσσοις ὅσον, *quantum oculis, non asse- quor Maenades.* ὅσον ubique ita usurpatur, ut animo suppleri possit τοσοῦτον, ut in illis familiari consuetudine tritis, ὅσον αὐτίκα, ὅσον οὐδέπω, τυτθὸν ὅσσον ἄπωθεν i. e. τοσοῦτον ἄπωθεν, ὅσον τυτθόν ἐστι, i. e. *paulum modo.* Ita hoc loco sententia hoc modo absolveretur, οὐκ ἐξικνοῦμαι Μαινάδων τοσοῦτον, ὅσον ὄσσοις ἐξικνεῖ- σθαί τις δύναιτο. quod vereor ut commodum h. l. sen- sum habeat. Possunt plura coniici, ut οὐκ ἐξικνοῦμαι Μαινάδων ὄσσοις μαθεῖν, sed quomodo e notissimis verbis μαθεῖν, ποθῶ, ὅσον errore librarii oriri potue- rit μόθων vel adeo νόθων vix dicas. Μόθων quidem vox videtur comoediae, quam tragoediae, accommoda- tior, sed tamen lectam hic fuisse vocem, quae *lasciviam* significaret, e sq. αἰσχρουργίαν probabile fit.

V. 1014. Ald. rell. ὄχθον δ᾽ ἐπεμβὰς εἰς ἐλάτην ὑψαύχενα. Pal. ὄχθων δ᾽ ἐπ᾽ ἐμβὰς εἰς ἐλάτην ὑψαύχενα. Heath. coni. ἐς ἐλάτην ὑψ. quod recepit Schaefer. et probat Porson. apud Kidd. p. 226. Tyrwhitt. ἢ ᾽λάτην ὑψ. quod receperunt Brunck. et Elmslei. Hermann. dubitat, an recte crasis fieri possit in prima syllaba talis nominis, quale est ἐλάτη. Non enim in quovis vocabuli initio crasin usitatam esse, sed fere in solo augmento et praepositione sive nuda sive adhaerente voci compositae. Itaque repudiata Tyrwhitti coniectura scripsit ὄχθῳ δ᾽ ἐπεμβὰς ἐς ἐλάτην ὑψαύχενα. ὄχθον quidem haud scio, an non mutandum fuerit: nam et ἐπιβαίνειν τι, et ἐμβαίνειν τι et ἐμβατεύειν τι Aesch. Pers. 447. dicitur. Ad crasin quod attinet, crasin h. l. Hermann. vocat, quam alii rectius elisionem: nam, ne

diversa confundantur, crasis ea dicenda videtur, qua duae vocales in unam, eamque soni diversi, et longam transeunt, elisio, ubi alia vocalis alia expellitur. Crases sunt ᾀστέον μουγκώμιον, σοὖστι pro ᾄ. μοι ἐγκ. σοι ἐστι. elisio ἐμοί ᾽στι Soph. Phil. 812. νικώμενοι ᾽κύρισσον. Cf. Wolf. anal. litt. II. p. 432 sq. ἢ ᾽λάτης autem simile est ei, quod legitur Med. 1302. ἢ ᾽ξωθεν. Arist. Ran. 64. ἆρ᾽ ἐκδι- δάξω τὸ σαφές, ἢ ᾽τέρᾳ φράσω, et similia. Sed mirum mihi videtur Pentheum non satis habere vel collem vel abietem conscendere, sed abietem colli superimpositam, quamvis per se satis alta esset. Nec in sequentibus ulla collis mentio fit, quo opus fuerit, ut ex abiete melius dispiceret. Itaque lectio ὄχθον δ᾽ ἐπεμβὰς ἐς ἐλάτην ὑψαυχένα etsi librorum auctoritate nititur, peior tamen mihi esse videtur ea, quam Tyrwh. proposuit.

V. 1016. Pal. τι a correctore additum habet.

V. 1019. ἐκυκλοῦτο Brunck. et Elmsl. Pal. κυκλοῦ- ται.

V. 1020. Ald. Herv. 1. περὶ φορὰν ἕλκῃ δρόμον. Herv. 2. Brub. Cant. περιφορὰν ἕλκε δρόμον. In his nihil nisi ἕλκῃ mutavit Barnes. in nota tamen se Aldum sequi malle dicit, περὶ φορὰν ἕλκῃ δρόμον. MS. Steph. περί- φορον. Pal. περιφορᾶν (sic) ἕλκῃ δρόμον, sed ἕλκει a prima manu scriptum suspicatur Elmsl. Vict. περιφο- ρὰς ἕλκει. Inde recepi περιφορὰς ἕλκει, δρόμον e con- iectura Stephani in δρόμου mutato. Sic etiam Elmsl. nisi quod περιφοράν praetulit et recte quidem. ἕλκει quidem necessarium videbatur: nam coniunctivi in com- parationibus usus Homeri est, non Tragicorum, nisi forte in lyricis. Vid. ad Hec. 1003. περιφορὰν ἕλκει δρόμου, quo sensu accipiendum sit, parum liquere sibi ait Elmslei. Explico dictum pro περιφερῆ δρόμον ἕλκει. Hermann. ordinem verborum ita instituit: τρόχος ἕλκει δρόμον, τόρνῳ γραφόμενος περιφοράν, quod nunc, ad servandum δρόμον accommodatum, praefero.

V. 1021. ὡς Ald. rell. ὥς Barnes. Brunck. Herm. ὥς an Homeri exemplo pro οὕτως usurpetur a Tragicis, etiamnum dubito, vid. ad Hec. 438. ad Hippol. 1051. Hoc loco ὡς est *sicut*, *quemadmodum*; ut saepe relati-

va et pronomina et adverbia pro absolutis ponuntur v. c. ipsum ὥς, *quia*, pro *nam*. Cf. ad Med. 581.

V. 1025. μὴ 'ναχαιτίσειε cum Ald. rell. an cum Elmsleio e cod. Pal. et Herm. μὴ ἀναχαιτίσειε scribas, non multum refert; illa elisio est, haec συνεκφώνησις.

V. 1036. Ald. rell. ἐστήριξε. Coniecturam Valcken. ad Herod. III, 135. ἐστήριζε confirmat cod. Pal. In hac formula ἅμ' ἠγόρευε καὶ ἐποίει semper ponitur imperfectum secundo loco, quando actiones duae simul et eodem tempore fiunt.

V. 1037. Porson. apud Kidd. p. 190. Αἰθὴρ δ' ἐσίγα. Sed recte de hoc loco iudicat Hermann. Praef. p. XXXIII. V. 1038. auctor *X. Π.* 2241. pro βοήν habet ψόφον.

V. 1043 sq. πελείας ὠκύτητ' οὐχ ἥσσονες ποδῶν ἔχουσαι i. e. ὠκύτητα ποδῶν οὐχ ἥσσονες πελείας et ὠκύτητα ποδῶν οὐχ ἥσσονα πελείας (τῆς πελείας ὠκύτητος) ἔχουσαι. Frustra Heath. ἥσσονα, quam coniecturam probatam Musgravio, receperunt Brunck. et Elmsleius. Hermanno ἥσσονες ἔχουσαι dictum esse videtur omisso participio οὖσαι. „Muta id in imperfectum, inquit, et videbis recte dici, οὐχ ἥσσονες πελείας οὖσαι εἶχον.“ Recte, si cum εἶχον cogitaveris ὠκύτητα; sin simpliciter οὖσαι εἶχον pro ἦσαν accepit, neque ἔχω ὤν unquam legere me memini, neque ἔχω nisi cum participio verbi activi coniunctum reperire. Locus autem Platonis Cratyl. p. 404. C. plane alienus est. Vid. Gramm. gr. §. 559. p. 814 sq.

V. 1049. Ald. rell. κραταβόλους. Vict. κρᾶτα βόλους. Heathio debetur κραταιβόλους.

V. 1051. Herm. ὄζοισί τ' ἐλατ. Recte.

V. 1052. Ald. rell. ἄλλοι δέ. Canter. e Brodaei et Steph. coniectura ἄλλαι δε, et sic notatum in Vict.

V. 1053. Ald. rell. Πενθέως τ' ὄχον δύστηνον. Egregia est coniectura Reiskii Πενθέως, στόχον δύστ. quam recepit etiam Herm. Elmsleius satis habuit versum obelo notare. Idem οὐχ ἥνυτον. Vid. ad Hec. 1143. Phoen. 453.

V. 1055. λελησμένος vulgo. λελημμένος est e Musgravii emendatione. Vid. Elmsl.

V. 1067. Elmsl. recte ἱερία.

V. 1068. Elmsl. προσπίτνει. Vid. ad Suppl. 693. Tum κόμας ἄπο Ald. rell. quod primus Brunckius emendavit. Et Pal. κόμης.

V. 1069. κτάνοι Brunck. Elmsl. Quum Graeci libenter ab oratione obliqua ad rectam transeant, et iis verbi temporibus ac modis utantur, quibus qui inducitur, ipse in loquendo usus esset (vid. Gramm. gr. §. 507. p. 711. §. 519. p. 736.) non mirum, eos post ὡς quoque, ἵνα etc. nonnunquam coniunctivum pro optativo posuisse.

V. 1076. Ald. rell. χρή. Brunck. χρῆν.

V. 1077. Pal. ἐκ βακχείου κατεί χετ'. Inter κατεί et χετ' aliquid erasum est. *Elmsl.*

V. 1083. Recte Herm. monet prius τε sententiae praecedentibus adnectendae inservire; et hanc ipsam ob causam comma posui post σάρκας, quum in Ald. rell. plene distingueretur.

V. 1085. Pal. ὁ μὲν στυγνάζων, ὅσον ἐτύγχανε πνέων. a pr. m. πλέων. ἦν δὲ πᾶσ' ὁμοῦ βοή, ὁ μὲν στεν. dictum est pro πᾶσαν δὲ ὁμοῦ βοὴν ἵεσαν, ὁ μὲν στ. ut Phoen. 1462. ἦν δ' ἔρις στρατηλάταις, οἱ μέν – pro ἤριζον δὲ στρατηλάται, οἱ μέν – –

V. 1086. Ald. rell. αἳ δ' ἠλάλαζον. ἀνέφερε δ' ἡ μὲν ὠλ. Sic etiam Pal. nisi quod pro ὠλένην habet ἐλένην. Duporti coniecturam ἔφερε a Musgravio probatam admisit Brunckius. Ingeniosa est Hermanni coniectura: αἳ δ' ἠλάλαζον· ἄγε, φέρ' ἡ μὲν ὠλένην, ἡ δ' ἴχνος αὐταῖς ἀρβύλαις· γυμνοῦτε δὲ πλευρὰς σπαραγμοῖς. At parum sibi constaret Euripides, si, quum mulieres mente a deo ita perturbatas finxisset, ut leonem interficere, non hominem, sibi viderentur (vid. v. 1095. 1231.) tamen ita eas sibi acclamantes faceret: *age, rape alia brachium, alia pedem, et quidem cum ipsis calceis.* Haec enim esset non feminarum Bacchico furore correptarum, et infelici errore feram a se laniari credentium, oratio, sed furiarum sanguinolentarum, hominem sese discerpere probe intelligentium, quales Parisiis olim fuisse accepimus. In vulgata vero lectione reprehendenda calumniari videtur Hermann. verba enim γυ-

μνοῦντο δὲ πλευραὶ σπαραγμοῖς non explicationem continent, ut vel brachiis pedibusque avulsis quasi armis et praesidio nudata dicantur latera, vel quum membra illa abrumperentur, tantae carnium laciniae sequutae esse existimari debeant, ut costae in lateribus nudarentur, sed de universis valent, et, quum antea singulis partes quaedam distributae essent, nunc quid universae fecerint, indicant. Ita vis est in verbo *γυμνοῦντο*, quod summam quasi complectitur eorum, quae antea dicta erant; qua ratione Herm. alibi omissionem augmenti defendit. Sic Homerus saepe postquam commemoravit, quos singuli interfecerint, imaginem universos complectentem subiicit. Accuratius hoc etiam significatur sqq. *πᾶσα δέ* i. e. *ἑκάστη*, ut recte Herm. *διεσφαίριζε σάρκα Πενθέως*.

V. 1089. *σάρκα* ob metrum Porson. apud Kidd. p. 246.

V. 1090. Ald. rell. *τυφλοῖς*. Barnes. *στυφλοῖς*. Sed scribendum *στύφλοις*, ut monuit Elmsleius.

V. 1094. Ald. *πτήξασ'*. Correxerunt Brodaeus et Stephanus.

V. 1098. *τειχέων ἔσω τόνδ'* Ald. Herv. 1. 2. Brub. Correxit Canter. et *τῶνδ'* Pal. Flor. 1.

V. 1100. Ut *ᾗ* haberet quo referretur, Elmsleius comma post *ἄγρας* sustulit, ut *τὸν καλλίνικον* adiectivi loco haberetur. Eum recte secutus est Hermannus.

V. 1101. *τῆδ'* ante *ἐκποδών* e coniectura Reiskii addidi. Pierson. Veris. p. 130. *τῆσδ' ἐκποδὼν τῆς ξυμφορᾶς*, quod etsi bene Graecum sit, sine necessitate tamen in hunc locum inferri iudicat Porson. ad Eurip. Suppl. v. 1113. in ed. Markl. Oxon. p. 211.

V. 1102. Hermann. persuasam habens, Euripidem non ita contra leges rhetoricas Agavae nomen, ubi nulla oppositio esset, in principio collocaturum fuisse, edidit *ἄπειμ' Ἀγαυῇ, πρίν – – Τῇδε τῇ ξυμφορᾷ* esse *propter hoc malum.* In *Ἀγαυῇ*, etsi nulla oppositio, vis tamen inest, quum in eam praecipue illa calamitas ingruerit, quippe quae et filium occiderit, et eius cruentum caput manibus gerat. Nec maior vis inest in *Κάδμου θυγατέρες* in initio posito v. 1156.

V. 1104. Ald. rell. et Pal. *οἶμαί γ' αὐτό*. E Reiskii

coniectura est *ταὐτό*, quod recepit etiam Elmslei. quamvis *ταὐτό* raro inveniri apud Atticos saepe monuerit. Pseudogregor. 1143. *οἶμαι δ' αὐτό*. Hinc recte Hermann. *κάλλιστον· οἶμαι δ' αὐτὸ καὶ σοφ.*

V. 1106. Pal. *βακχείων*. Recte Elmsl. post Hermann. ad Hec. praef. p. LXVI sq. *Βάκχιον*. Ita hic et sequens versus e dochmio et cretico constat.

V. 1108. *τοῦ* Hermann. iam in elem. d. m. p. 122. delendum monuit, quia molestus esset articulus, et omittit Pal. Itaque Elmslei. quoque delevit. Deleto articulo versum ex iambico monometro hypercatalecto et dochmio constare monet Hermann. elem. l. c. puto, ut disyllaba dochmii esset anacrusis: nam haec genitivi forma *α* nunquam breve habet. Elmsleius cum Burgesio *Πενθέως* etiam deletum malit, nescio quo odio nominum propriorum ductus.

V. 1110. *πιστὸν ἀΐδαν* Ald. rell. quod alii aliter emendare conati sunt. Quod dedi est e coniectura Seidleri de verss. dochm. p. 116. Elmslei. *πιστόν* revocavit, *πιστὸν Ἀΐδαν* (sic scripsit) cum Brodaeo interpretatur *certam ac manifestam necis suae causam.* Hermann. dedit *πιστὸν Ἀΐδᾳ ἔλαβεν εὔθυρσον ταῦρον*, *fretum Orco thyrsigerum taurum ducem habens exitii.* *πιστὸς* *fretus* est apud Soph. Oed. C. 1031. *ἀλλ' ἔσθ' ὅτῳ σὺ πιστὸς ὢν ἔδρας τάδε.* Vid. Porson. ad Eur. Hec. 1125. At quomodo taurus ille, Pentheum in exitium adducens dici potest *fretus Orco?* quum enim deus esset sub forma tauri latens non conveniebat eum ad necem infligendam Orco fretum esse eiusque opem exspectare. Ego ex parte Brodaeum sequor: *ᾄδης* quidem ubi pro necis causa ponatur, non habeo dicere: sed tamen saepe appositio declarat id, quo aliquid efficitur, ut in illis *θάνατόν νύ τοι ὅρκι' ἔταμνον*. Vid. ad Hel. 172. Proprie thyrso confidebat Pentheus, se eo instructum tuto in Baccharum coetum prodire posse. Quod thyrso conveniebat, id cum acerba irrisione ad *ᾅδαν* retulisse videtur, imprimis quum *πιστὸς ᾄδης* esset ipse thyrsus.

V. 1111. Mihi quoque *νάρθηκα εὔθυρσον* iungenda videntur. vid. Elmsl. Hermann. *εὔθυρσον ταῦρον* iungit; quia hic nihil ad rem, quod ille taurus visus esset, sed

μνοῦντο δὲ πλευραὶ σπαραγμοῖς non explicationem continent, ut vel brachiis pedibusque avulsis quasi armis et praesidio nudata dicantur latera, vel quum membra illa abrumperentur, tantae carnium laciniae sequutae esse existimari debeant, ut costae in lateribus nudarentur, sed de universis valent, et, quum antea singulis partes quaedam distributae essent, nunc quid universae fecerint, indicant. Ita vis est in verbo *γυμνοῦντο*, quod summam quasi complectitur eorum, quae antea dicta erant; qua ratione Herm. alibi omissionem augmenti defendit. Sic Homerus saepe postquam commemoravit, quos singuli interfecerint, imaginem universos complectentem subiicit. Accuratius hoc etiam significatur sqq. *πᾶσα δέ* i. e. *ἑκάστη*, ut recte Herm. *διεσφαίριζε σάρκα Πενθέως*.

V. 1089. *σάρκα* ob metrum Porson. apud Kidd. p. 246.

V. 1090. Ald. rell. *τυφλοῖς*. Barnes. *στυφλοῖς*. Sed scribendum *στύφλοις*, ut monuit Elmsleius.

V. 1094. Ald. *πτήξασ'*. Correxerunt Brodaeus et Stephanus.

V. 1098. *τειχέων ἔσω τόνδ'* Ald. Herv. 1. 2. Brub. Correxit Canter. et *τῶνδ'* Pal. Flor. 1.

V. 1100. Ut *ᾗ* haberet quo referretur, Elmsleius comma post *ἄγρας* sustulit, ut *τὸν καλλίνικον* adiectivi loco haberetur. Eum recte secutus est Hermannus.

V. 1101. *τῆδ'* ante *ἐκποδών* e coniectura Reiskii addidi. Pierson. Veris. p. 130. *τῆσδ' ἐκποδὼν τῆς ξυμφορᾶς*, quod etsi bene Graecum sit, sine necessitate tamen in hunc locum inferri iudicat Porson. ad Eurip. Suppl. v. 1113. in ed. Markl. Oxon. p. 211.

V. 1102. Hermann. persuasam habens, Euripidem non ita contra leges rhetoricas Agavae nomen, ubi nulla oppositio esset, in principio collocaturum fuisse, edidit *ἄπειμ' Ἀγαυῇ, πρὶν -- Τῇδε τῇ ξυμφορᾷ* esse *propter hoc malum*. In *Ἀγαυῇ*, etsi nulla oppositio, vis tamen inest, quum in eam praecipue illa calamitas ingruerit, quippe quae et filium occiderit, et eius cruentum caput manibus gerat. Nec maior vis inest in *Κάδμου θυγατέρες* in initio posito v. 1156.

V. 1104. Ald. rell. et Pal. *οἶμαί γ' αὐτό*. E Reiskii coniectura est *ταὐτό*, quod recepit etiam Elmslei. quamvis *ταὐτό* raro inveniri apud Atticos saepe monuerit. Pseudogregor. 1143. *οἶμαι δ' αὐτό*. Hinc recte Hermann. *κάλλιστον· οἶμαι δ' αὐτὸ καὶ σοφ.*

V. 1106. Pal. *βακχείων*. Recte Elmsl. post Hermann. ad Hec. praef. p. LXVI sq. *Βάκχιον*. Ita hic et sequens versus e dochmio et cretico constat.

V. 1108. *τοῦ* Hermann. iam in elem. d. m. p. 122. delendum monuit, quia molestus esset articulus, et omittit Pal. Itaque Elmslei. quoque delevit. Deleto articulo versum ex iambico monometro hypercatalecto et dochmio constare monet Hermann. elem. l. c. puto, ut disyllaba dochmii esset anacrusis: nam haec genitivi forma *α* nunquam breve habet. Elmsleius cum Burgesio *Πενθέως* etiam deletum malit, nescio quo odio nominum propriorum ductus.

V. 1110. *πιστὸν ἄϊδαν* Ald. rell. quod alii aliter emendare conati sunt. Quod dedi est e coniectura Seidleri de verss. dochm. p. 116. Elmslei. *πιστόν* revocavit, *πιστὸν Ἀΐδαν* (sic scripsit) cum Brodaeo interpretatur *certam ac manifestam necis suae causam*. Hermann. dedit *πιστὸν Ἀΐδᾳ ἔλαβεν εὔθυρσον ταῦρον*, *fretum Orco thyrsigerum taurum ducem habens exitii*. *πιστός fretus* est apud Soph. Oed. C. 1031. *ἀλλ' ἔσθ' ὅτῳ σὺ πιστὸς ὢν ἔδρας τάδε*. Vid. Porson. ad Eur. Hec. 1125. At quomodo taurus ille, Pentheum in exitium adducens dici potest *fretus Orco?* quum enim deus esset sub forma tauri latens non conveniebat eum ad necem infligendam Orco fretum esse eiusque opem exspectare. Ego ex parte Brodaeum sequor: *ᾅδης* quidem ubi pro necis causa ponatur, non habeo dicere: sed tamen saepe appositio declarat id, quo aliquid efficitur, ut in illis *θάνατόν νύ τοι ὅρκι' ἔταμνον*. Vid. ad Hel. 172. Proprie thyrso confidebat Pentheus, se eo instructum tuto in Baccharum coetum prodire posse. Quod thyrso conveniebat, id cum acerba irrisione ad *ᾅδαν* retulisse videtur, imprimis quum *πιστὸς ᾅδης* esset ipse thyrsus.

V. 1111. Mihi quoque *νάρθηκα εὔθυρσον* iungenda videntur. vid. Elmsl. Hermann. *εὔθυρσον ταῦρον* iungit; quia hic nihil ad rem, quod ille taurus visus esset, sed

quod esset Bacchus. At sub tauri forma latere Bacchum quivis sciebat, quippe e vulgari etiam superstitione *ταυρόμορφον, ταυρόκρανον θεόν.* Ita taurum ubi in hac rerum ratione nominabant, etiam non adiecto *εὔθυρσον* intelligebant Bacchum.

V. 1114. *τὸν καλλίνικον* sc. *ὕμνον.* Vid. Elmslei. nec opus est scribi *τὸ καλλίνικον* cum Brunckio. *ἐξεπράξατε* e Scaligeri coniectura Elmsl. et Hermann. *ἐξεπράξατο* esset *Bacchus a vobis exegit.*

V. 1115. *εἰς γόον* primus Canter. pro *εἰς γόνον.*

V. 1116. 17. sic digessit Seidler. de vers. dochm. p. 152.

V. 1118. Ald. rell. *ἐς δρόμους.* Correxit Stephanus.

V. 1120. *κῶμον εὔιον* Herm. quod an ad sonum elegantius sit, quam *εὐΐου θεοῦ,* nescio. Nec in *εὐΐου θεοῦ* epitheton plane otiosum, quod non ipsum Bacchi, sed generis nomen positum sit. Sic 143. *τὸν εὔϊον ὀγαλλόμεναι θεόν.*

V. 1121. Ald. rell. *τί με δὴ ὀρθεῖς ὦ.* Pal. *ὀρθεῖς ὦ.* MSS. Steph. *ὀρθοῖς,* ut edidit Canter. Seidlerum *ὀρθοῦν* explicantem *excitare, provocare* recte refellit Herm. ad h. l. Musgr. *ὄρσεις,* quod recepit Brunck, qui praeterea scripsit *τί με δῆτ' ὄρσεις ὦ.* Hermann. *τί μ' ὀροθύνεις ὦ. ὀρθεῖς* et *ὀρθοῖς* vitiosa esse, negari non potest. Videtur librarius de *ὄρθια* cogitasse, ut *ὀρθεῖν* vel *ὀρθοῦν* esset *ὀρθίᾳ φωνῇ βοᾶν.*

V. 1122. Plut. T. I. p. 564. E. T. II. p. 501. B. et Polyaen. VII, 41. *ἐξ ὄρεος,* quod recepit Herm. ut aptius, quia Cithaeronem intelligat Agave. Sq. v. *ἕλικα* Herm. recte de thyrso accipit.

V. 1124. Ald. rell. *μακάριον θήραμα.* Apud Plut. T. I. p. 564. F. est *μακαρίαν θήραν,* apud Polyaen. l. c. *μακάριον θήραν.* Hoc dedit Hermann. At Euripides semper dicit *μακαρία* feminino genere, non *μακάριος. θήραμα* glossa esse videtur vocis *θήρα.* vid. Schaefer ad Gregor. C. p. 126. Sic Soph. Phil. 609. *Ἕλενον Ὀδυσσεὺς εἷλε θήραν καλήν.*

V. 1125. Pal. om. *γε* et *ὦ.* Hermann. *γε* hic nullo modo ferri posse censens dedit *τε.* Mihi *γε* hic eam-

dem vim habere videtur, quam alias in responsionibus habet, ut verbo, cui additum est, confirmando et vi quadam insigniendo inserviat. Tum Herm. *σύγκωμος* pro *σύγκωμον.* At socius cuiuscunque rei non solet dici *δέχεσθαι* alium, eiusdem rei principem, sed ipse recipi vel assumi, nec unquam quisquam dixit *συνοδίτης, συστρατιώτης σε δέχομαι,* sed *δέχομαί σε συνοδίτην, συστρατιώτην.* Itaque quum chorus dicit se *δέχεσθαι* Agaven, significat se iam ante Agavae adventum instituisse solennes choreas ad gaudium suum declarandum, quarum nunc participem esse velit Agaven.

V. 1127. Ald. rell. *νεόν νιν.* MSS. Steph. *νέον λῖν,* unde sic edidit Canterus. De accentu vid. Herm.

V. 1129. De hoc versuum genere vid. Hermann. elem. d. m. p. 264.

V. 1131. *γ'* om. Pal. et deleri volebat Elmslei. ad Med. p. 287. not. quum *γε* in interrogatione poni non posse sibi persuasisset. In editione Baccharum servavit, sed delevit Herm. scribens *πρῶτα.* Tum Ald. *ἐμὸν ἐμὸν τὸ γέρας.* Plutarch. I. p. 564. semel *ἐμόν,* unde sic edidit Musgr. quod metrum iam fieri iubebat.

V. 1132. totum cum Seidlero Agavae continuavit Hermann.

V. 1133. Scribe:

Χορος

Τίς ἄλλα;

Αγαυη

τὰ Κάδμου —

Χορος

τί Κάδμου;

Ἀγαυη

γένεθλα

γένεθλα bis Ald. rell. semel Heath.

V. 1137. *ἀρτιγένυν* (sic) una voce Ald. rell. Aemil. Porti coniecturam, *ἄρτι γένυν* divisim legentis, confirmat Pal. Elmsleio locum recte explicare videtur Heath. qui sic vertit: *Iuvenilis hic catulus, sub verticem delicate capillatum, genam modo pilosam emittit.* Itaque *κατάκομον* non cum proximis *κόρυθ' ἁπαλότριχα,* sed cum remotiore *γένυν* iunxit, ut *γένυς κατάκομος* esset

pro γένειον s. πώγωνα, et γένυν βάλλειν i. e. ἐκβάλλειν pro πώγωνα φύειν accepit, quorum neutrum fieri potest. Rectius Hermann. ἄπο scribens, quod iungendum cum βάλλει vertit: *vitulus hic, iuvenis adhuc genas, comatum molli crine amisit capitis ornamentum.*

V. 1140. Choro tribuit Tyrwhitt. quum in Ald. rell. Agavae continuaretur. φόβῳ Ald. φόβῃ Brod. Steph. e codd. et Reisk.

V. 1141. ὁ βάκχειος Pal.

V. 1142. σοφὸς σοφῶς cum Brunckio Elmsl. et Herm.

V. 1143. Ald. ἐπὶ θήρα τόνδε. Brod. Steph. ἐπὶ θῆρα τόνδε. Herm. ἐπὶ θήρα τοῦδε, ut iam ante Brodaeum nonnulli legerunt, gravi errore, ut ait Steph.

V. 1145. Pal. om. τί δέ. Herm. recte distinxit: τί δ'; ἐπαινῶ.

V. 1146. Pal. τάχα δὲ καὶ καδμεῖοι. Hermann. sqq. ita inter chori personas et Agaven distribuit:

Ἀγαυη
τάχα δὲ Καδμεῖοι.
Χορος
καὶ παῖς γε Πενθεὺς ματέρ'
Ἀγαυη
ἐπαινέσεται,
λαβοῦσαν ἄγραν τάνδε λεοντοφυῆ
Χορος
περισσάν
Ἀγαυη
περισσῶς
Χορος
ἀγάλλῃ κ. τ. λ.

V. 1147. Pal. ἐπαινεύσεται.

V. 1148. Ald. Herv. 1. περισσὰς περισσῶς. Herv. 2. Brub. περισσὰ περισσῶς. Canter. ex em. Brodaei περισσὰν περισσῶς. quod etiam in suis codd. reperiri testatur Steph.

V. 1150 sq. Ald. γέγηθα, μεγάλα, μεγάλα, φανερὰ καὶ τάδ' ἔργα κατειργασμένα. Pal. γέγηθα. μεγάλα μεγάλα καὶ φανερὰ τάδ' ἔργα κατ. καὶ φανερὰ pro φανερὰ καὶ

iam Seidler. invenerat, quem in ceteris etiam secutus sum, φανερὰ μὲν, καινὰ δέ. Herm. γέγηθα. μεγάλα μεγάλα καὶ φανερὰ τἄργ' ἐγὼ κατ. Magis tamen placeret, inquit, si libri adiuvarent, γέγηθα μεγάλα μεγάλα τάδε φανερὰ τ' ἔργ' ἐγὼ κατ.

V. 1152. Pal. δεῖξον νῦν. ut Herv. 2. Brub. Canter. Vitium post Portum sustulit Barnes.

V. 1155. Pal. ὡς ἴδετε.

V. 1157. Vid. Schol. Flor. ad Hec. 1132.

V. 1160. κτᾶσθαι mea sententia e κομπάζειν pendet. *Gloriari debemus, nos instrumenta eorum, qui hastas fabricantur,* i. e. *tela frustra nobis comparare,* quum etiam sine telis, manuum vi, hostes vincere possimus.

V. 1164 sq. Ald. αἱρέσθω λαβὼν πλεκτῶν πρὸς οἴκων κλιμάκων προσαμβάσεις. αἰρέσθω Barnes. qui in nota etiam emendat πηκτῶν πρὸς οἶκον. sed αἰρέσθω male vertit *surgat*; imo *attollat*, ut Heath. Pro οἴκων Pal. οἴκους, quod admisit Elmsleius.

V. 1168. Post βάρος distinguit Ald. ut iungantur Πενθέως πρόσπολοι. Recte comma post Πενθέως transtulit Canter.

V. 1172. Ald. Herv. 1. 2. Brub. ἐν ταυτῷ πέσω. Herv. 3. Stiblin. Canter. ἐν ταυτῷ πέδῳ, et sic Pal. ἐν ταύτῳ πέδῳ.

V. 1173. ἐν ὕλῃ δυςευρέτῳ, *in silva ita abdita, ut vix inveniri et explorari possit.* Hermann. edidit δυςευρέτως, addens, In huiusmodi vocabulis nihil refert, utrum reperiantur in lexicis, an non. Recte: nam in lexicis multa desunt. At expectandum tamen, puto, dum vox in probati scriptoris loco inveniatur; an ne hoc quidem quidquam referre censet Vir eximius, modo analogia vocem tueatur? Adverbia vero cum εὑρέτως composita vix usquam reperias. *Quid autem horum omnium,* inquit Lobeck. ad Phryn. p. 46. *erudita antiquitas receperit, non internis eorum notis et vestigiis iudicari, sed tantum exemplorum copia vel inopia ad verisimilitudinem quandam aestimari potest.*

V. 1174. Ald. rell. ἤκουσα γάρ του. που pro του Flor. 1. quod me recepisse nunc nollem.

V. 1176. *Βακχῶν πάρα a Bacchis redux* e coniectura Musgravii ediderunt Brunck. Elmsl. Hermann. Quum utrumque dici possit, et *ἤκουσα θυγατέρων τολμήματα*, et *ἤκουσα περὶ θυγατέρων*, utrumque, interiectis aliquot verbis, coniunxit, sed ita ut quum priore loco filias tantum commemorasset, deinde Bacchas nominaret, inter quas illae quoque versabantur. Ita ad vulgatam defendendam non argumentis opus est, sed commoda explicatione, qua ipsa gravius argumentum proferri non potest.

V. 1179. *ἀριστέα ποτε* Ald. rell. *Ἀρισταίου* Miltonus. *Ἀρισταίῳ* Heath. Musgr. Brunck. rell.

V. 1182. Ald. rell. *τήνδ'*. Correxit Barnes.

V. 1183. *οὐδ' ἄκραν τ'* Ald. rell. quod correctum iam in Herv. 2.

V. 1184. Eleganter Scaliger *αὐτήν*, quam coniecturam receperunt Brunck. Herm. Sed parum referre mihi quoque videtur: nam qui infelicem adspectum filiae videt, is haud dubie filiam videt, triste spectaculum.

V. 1189. Pal. *εἰς μεῖζον ἥκω θήρας*. *μεῖζον* praetulit Hermannus.

V. 1192. Herm. *ὡς ἀγκρεμασθῇ*, non convenire enim *ἄν*, ut in re minime dubia. Mihi nondum exploratum est, *ἄν* in dubiis tantum rebus coniunctivo addi. Supra v. 483. verba *ὡς ἂν σκότιον εἰςορᾷ κνέφας* reddere nolim cum Hermanno, *ut, si libet, tenebras adspiciat*. Nam qui in obscuro carcere inclusus est, tenebras adspicere debet, sive ei libeat, sive non libeat. Et hoc loco negare tamen poterat pater, quod filia petebat.

V. 1193. Pal. *τοῖς ἐμῆς ἀγρεύμασιν*.

V. 1197. Pal. *ἐξειργασμένων*, quomodo scribendum esse, miratur Elmslei. non vidisse interpretes. Equidem in vulgata nihil incommodi video: nam et accusativus in exclamationibus usitatus, et *εἴργασμαι* passivo sensu positi exempla ipse attulit Elmsl. ad Heracl. 601. in Add. *Πένθος* vero non est *facinus luctuosum*, ut explicat Elmsleius, sed *luctus*, et *πένθος ἐξειργασμένων φόνον* esset *luctus propter eas, quae caedem commiserunt*, vel potius *ἐξειργασμένων* absolute positum esset pro *αὐτῶν ἐξειργασμένων*. Sed quum Agave de se praecipue gloriata esset, eamque solam mox alloquatur Cadmus, minus convenit de pluribus eum loqui.

V. 1204. Pal. *σκυθρωπός*.

V. 1205. Adde comma post *τρόποις*.

V. 1206. *ἐν* et *ἅμα* iuxta se posita ad id genus pleonasmorum referenda sunt, de quo egit Hermann. ad Viger. p. 886. *ἐν νεανίαις Θηβαίοις* et *ἅμα νεανίαις Θ.* *ὅτε ὀριγνῷτο* autem non est *quoties*, ut Elmslei. vertit, sed *quando* vel *quum*, et optativus significat, hoc ex iis esse, quae fieri optat Agave. Varias de h. l. coniecturas apud Elmsleium videre licet.

V. 1209. Pal. om. verba *κἀμοί, μὴ σοφοῖς χαίρειν κακοῖς ποῦ 'στιν*.

V. 1218. *τί μοι τῶνδ'* Ald. Herv. 1. 2. Brub. Correxit Steph. e MSS.

V. 1219. Ald. rell. *ἔθ' ὡὐτός*. Pal. *ἔθ' αὑτός*. Quae in Add. T. VII. p. 502 sqq. de hac forma disputavi, ea egregie confirmari iis, quae Bekkerus e Codd. adscripsit ad Demosth. p. 11. not. e. (Olynth. 1. §. 3.) p. 299. not. b. (de cor. §. 177.) non sine gaudio vidi.

V. 1221. Sic Ald. Sed quum in Herv. 1. 2. Brub. rell. excidisset *τόδ'*, varii varie locum emendare conati sunt. Pal. *τόδέ τι*.

V. 1224. *σαφῶς* coni. Reisk. quod probatum Musgravio receperunt Brunck. Elmslei. Herm.

V. 1225. Pal. *ὡς ἐλέλησμαι γ'*.

V. 1229. Pal. *ἐμοί τε*.

V. 1232. Pal. *νῦν*. Elmsleio placet *νιν*, quod elegans est, nec tamen necessarium. Verba *βραχὺς ὁ μόχθος εἰςιδεῖν* Pal. tribuit Agavae.

V. 1233. *φέρομαι* explico *tanquam praemium fortitudinis reporto*. Respicit ad id, quod adhuc ei visum fuerat.

V. 1236. Vulgo *προςεοικέναι*. Correxit Brunck.

V. 1238. *ᾠμωγμένον* Elmslei. qui in interpretatione se haerere fatetur. Caput Penthei vel potius ipse Pentheus ante defletus erat a Cadmo, quam Agave eum agnosceret; quod ad infelicitatem matris significandam

valet, ad quam ne sensus quidem infortunii pertineret, quodque non agnosceret, quem alii non agnoverant solum, sed etiam defleverant. Musgrav. ἡμαγμένον, quod recepit Hermann. ἤ σὲ γνωρίσαι Ald. rell. et Elmslei. Recte: nam vis est in pronomine, *quam tu*, mater, quam primam agnoscere filium conveniebat, *eum agnosceres.* Syllaba brevis autem ante γν nusquam corripitur, (vid. Gramm. gr. §. 24. p. 78. not. f.) quod necesse esset, si σε esset enclitica.

V. 1239. Pal. ἦλθες χέρας. Elmsleio non valde placet pes quintus ἦλθ' εἰς, nec reponere dubitaret ἦλθεν, si certum esset praepositionem recte abesse posse. At Hermann. Est hoc ex eo genere, inquit, in quo facile existimari potest, quid ratio linguae permittat. Itaque ἦλθεν χέρας scripsit, etsi nec ipse exemplum huius formulae in promtu habens. Equidem, etsi causam locutionum ubique praecipue quaerendam existimo, hoc tamen non tantum valere debere censeo, ut, quodcunque ratione sola (*a priori* vulgo dicunt) dici *potuisse* intelligas, id dictum etiam *esse*, etsi nulla eius usus exempla suppetant, statuas. Nam analogia est illa quidem in iis, quae dicta sunt, a causa sua repetendis praecipue utilis, abutatur tamen ea, si quis ex ea, dicta etiam esse, quae nusquam leguntur, colligere velit. Itaque ut Latine recte dicitur *domi fui*, at *domi paternae fui* non item, etsi Scioppius hoc dici potuisse contendit (vid. Ruddimanni gramm. lat. p. 277. not. 17. ed. Lips.) sic χθόνα ἐλθεῖν, γούνατα ἱκάνειν, μνηστῆρας ἀφικέσθαι saepe legitur, χεῖρας τινὸς ἐλθεῖν nusquam, hanc fortasse ob causam, quod in illis satis erat, accessionem aliquam seu appropinquationem indicasse, qui autem εἰς χεῖρας ἐλθεῖν dicitur, is non *prope* manus *accessit*, sed ipsis manibus deinde *tenetur.* Cycl. 351 sq. quidem legitur κρείσσονας γὰρ Ἰλίου πόνους ἀφῖγμαι κἀπὶ κινδύνου βάθρα. sed praepositionem secundo nomini additam quidni ad prius etiam referri liceat, ut saepissime fit? nec in ipsos labores iam incidit, sed ad eos accessit, ἐπὶ κινδύνου βάθρα.

V. 1241. Scribe καρδία, ut est in Ald. Recte enim Elmsleius monuit καρδία πήδημ' ἔχει esse idem quod δέδοικε. hinc accusativum adiungi.

V. 1242. Ald. rell. καὶ κασιγνήτη σέθεν. Pal. καὶ κασίγνητοι σέθεν. κασίγνηται e Musgravii coniectura receperunt Elmsl. Herm. Markl. ad Suppl. 1181. malit χαὶ κασίγηται σέθεν. Vid. ad Suppl. 1188.

V. 1243. Herm. ἢ κατ' οἶκον, ut est in Ald. rell.

V. 1244. διέλαχον, ita discerpserunt, ut alius aliam partem quasi sortito acciperet. Simile est δῶμα διαλαχεῖν σιδήρῳ Phoen. 68. de re, in qua dividenda fortuna regnat.

V. 1248. Pal. ἐμάνη τε πᾶσα τ'.

V. 1250. Ald. rell. ὕβριν ὑβρ. Heath. inseruit γ', quod receperunt etiam Elmsl. et Herm.

V. 1253. Ald. rell. συγκεκλειμένον. Barnes. et Brunck. συγκεκλεισμένον (Br. ξυγκ.) Pal. συγκεκλημένον, unde Elmsl. et Herm. scripserunt συγκεκλημένον. Vid. ad Andr. 495. Notam interrogandi prima addidit Herv. 2. delevit Brunck. Aldinam secutus; recte. Nam filii corpus foede dilaceratum videns cum acerba ironia haec dicit Agave. Post hunc versum aliqua deesse iam Victorius observavit, qui in margine Aldinae haec annotavit: Animadvertendum an nonnulla desiderentur. Apud Apsinem certe rhetorem περὶ ἐλέου 723. haec leguntur: Ἀμέλει παρὰ τῷ Εὐριπίδῃ τοῦ Πενθέως μήτηρ Ἀγαυὴ ἀπαλλαγεῖσα τῆς μανίας καὶ γνωρίσασα τὸν παῖδα διεσπασμένον κατηγορεῖ μὲν ἑαυτῆς, ἔλει δὲ κινεῖ. et paulo post: τοῦτον τὸν τρόπον κεκίνηκεν Εὐριπίδης οἶκτον ἐπὶ τῷ Πενθεῖ κινῆσαι βουλόμενος. ἕκαστον γὰρ αὐτοῦ τῶν μελῶν ἡ μήτηρ ἐν ταῖς χερσί κρατοῦσα καθ' ἕκαστον αὐτὸν οἰκτίζεται. quae omnia nusquam in hac fabula reperiuntur. Aut igitur credendum est, Euripidem alteram fabulam confecisse, quae Pentheus inscriberetur, aut affirmandum est in utro horum locorum haec omnia deesse, scilicet aut in superiori aut paulo post ante personam Διονύσου. Haec ille rectius quam Musgrav. qui loca Apsinis ad v. 1282. in Suppl. retulit. Ex hac deperdita tragoediae parte haud dubie sumtus est versus citatus a Schol. Arist. Plut. 908. εἰ μὴ γὰρ ἴδιον ἔλαβον εἰς χεῖρας μύσος. Fortasse inde sumti etiam sunt duo vss. apud Pseudogregorium 1309 sq. πῶς καί νιν ἡ δύστηνος εὐλαβουμένη πρὸς στέρνα θῶμαι; πῶς δὲ θρηνήσω

τρόπον, quos Porson. apud Kidd. p. 169. ad lacunam post v. 1282. refert.

V. 1261. Pal. ᾧ (ὅν supra scr.) *δῶμ' ἀνέβλ.* **ὅν** recepit Brunck. e Stephani annotatione, qui sic in veteri cod. legi testatur. De dativo vid. ad Suppl. 319. Syllabae brevis ante *βλ* non productae exempla attulit Hermann.

V. 1265. **ἐλάμβανεν** codd. et edd. quod revocarunt Elmslei. et Hermann. quum in **ἐλάμβαν' ἄν** mutassent Heath. et Brunck. Elmsl. ad Med. p. 150. not. coniecerat **ἀξίαν ἄν ἔλαβεν ἄν**. Si dicendum est ***poenas dedisset***, **ἄν** deesse non posse, etiamnum censeo: vid. ad Alc. 923. Sed potest locus sic etiam accipi: *ὅςτις γὰρ ὑβρίζειν ἐθέλοι, δίκην ἀξίαν ἐλάμβανεν*, quasi revera fuissent, qui Cadmum contumeliose tractare vellent.

V. 1266. Falso Brunckium *ἐκβεβλήσομαι* et *ἐκβληθήσομαι* significatione nihil inter se differre existimare monui Gramm. gr. §. 498.

V. 1271. Ald. Herv. 1. *θιγγάνω*. Herv. 2. Brub. Cant. rell. **θιγγάνων**. et sic Vict. e cod. an e coniectura, nescio.

V. 1273. Ald. Herv. 1. 2. Brub. Cant. **τίς σ' ἀδικεῖ**. **σ'** tacite delevit Barn.

V. 1280. *σῆς δ' ἔχει δ.* quum in vetustis codd. legi affirmasset H. Stephanus, scripserunt Canter. Barn. rell. pro *σός*. Recte Elmsl. monet **παῖς παιδός** pro uno vocabulo habitum esse, ***nepos***, sicut **πατὴρ πατρὸς** ponitur pro **πάππος**.

V. 1282. cum sq. in Ald. rell. tribuuntur Baccho. Rectius hunc Pal. Agavae tribuit, ut vidit iam Tyrwhitt. Idem lacunam esse post hunc versum primus monuit. Huc retulerunt editores omnia, quae ad v. 1253. adscripsi; versum a Scholiaste Aristophanis allatum, Hermann. subiecit post v. 1282. Victorius annotavit: Videndum an aliquod hic mendum lateat: verba *Διονύσου* cum superioribus non cohaerent.

V. 1283. e scholiasta Dionysii Periegetae inedito v. 391. primus protulit Bredovius in epist. Pariss. p. 44. ubi cum duobus sqq. citatur. Cf. Osann. in Wolfii anal. IV. p. 540.

V. 1284. Canter. **ἐκθηριωθείς** et inde Musgrav.

V. 1285. Pal. *ἁρμονίας*.

V. 1286. Pal. *ὄχων δέ μ.* De explicatione vid. Musgravium.

V. 1292. Ald. Herv. 1. 2. Brub. **κατιδρύσει**. Pal. Flor. 1. **καθιδρύσει**, ut iam correxit Canter.

V. 1296. Brunck. et Hermann. **εὐδαιμονεῖτ' ἄν**, e Musgravii coniectura, quod ille vertit, ***felices fuissetis***, hic rectius ***essetis felices***. Hanc emendationem reprobaverat Herm. ad Viger. p. 813. Verum quidem est, in enunciationibus hypotheticis poni indicativum eo sensu, ut factum non esse significetur, quod certa conditione posita, futurum fuisse dictum erat. At hoc non est in vi indicativi ipsius positum, sed in natura rationis eius, qua res praeterita ad aliam, tanquam conditionem suam et causam, refertur. Nam qui dicit, si illud factum esset, factum etiam esset hoc, necessario significat, quum illud factum non sit, ne hoc quidem fieri potuisse: sublata enim hypothesi, sublatum est etiam consequens. Indicativus autem in enuntiationibus hypotheticis ponitur tantum aoristi, et imperfecti, aoristi, ubi duae res praeteritae commemorantur, imperfecti, ubi res, non praesens, sed e praeterito tempore in praesens continuata indicatur, ut supra 239 sq. *εἰ μή σε γῆρας πολιὸν ἐξερρύετο, καθῆσ' ἄν ἐν Βάκχαισι δέσμιος μέσαις*, ***iamdudum sederes***; *εἰ μὴ ἐκρύοιτο, κάθοι' ἄν*, esset ***nunc primum sederes***. Quod si indicativus eam vim haberet, ut rem, quae certa aliqua conditione posita futura fuisset, non locum habere significaret, in re praesenti, quae fieri negatur, poneretur etiam praesentis temporis indicativus; at de re praesenti semper ponitur optativus, quia de eventu praesenti vel futuri ex verisimilitudine tantum aliqua indicari potest. Itaque optativus ponitur etiam post praeterita, quando conditio posita est in re praeterita. Ita h. l. *τὸ σωφρονεῖν* iamdudum locum habere debuisse significatur; id si factum esset, ***nunc*** felices essetis, **εὐδαιμονοῖτ' ἄν**, non **εὐδαιμονεῖτ' ἄν**, quod esset, iam antea et ad hoc usque tempus felices essetis, quum felices vos esse non dubitabatis.

τρόπον, quos Porson. apud Kidd. p. 169. ad lacunam post v. 1282. refert.

V. 1261. Pal. *ᾧ* (superscr. *ὅν*) *δῶμ' ἀνέβλ.* **ὅν** recepit Brunck. e Stephani annotatione, qui sic in veteri cod. legi testatur. De dativo vid. ad Suppl. 319. Syllabae brevis ante *βλ* non productae exempla attulit Hermann.

V. 1265. **ἐλάμβανεν** codd. et edd. quod revocarunt Elmslei. et Hermann. quum in *ἐλάμβαν' ἄν* mutassent Heath. et Brunck. Elmsl. ad Med. p. 150. not. coniecerat *ἀξίαν ἂν ἔλαβεν ἄν.* Si dicendum est ***poenas dedisset***, **ἂν** deesse non posse, etiamnum censeo: vid. ad Alc. 923. Sed potest locus sic etiam accipi: *ὅςτις γὰρ ὑβρίζειν ἐθέλοι, δίκην ἀξίαν ἐλάμβανεν*, quasi revera fuissent, qui Cadmum contumeliose tractare vellent.

V. 1266. Falso Brunckium *ἐκβεβλήσομαι* et *ἐκβληθήσομαι* significatione nihil inter se differre existimare monui Gramm. gr. §. 498.

V. 1271. Ald. Herv. 1. *θιγγάνω.* Herv. 2. Brub. Cant. rell. **θιγγάνων**. et sic Vict. e cod. an e coniectura, nescio.

V. 1273. Ald. Herv. 1. 2. Brub. Cant. **τίς σ' ἀδικεῖ.** **σ'** tacite delevit Barn.

V. 1280. *σῆς δ' ἔχει δ.* quum in vetustis codd. legi affirmasset H. Stephanus, scripserunt Canter. Barn. rell. pro **σός**. Recte Elmsl. monet **παῖς παιδός** pro uno vocabulo habitum esse, ***nepos***, sicut **πατὴρ πατρὸς** ponitur pro **πάππος**.

V. 1282. cum sq. in Ald. rell. tribuuntur Baccho. Rectius hunc Pal. Agavae tribuit, ut vidit iam Tyrwhitt. Idem lacunam esse post hunc versum primus monuit. Huc retulerunt editores omnia, quae ad v. 1253. adscripsi; versum a Scholiaste Aristophanis allatum, Hermann. subiecit post v. 1282. Victorius annotavit: Videndum an aliquod hic mendum lateat: verba *Διονύσου* cum superioribus non cohaerent.

V. 1283. e scholiasta Dionysii Periegetae inedito v. 391. primus protulit Bredovius in epist. Pariss. p. 44. ubi cum duobus sqq. citatur. Cf. Osann. in Wolfii anal. IV. p. 540.

V. 1284. Canter. **ἐκθηριωθεὶς** et inde Musgrav.

V. 1285. Pal. *ἁρμονίας*.

V. 1286. Pal. *ὄχων δέ* **κ**. De explicatione vid. Musgravium.

V. 1292. Ald. Herv. 1. 2. Brub. **κατιδρύσει.** Pal. Flor. 1. **καθιδρύσει**, ut iam correxit Canter.

V. 1296. Brunck. et Hermann. **εὐδαιμονεῖτ' ἄν**, e Musgravii coniectura, quod ille vertit, ***felices fuissetis***, hic rectius ***essetis felices.*** Hanc emendationem reprobaverat Herm. ad Viger. p. 813. Verum quidem est, in enunciationibus hypotheticis poni indicativum eo sensu, ut factum non esse significetur, quod certa conditione posita, futurum fuisse dictum erat. At hoc non est in vi indicativi ipsius positum, sed in natura rationis eius, qua res praeterita ad aliam, tanquam conditionem suam et causam, refertur. Nam qui dicit, si illud factum esset, factum etiam esset hoc, necessario significat, quum illud factum non sit, ne hoc quidem fieri potuisse: sublata enim hypothesi, sublatum est etiam consequens. Indicativus autem in enuntiationibus hypotheticis ponitur tantum aoristi, et imperfecti, aoristi, ubi duae res praeteritae commemorantur, imperfecti, ubi res, non praesens, sed e praeterito tempore in praesens continuata indicatur, ut supra 239 sq. *εἰ μή σε γῆρας πολιὸν ἐξεῤῥύετο, καθῆσ' ἂν ἐν Βάκχαισι δέσμιος μέσαις*, ***iamdudum sederes;*** *εἰ μὴ ἐκρύοιτο, κάθοι' ἄν*, esset ***nunc primum sederes.*** Quod si indicativus eam vim haberet, ut rem, quae certa aliqua conditione posita futura fuisset, non locum habere significaret, in re praesenti, quae fieri negatur, poneretur etiam praesentis temporis indicativus; at de re praesenti semper ponitur optativus, quia de eventu praesenti vel futuri ex verisimilitudine tantum aliqua iudicari potest. Itaque optativus ponitur etiam post praeterita, quando conditio posita est in re praeterita. Ita h. l. **τὸ σωφρονεῖν** iamdudum locum habere debuisse significatur; id si factum esset, ***nunc*** felices essetis, **εὐδαιμονοῖτ' ἄν**, non **εὐδαιμονεῖτ' ἄν**, quod esset, iam antea et ad hoc usque tempus felices essetis, quum felices vos esse non dubitabatis.

V. 1297. 99. 1301. recte Agavae tribuere videtur Elmsleius, cuius sententiam probat etiam Hermann. V. 1297. Pal. *λισσόμεθά σ'.*

V. 1298. Pal. *ὀψ' ἐμέθεθ'* (sic) *ἡμᾶς. ὅτε δ' ἐχρῆν, οὐκ εἴδετε. εἴδετε* reponendum censuerunt etiam Heath. et Brunck quia Plusquamperf. *ᾔδειν* secunda pluralis esset *ᾔδειτε*, nusquam *ᾔδετε. εἶδον* quidem alibi semper est *vidi*, non *sciebam*, *cognoram*. Sophocles tamen Ai. 1026. dixit *εἶδες ὡς χρόνῳ ἔμελλέ σ' Ἕκτωρ καὶ θανὼν ἀποφθίσειν*, pro *ᾔδεις.* Sic etiam accipiendum videtur *εἴδομεν ἃ θροεῖς* Soph. El. 853. Apud Pind. Nem. 7, 36. *ἰδέμεν* est quidem *animo videre*, *perspicere*, sed hoc tam prope abest ab *intelligendi* vocabulo, ut, quomodo alterum pro altero poni potuerit, facile inde assequare. *ᾔδετε* quidem non nisi hoc loco pro *ᾔδειτε* legitur, gratum illud Elmsleio, qui antiquos *ἐπεπόνθεμεν*, — *θετε*, — *θεσαν* dixisse sibi persuasit ad Arist. Ach. 323.

V. 1299. Pal. *ἐγνώκαμεν ταῦτ'*, ut correxit Barn. et sic Elmslei. Hermann. Sed vix opus videtur. *μέν* nonnunquam poni, non sequente *δέ*, notum est. Vid. ad Phoen. 743. Med. 641. Et h. l. facile suppleri potest: *sed te tamen errori nostro ignoscere aequum erat.*

V. 1300. Ald. *πρὸς ἡμῶν.* Canter. *πρὸς ὑμῶν*, et sic Flor. 1. Vict.

V. 1302. Pal. *τάγε.*

V. 1303. Post hunc versum Elmslei. e Pal. addidit illum:

Διόνυσος

τί δῆτα μέλλεθ', ἅπερ ἀναγκαίως ἔχει.

V. 1305. Recte Herm. *φίλαι* languidissimum additamentum vocat. Eo quia caret Pal. delevit, signo lacunae ante *σύγγονοι* posito, ubi excidisse putat *παῖς τε.*

V. 1306. Elmsleius recte distinctionem post *τλήμων* delevit, quae nec in Ald. rell. est, primum apposita a Brunckio. Ita quum dicendum esset *ἐγώ θ' ὁ τλήμων, ὃς ἀφίξομαι* haec duo in unum coniuncta sunt.

V. 1307. *τὸ θέσφατον illud oraculum, quod Bacchus commemoravit* v. 1286 sq. Vid. ad Alc. 153. Eleganter tamen Herm. *ὅ τι δέ μοι τὸ θέσφ. qualecunque*

hoc mihi datum est oraculum, adducturum me esse etc. interpunctione minore post *στρατόν* v. 1308. posita; quanquam, quae tautologia in vulgata fuerit, et quomodo ea hac interpunctione sublata sit, non intelligo.

V. 1310. *φύσιν* om. Pal.

V. 1315. Ald. rell. *στερηθεῖσα.* Correxit Barnes.

V. 1316. Flor. 1. *ἀμφιβάλεις.*

V. 1317. Flor. 1. *κηφῆναι. κηφῆνα* Hermann. per commata a praecedentibus et sequentibus separavit, ut iungantur, *τί μ' ἀμφιβάλλεις, κηφῆνα ὄντα, ὡς κύκνος.* Nobis quidem interpunctio hoc commodi affert, ut, quo quidque pertineat, oculis videamus; recitari haec audientibus vix licebat alio modo haec accipere nisi sic *ὄρνις ὅπως κηφῆνα ἀμφιβάλλει.* Vereor ne cum Musgravio *πολιόχρων κύκνον* scribendum sit. Ita nec pietatis in parentem significatio oblitteraretur, relicto *ὄρνις.*

V. 1319. *σμικρός* ex Elmsleii sententia dedit Hermann.

V. 1320. *ὦ πατρία* Elmslei. et Blomfield. ad Aesch. Pers. 929. Ille posse etiam *χαῖρε πατρῴα π.* legi monet. Vid. ad Hec. 78.

V. 1323. Pal. *στεῖχε νῦν.* Ad *τὸν Ἀρισταίου* Brodaeus et Elmslei. *οἶκον* supplent, quamvis hic aliud huius ellipsis exemplum desiderans: nam *εἰς διδασκάλου* etc. diversa sunt. Herrmann. versum post hunc excidisse suspicatur, hoc etiam argumento usus, quod, quum v. 1320. 21. 22. respondeant versibus 1326. 7. 8. vs. autem 1324. 5. versibus 1331. 2. versibus etiam 1329. 30. hic duos anapaesticos respondere conveniat.

V. 1324. Eleganter Elmslei. *στένομαί σε*, quod recepit Hermann.

V. 1325. *κασιγνήτους* Ald. rell. *κασιγνήτας* Brunck. Cf. ad 1242.

V. 1326. Ald. rell. *δεινῶς γὰρ δεινῶς. γάρ* delevit Brunck. Pal. *δεινῶς γὰρ τάνδ' αἰκίαν.* Hinc Hermann. *δεινῶς γάρ τοι τάνδ' αἰκ.* Elmsl. etiam *τήνδ' αἰκείαν*, de qua scriptura dixit ad Soph. Oed. C. 748.

V. 1328. Elmsl. coniicit *τοὺς σοὺς εἰς τούσδ' οἴκους ἔφερε. τούσδ'* Hermanno plane otiosum atque iners vi-

detur; sic autem scriptum fuisse *τοὺς σοὺς, πάτερ, εἰς οἴκους ἔφερεν*. Itaque inter *σούς* et *εἰς* signum lacunae posuit.

V. 1329 sq. Hac Bacchi oratione Hermanno nihil frigidius atque ineptius videtur. Itaque hos versus Cadmo tribuit, et in priore *ἔπασχεν* scripsit. Verissime: absurdum enim Bacchum, quum post v. 1303. loqui desiisset, nunc denuo quaedam dicere, et ea, quae iam supra dixerat.

V. 1339. Ald. rell. *ἀγέρατον*, quod tacite correxit Barn. Pal. *ἀγέρατον ὄνομ᾽ ἔχων*.

V. 1332. *καὶ σύ γε* om. Pal. et metri causa addita videntur Elmsleio et Hermanno. *δ᾽* post *χαλεπῶς* e Reiskii coniectura addidit Herm.

V. 1335. Ald. *λήψωμ᾽ οἰκτράς*. *λήψομαι* Brunck. et Erfurdt. ad Soph. Ai. 190. Pal. *ληψώμεσθ᾽*, unde Elmsl. et Herm. ediderunt *ληψόμεθ᾽ οἰκτράς*.

V. 1337. *μ᾽ ἐςίδοι* e Musgravii coniectura addidit Brunck.

V. 1338. Herv. 2. rell. *ὅσσοισιν μ᾽ ἐγώ;* unde Canter. et Milton. coni. *ὅσσοισιν μιγᾶ*. Primus Brunckius Aldinam lectionem revocavit.

V. 1339. *θύρσου* coni. Stephanus, quam coniecturam confirmat Pal. *θύρσων* Brunck. non *clam*, sed *tacite*.

V. 1340. Pal. *βάκχαισι δ᾽ ἄλλαισι-μέλοιεν*.

V. 1344. Pal. *πόρων εὗρε θεός*.

NOTAE IN HERACLIDAS *).

V. 1. Rectius Stob. X. p. 126. Gesn. *τοῦτό μοι δεδογμένον*: nulla enim emphasis est in pronomine, quae est Med. 817. Sic iudicat etiam Blomfield. in cens. ed. Elmslei. *Quart. rev.* 18. p. 351.

V. 2. *ἀνήρ* non cum *δίκαιος* copulandum, sed iungenda sunt *πέφυκ᾽ ἀνήρ*, *vir fortis est aliis*, i. e. eos iuvat vel cum suo periculo. Similiter infra 993. El. 698.

V. 3. *ἀνειμένου ἐς κέρδος* Blomf. l. c. comparat cum lectionibus *corpora in Venerem solvunt* Virg. Georg. IV. 198. *solvitur in somnum* id. Aen. IV, 530. quae tamen aliquantum diversa sunt. Animus *ἀνειμένος ἔς τι* dicitur ita ratione et legibus solutus, ut uni alicui rei totum se dedat, reliqua omnia negligens, modo unum aliquod assequatur, quem Latini *effusum* dicunt. Locum Platon. Rep. VIII. p. 447. quem idem Blomf. citat, reperire non potui.

V. 4. Stob. *φίλοις τ᾽ ἄχρ. καὶ συναλλάξαι β* Stob.

V. 6. *αἰδοῖ* recte interpretatur Elmslei. Omnino *αἰδώς* est *pudor, quo a rebus turpibus prohibemur*, non *pudor ob res turpes patratas*.

V. 7. Elmsl. *ἥσυχον ναίειν*, Blomfield. l. c. *ἡσύχῳ ν.* nescio quare in voce *ἡσύχως* offensi. Neque vero post *ἔξεστι* accusativum adiectivi usitatiorem esse, quam dativum, cum Elmsleio dixerim, qui dativum legitimum esse credam.

*) In hanc quoque fabulam annotationes habui Hermanni, quae secundis curis expolitae ad me redierunt die IV. m. Maii anni 1824.

V. 8. **πλεῖστον** Elmsl. satis leviter. Vid. Gramm. gr. §. 461. Lobeck. ad Soph. Ai. 1328. Blomfield. gloss. Pers. 333. — Flor. 2. *εἷς ὢν ἀνήρ*, quod idem in marg. habet Vict. Tum *Ἡρακλέει* dedi pro *Ἡρακλεῖ* e monitu Porsoni ad Med. 675.

V. 10. Ald. rell. *τἀκείνου*. Barnes. *τὰ κείνου*, quod metrum poscit.

V. 12. *ἀπαλλάχθῃ* pudendo errore Herv. 1. 2. Brub. Canter. Musgr.

V. 14. *ἀλλ' ἐξέδραμον* Ald. rell. et Codd. *ἐξέδραμεν* (ab *ἐξέδραν*) e Reiskii coniectura edidit Musgrav.

V. 18. Ald. rell. *ἐς ὑμᾶς*. Correxit Brodaeus.

V. 19. *ὅποι γῆς* Elmsl. Vid. ad Suppl. 762. *ὅπου* tamen Flor. 1. 2. Vict.

V. 21. *π. προτιμῶν* A. Ald. rell. *προτιμᾷν* Flor. 1. *προτείνων* e Canteri coniectura recepit Musgrav. Sq. v. *ἔχθραν γενέσθαι* Ald. *ἔχθραν γε θέσθαι* Pariss. E. G. Vict. quod recepit etiam Elmsl. In *προτείνων* inest significatio verbi *λέγων*: *Argorum urbem minaciter ostentans* et dicens *eam non parvum* (sed grave) *odium suscipere propter amicos* neglectos vel violatos, quo nomine se ipsum intelligit Eurystheus. Hermanno placet *φιλεῖν, ἔχθραν τε θέσθαι.* quod vix dubito, quin verum sit.

V. 23. *τἀπ' ἐμοῦ* i. e. *τὰ ἀπ' ἐμοῦ*, *opem quam ego fortasse ferrem.*

V. 33. Ald. rell. *καθεζώμεσθα.* Correxit Barnes.

V. 38. Ald. *τόνδ' ἀφικ. ὅρον.* MS. Steph. *τήνδ' ἀφ. ὁδόν*, quod receperunt Canter. Barn. Musgr.

V. 40. Ald. *χαλκαίνω.* Ex emendatione Brodaei *καλχαίνω* ediderunt Canter. Barn. *καλχαίνων* e MSS. scribendum esse monet Emslei. ad Bacch. 1130. et sic Flor. 1. 2. Vict. Optime: idem enim est ac si dixisset *δύο δὲ γέροντες τῆς φυγῆς στρατηγοῦσιν, ἐγὼ μὲν-καλχαίνων.*

V. 42. Ald. *ἀπηγκαλισμένη.* Reisk. coni. *ὑπηγκαλισμένη*, quod ipsum est in Flor. 1. 2. Vict.

V. 44. Erfurdt. ap. Herm. *κἀπιβωμίους ἄγειν.*

V. 46. Ald. rell. *ζητοῦσιν ὅπῃ.* Barnes. *ζητοῦσ'.* Pro

ὅπῃ Pariss. Flor. 1. 2. Vict. *ὅπου*, ut supra 19. *ὅποι* malit Elmslei.

V. 52. Ald. rell. *χ' ᾧ πέμψας ἀνήρ.* Barnes. *σ'* interseruit praeter necessitatem, ut recte monet Elmsl. Sq. v. *ὡς πολλά* accipio *quam multa.* Blomfield. in Quart. rev. interpretatur *ἐπεί.*

V. 56. Ald. rell. *καλῶς φρονῶν*, Tyrwhitt. *κακῶς φρονῶν*, et sic Flor. 1. 2. Vict.

V. 58. Ald. Herv. 1. 2. Brub. Canter. *ἀχρεῖαν δ.* quod Barnes. corrigens scripsit *ἀχρείαν.* Debebat *ἀχρεῖον*, ut est in Flor. 1. 2.

V. 60. *οὐδὲ* pro *οὔ σε* Flor. 1. 2. Tum *μενεῖ* Vict.

V. 64. Mirus est Blomfield. qui, quum *οὔτοι-γε* vix reperiatur, nisi in *οὔτἄρά γε*, legendum censeat *οὔτοι βίᾳ σύ μ', οὔτε τούσδ' ἄ. λ.* Primum *οὔτοι-γε* reperitur etiam Electr. 361. et nulla causa excogitari potest, cur ita dicere non licuerit, si quidem *γε* subiicitur voci, ad quam restringitur oratio et quae cum vi pronuncianda est. At qui in particularum usu explicando versantur, id fere spectare solent, quae particulae coniunctae reperiantur, quid per se singulae valeant, non curantes, quod primo loco quaerere oportebat et ex eo explicationem particularum petere. Non necessario vero scribendum est *οὔτοι βιά γ' ἔμ', οὐδέ.* ut citat Reisig. comm. crit. in Soph. Oed. C. p. 316. Vid. Hermann. ad Soph. Phil. 47. Sic Il. φ', 226. *πειρηθῆναι ἀντιβιήν, ἤ κέν με δαμάσσεται, ἤ κεν ἐγὼ τόν.*

V. 65. Ald. rell. *οἶσθ' ἄρ' οὐ α.* Reisk. *ᾖσθ' ἄρ'* et sic Par. E. G. Flor. 1. 2.

V. 68. Praeter necessitatem Elmslei. *κομίζων*, i. e. *κομίζων αὐτοὺς Εὐρυσθεῖ, οὗπέρ εἰσι. Νομίζων αὐτοὺς Εὐρυσθέως εἶναι, οὗπέρ εἰσι*, non magis tautologum est, quam illud, *quamvis ille felix sit, sicut est.*

V. 69. Ald. *τὰς Ἀθηναίας.* Canter. *Ἀθήνας*, et sic Flor. 1. 2. Vict.

V. 73 sqq. Hoc carmen in strophas et antistrophas descripsit Seidler. de vers. dochm. p. 331 sqq. quem in plerisque secutus sum. At Hermann. in notis MSS. ad h. v. Non est credibile, inquit, talem senarium ab Eu-

ripide factum esse, praesertim ubi alii numeri requirebantur. Systema hoc e proodo (v. 73. 74.), tribus strophis, mesodo et tribus antistrophis constat, hac lege, ut proodus sit solius chori, mesodus chori et Iolai; deinde in prima stropha atque antistropha Iolai et chori personae sibi inverso ordine respondeant; in secunda et tertia antistropha Iolai vices suscipiat Copreus. Forma carminis haec est:

X. 73. 74. *προῳδός*
I. 75. 76. } *ά*
X. 77. post quem excidit versus }
I. 78. 79. }
X. 80 — 83. } *β'*
I. 84 — 85. }
X. 86. 87. } *γ'*
I. 88. 89. }
X. 90. 92. } *μεσῳδός.*
I. 93. 94. }
X. 95. 96. } *ά*
I. 97. 98. }
K. 99. 100. }
X. 101 — 104. } *β'*
K. 105. 106. }
X. 107. 108. } *γ'*
K. 109. 110. }

Proodum quem vocat, sic scribit Herm.

ἔα, ἔα, βοὴ
τίς ἥδε βωμοῦ πέλας
ἕστηκε; κ. τ. λ.

V. 75. Ald. rell. *ἴδετε τὸν γέροντα | μᾶλλον ἐπὶ πέδῳ.* Hesych. *ἀμαλὸν, ἁπαλὸν, ἀσθενῆ. Εὐριπίδης Ἡρακλείδαις*, unde hunc locum correxerunt Hemsterh. et Wesseling.

V. 77. *πιτνεῖς.* Vid. ad Suppl. 693.

V. 78. Herv. 2. rell. *ὅδ'; ἐκ τίνος γῆς. Ὅδε* pro *δεῦρο*, *hither* accipit Elmsl. quod si esset, minus recte ab initio posuisset poëta, quasi vis esset in pronomine. Mihi idem h. l. valere videtur, quod alibi *οὗτος*, in allocutionibus increpantium, *heus tu.* Herm. explicat; *quis tu hicce? Σὺ δ' ἐκ τίνος γ.* corrigebat Tyrwhitt. in not. MS. Vid. *Classic. journ.* 16. p. 392.

V. 82. *ἢ πέραθεν* recte Ald. rell. praeter Barnesianam. Vid. Elmslei.

V. 83. Ald. rell. *κατέσχετ'.* Hermann. de metr. p. 245. *κατέχετ' ἐκλ.* Supple *κατέχετε τετράπτολιν λαόν*, vel potius, cuius significatio in illis inest, *τόνδε τὸν τόπον. Κατέχειν τόπον* est *in loco aliquo esse s. versari.* Reisig. Coni. in Arist. p. 71. *κατέσχετε λιπόντες.* Si *appulistis* dicere voluisset Euripides, praeterito perfecto potius usus esset; nam continuatur status, qui appellendo effectus est. Priora sic distinxit Herm. *ξύνοικον ἦλθες | λαὸν, ἢ πέρα- | θεν ἁλίῳ πλάτᾳ | κατέχετ' - - -*

V. 83. Elmslei. scripsit *Εὐβῷδ' ἀκτάν*, ab *Εὔβοια* fieri *Εὐβωΐς*, non *Εὐβοΐς* ratus, de qua forma vid. Lobeck. ad Phryn. p. 39 sq. *Εὐβοΐδ'* Seidl. ad Eur. El. 440. et Hermann.

V. 87. Elmsl. et Herm. *ὠνόμαζεν λεώς.* Nec ego, cur molossum cretico praetulerit Euripides, assequor, imprimis quum in antistrophico sit *ξένων προστροπάν.*

V. 88. 89. *τὸν Ἡρακλ. — Ἰόλαον* cum nota interrogationis Ald. rell. rectius Elmslei. colo interpunxisse videtur, quem conf. ad Bacch. 462.

V. 90. Ald. rell. *ἀλλὰ ποῦ.* Correxit Brodaeus. Sq. versum in senarium redegit Barnes. *χερὶ σᾷ κομίζεις νεοτρεφεῖς κόρους, φράσον.* ut scripserunt etiam Musgrav. et Seidler. Hermannum coniecisse *ἀλλὰ τοῦ ποτε | ἐν χερὶ σᾷ κομίζεις κόρους νεοτρεφεῖς, φράσον*, narrat Boeckh. ad Pind. Ol. 6, 53. in notis MSS. scripsit: *χειρὶ σᾷ | κομ. κόρους νεοτρ. φράσον.* Reisig. coni. p. 71. *οἶδ' εἰσακούσας καὶ πρίν· ἀλ | λὰ τοῦ ποτ' ἐν χειρὶ σᾷ κομίζεις κόρους | νεοτρεφεῖς, φράσον.* Ex mea descriptione v. 91. est dochmiacus, praemisso cretico.

V. 95. *τί χρέος* non tantum est *Quid rei est?* sed *Quid est, quo indigeatis, quodque assequi velitis.* Mox Elmslei. et Herm. *πόλεος.* Post *ἔνεπέ μοι* pone comma.

V. 96. Ald. rell. *μελομένῳ τυχεῖν. μελόμενοι* est a Cantero et Scaligero.

V. 102. *χερί* Ald. Herv. 1. 2. Flor. 1. 2. Vict. *χειρί*

Herv. 2. et rell. casu, ut videtur, sed qui metro subvenerit.

V. 103. ἀπολιπεῖν cum Seidlero ad Troad. 176. scripsi metri gratia pro ἀπολείπειν. Sensum bene declaravit Hermann. *nec vi coactum ab aris recedere:* i. e. *non facere, ut te vi repelli necesse sit.* Inepta est Reiskii coniectura ἀπολέπειν, *decorticare*, quod pro *denudare* poni posse opinabatur; paulo melior Musgravii ἀπολιπεῖν σφ' ἕδη. sed durum suppleri καὶ μὴ ποιεῖν σφε s. ἀναγκάζειν ἀπολιπεῖν. Ceterum Herm. versus ita descripsit: καὶ μὴ βιαίῳ | χειρὶ δαιμόνων | ἀπολιπεῖν σ' ἕδη.

V. 105. τῆςδε pro τούςδε edidit Elmslei. maiorem vim ita inesse censens quasi dicat Copreus Ἔκπεμπε γῆς τῆςδε τοὺς αὐτῇ μὴ προςήκοντας, sed idem sensus inest in verbis τοὺς Εὐρυσθέως, etsi non addito τῆςδε γῆς.

V. 108. προστροπάν Canter. et Milton. pro πρός τὸ πᾶν. Quae de his versibus disputaverat Elmslei. ea ipsa ad Med. 719. not. f. retractavit pro πόλει tamen reponens πέλει.

V. 113. Ald. Herv. 1. 2. Brub. γῆν σέβου τ' ἐλ. MS. Steph. γῆν σέβειν τ' ἐλ. σέβοντ' edidit Canter. et sic Flor. 1. 2. Vict.

V. 116. In Par. G. deest Coprei persona. Pro πρὸς τόνδ' Flor. 2. Vict. πρὸς τοῦτον, supra scr. τόνδ' in Flor. πρός τούτων ἀγὼν δ' ἄρα Flor. 1. — Tum Ald. rell. ἄρα.

V. 129. Reiskius ὥςτε μ' ἐκβ. quod probant Lobeck de apostr. p. 33. citatus a Dindorfio ad h. l. Erfurdt. et Herm. Locutionem quidem βάλλειν τινὶ δάκρυα alibi non inveni: sed respondet ei altera ἐξάγειν vel ἄγειν τινὶ δάκρυα Alc. 1091. Suppl. 772. unde δακρύων ἀγωγός Troad. 1121. nec verisimile, librarium, quum scriptum invenisset ὥςτε μ' ἐκβαλεῖν δάκρυ, insolentiorem structuram substituturum fuisse ὥςτε μοι βαλεῖν δάκρυ. Sed non debebam scribere ὥςτ' ἐμοί, quum in Ald. rell. recte esset ὥςτε μοι.

V. 130. Elmsl. edidit καὶ μὴν στολήν γ', Ἑλληνά τε ῥ. π. propter ea quae disputavit in *Quarterly rev.* 14. p. 462 sq. quam tamen scripturam ipse in dubium vocat ad Iphig. T. 96.

V. 131. τὰ δ' ἄλλα. Elmsl. ad Med. 88. not. f. praefert τὰ δ' ἔργα, quod se in tribus codd. reperisse dicit. Sic legitur in Flor. 1. 2. Vict. sed mihi ex interpretatione ortum videtur. Ibidem Elmslei. malit χειρός.

V. 132. Reisig. ad Soph. Oed. C. comm. crit. p. 257. scribit μὴ μέλλειν τ'. nam μήτε vel μή τε in negante sententia aienti opposita insolens. Ego suspicabar μὴ μέλλοντ'.

V. 135. Ald. rell. ἐφ' οἷσι δ' ἥκω, καίπερ οὐ λέγειν θέλων. Sic etiam Flor. 1. 2. Vict. Brub. commate interpunxit post καίπερ οὐ, fortasse e Brodaei sententia, qui locum sic interpretatur καίπερ οὐ, (θέλεις μαθεῖν) λέγειν θέλω. Stiblinus edidit: καὶ παρ' οὗ, λέγειν θέλω, quod receperunt Canter. rell. confirmatum Paris. E. teste Musgravio, qui in margine var. l. notatam affert, κἄνπερ οὐ λέγεις, θέλω.

V. 140. Ald. rell. τούτους δραπέτας ἔχων. Sic etiam Flor. 1. 2. Vict. nisi quod post τούτους habent γε. Scaliger. τούσδε δραπέτας, quod recepit Barnes. et nuper Elmslei. Hanc coniecturam confirmari dixeris lectione Codd. Florr.

V. 143. Elmslei. αὐτοὶ κατ' αὐτῶν, persuasum habens Sophoclem et Euripidem nunquam αὑτόν et similia de prima aut secunda persona usurpasse. Quod haud dubie verum esse apparebit, quum omnia illorum poëtarum loca ad Elmsleii mentem correcta erunt. Interea vid. Hermann. ad Soph. Trach. 451. et nos Add. T. VII. ad p. 368. v. 10.

V. 145. ἐν τοῖσιν αὐτοῖς τοισίδ' (vel τοῖσιδ') ἕς. e Canteri emendatione, quum in Ald. rell. esset ἐν τοῖσι δ' αὐτοῖς τοῖσιν ἕς. λ.

V. 147 sqq. Reisk. et Tyrwh. probante Musgravio, ἀλλ' ἦ τιν' cum interrogatione, Elmslei. ἀλλ' ἤ τιν' - - - cui respondeat v. sq. ἢ κινδ. ἐξ ὑμ. sic enim ibi legi vult, probante Hermanno. Neutrum necessarium videtur; nam vel oratio est ἀνανταπόδοτος, ut saepe post εἰ alterum membrum omittitur, v. c. Il. φ', 487. 556. 567. χ', 111. vel apodosis est in v. 153. — ἐς σέ. Ald. rell. εἰς σέ, sed sq. v. ἐς κίνδυνον, ubi Flor. 1. 2. Vict. εἰς κίνδυνον. εἰς σέ Musgrav. pro ἐν σοί dictum accipiebat,

Elmslei. iungit *μωρίαν τινὰ ἐσκεμμένοι* [*ἐν σοὶ*] *δεῦρ᾽ ἦλθον εἰς σε*. Hoc quidem positus vocularum non pati videtur. Neque vero *σκέπτεσθαί τι ἔν τινι* dici posse videtur pro *ἐνορᾷν τί τινι*, et, si dici posset, haec sententia minus congrueret cum versu 150. Itaque *μωρίαν τινα εἰς σὲ ἐσκεμμένοι* esse videtur *quia stultum ac temerarium aliquod facinus excogitarunt, ad quod adiuvandum te excitarent.* Similiter Herm. interpretatur: *Profecto quamdam stultitiam, quam tu in te admitteres, commenti huc venerunt, periculum facturi, utrum, quod volunt, fieret, annon.*

V. 148. Elmsl. *ἢ κίνδυνον ἐξ ἀμηχ. ῥιπτ.* quia non dicatur *ῥίπτειν εἰς κίνδυνον*, sed *ῥίπτειν κίνδυνον*. Hoc est *ipsum subire periculum.* Sed quid si iungamus *ῥίπτοντες σε εἰς κίνδυνον?*

V. 149. *ῥίπτοντες* Elmslei. recte, puto: nam quod discrimen Hermann. ad Soph. Ai. 235. interesse statuit, id locis iis, ubi *ῥιπτεῖν* legitur, non comprobatur; et quam proni fuerint librarii in *ῥιπτεῖν*, apparet ex Herc. f. 921. ubi Ald. *ἐκχεῖτε πηγὰς, ῥιπτεῖτ᾽ ἐκ χειρῶν κανᾶ.*

V. 151. Elmsl. *ἧς ἐπῆλθον.* Sed idem ad Med. 291. de scriptura *ἣν ἐπῆλθον*, Quam scripturam, inquit, hodie aut non omnino, aut aliquanto timidius sollicitarem.

V. 152. *κατοικτίσεις* Ald. rell. *κατοικτίσειν* Brodaeus, quam lectionem supra scriptam habent Pariss. E. G. In Vict. notatum *ἴσως κατοικτίσειν*. Elmslei. *κατοικτιεῖν*. Vid. ad Troad. 1224.

V. 153. Ald. rell. *τούσδε γ᾽ εἰς γαῖαν παρείς. τούσδε τ᾽*, ex Reiskii coniectura scripsi.

V. 159. *πάλιν* pro *πάλην* Vict.

V. 161. Ald. rell. *δόξης ἀγῶνα.* Barnes. primus *δόξῃς*. Ald. rell. Flor. 1. 2. *χαλυβικοῦ*. Totum versum sic scribebat Valck. ad Callim. eleg. p. 155 sq. *ἔγχους ἀγῶνα τόνδ᾽ ἄτερ χαλυβδικοῦ, χαλυβδικόν* simpliciter, voce *σίδηρος* non adiecta, vel e vicinia facile supplenda, dici posse negans pro *ferro*, ad *μὴ γὰρ* intelligens *νομίσῃς, δόξῃς*.

V. 163. Ald. rell. *Τιρυνθίοις θῆς πόλεμον Ἀργείοις ἔχειν.* Tyrwhitt in nota MS. in *Class. journ.* 16. p. 395. et Elmslei. in Quart. rev. 14. p. 450. (cf. id. ad Med. p. 84. not. x.) *Τιρυνθίας γῆς*, quam coniecturam in editionem recepit, utpote extra dubitationem positam. Ut mittam, locutionem *πόλεμον ἔχειν γῆς* pro *περὶ γῆς* non satis idonea auctoritate munitam videri, mihi bellum Demophonti pro Herculis liberis suscipiendum minus recte dici posse videtur *πόλεμος περὶ Τιρυνθίας γῆς*. nam ut hunc eventum bellum illud habere potuerit, non hoc nunc spectatur, sed auxilium, quo Heraclidas ab Eurysthei iniuriis tueri debebat Demophon. Itaque Musgravii coniecturam praetuli, probatam etiam Hermanno in notis MSS.

V. 165. Barnes. Elmslei. *ἢ κακὸν λόγον.*

V. 168. Ald. rell. et Codd. *ἐμβήσῃ πόδα.* Quod cur mutaverim, non amplius habeo dicere; sed sic Reiskius.

V. 169. In Ald. rell. totus versus sine distinctione scriptus est. Barnes. vertit: *Sed dices, hoc unum, quod optimum est, te inventurum esse, spem.* Stiblinus: *Dices, quod optimum sit, id solum fortunam inventuram:* Si pro *fortunam* scribas *spem*, habeas, quod intelligi possit. *Dices* civibus tuis, *idcirco te istos pueros adiuvare, quia spes sit fore ut adulti magnum commodum civitati afferant. ἐλπὶς εὑρήσει τὸ λῷστον*, spes id quod optimum est, salutem, inveniet et inventum suppeditabit. Herm. *Dices, quod optimum, spem te tantum inventurum esse, fore ut illi redeant aliquando in patriam.* Musgrav. *τὸ λοῖσθον, tandem.*

V. 170. *καὶ τοῦτο. id quod spes ostentat.*

V. 171. Hermann. coni. *καλῶς*, ut ironice verbis uti videatur, quae Demophon dicat: *pulcre illi adulti cum Argivis pugnabunt.*

V. 172. *ἀνηβήσαντες* Ald. rell. *ἂν ἡβήσαντες* Pierson. Veris. p. 176. et Vict. *ἴσ. ἂν ἡβήσαντες. ἀνηβᾷν* pro *ἡβᾷν* illustravit Ernest. ad Callim. h. in Iov. 56. sed requiritur *μάχοιντ᾽ ἄν.* Tum Ald. rell. *εἰ τοῦτό σε*, claudicante versu. *εἴπερ τοῦτό σε* tacite Barnes. *εἴ τι τοῦτό σε* Elmslei. in *Edinburg. rev.* n. 37. p. 79.

V. 173. Ald. rell. *χ᾽ ὦν μ. χοὖν* primus Elmslei.

V. 175. Ald. rell. *δὸς μηδέν.* Flor. 1. 2. Vict. *δοὺς μηδέν*, quod coniectura assecutus est Dobraeus ad Arist. Plut. 913.

V. 176 sq. *μήδ', ὅπερ φιλ. δρ.* etc. inter locutiones diversi generis affert Reisig. comm. crit. in Oed. C. p. 387. Vid. ad Hec. p. 88.

V. 179. Ald. rell. Stob. XLVI. p. 306. *κρίνοιεν*. Correxit Portus. Apte Lenting. p. 95. comparat Senec. Med. 199 sq. *qui statuit aliquid parte inaudita altera, Aequum licet statuerit, haud aequus fuit.* Cf. Bergler. ad Arist. Vesp. 725. — *ἐκμάθη σαφῆ* Ald. vitio e simili terminatione orto. Par. G. Flor. 1. 2. Vict. Stob. *σαφῶς*, ut edidit Musgrav.

V. 184. Legendum *οὐδέν ἐστιν ἐν μέσῳ*, cum Valcken. ad Hipp. 224. et Elmsleio.

V. 188. Ald. rell. *ὧδ' ὄντας ἡμᾶς*. Tyrwhitt. *ὅδ' ὄντας ἡμ.* quod edidit Elmslei. Tum Ald. rell. *ἀπήλασε χθ.* Par. G. Flor. 1. 2. Vict. *ἀπήλασαν*.

V. 189. Barnes. *ἦ*. Tum Ald. rell. *τῶν Ἑλλ. ὅρον*. Canter. Barnes. *τὸν Ἑλλ. ὅ.* quod metrum poscebat et sic Vict.

V. 190. *ὅςτις* excidit in Herv. 1. 2. Brub. Canter. Ex Aldina restituit Barnes. *φύγῃ* scripsi pro *φύγοι* e nota regula.

V. 191. *οὐκ ἄρ' Ἀργ.* Ald. rell. Flor. 1. 2. Sic etiam Par. E. ut videtur, non pro *οὔκουν*, ut annotat Musgrav. MSS. Steph. *οὐ γάρ* pro *οὔκουν* secundum Musgrav. quem errorem iam notavit Elmsl. Hinc Canter. Barn. *οὐ γὰρ Ἀργ. φ.*

V. 192. *Ἡρακλέους* Herv. 3. Brub. Canter. Barnes. Musgr.

V. 193. Flor. 1. 2. *οὐκ ἄρ'* (sic) *τι Τρ.*

V. 197. Elmslei. *καὶ λόγους κρανοῦσι σούς*. Recte: nam *κρίνειν* vix alibi per se pro *probare, praeferre* ponitur.

V. 200. *πάρος Τοῦ ζῆν* e Reiskii et Tyrwhitti coniectura edidit Elmslei. ut *αἰσχύνη* sit id quod *αἰδώς*, *dedecoris vitandi studium*, ut apud Thuc. I, 84. Soph. Ai. 1098. Sed vix opus: saepe enim *αἰσχύνη* est etiam *rerum turpium conscientia.*

V. 203. *γ'* post *λίαν* delevit Elmslei. sicut v. sq. post *ἄγαν*.

V. 208. *πατὴρ δὲ τῆσδε* malit Elmslei.

V. 209. MSS. Steph. *ἄνυμι* pro *ἄνειμι*.

V. 211. Ald. rell. *ἀνταναψίῳ*. Stiblinus vertit: *consobrini igitur* etc. etsi in textu servavit dativum. Tandem Commelin. *αὐτανεψίω*. Sed durissima est constructio et cuius vix aliud exemplum reperias, *πατὴρ σός τε καὶ τούτων γεγὼς ἂν εἴη αὐτανεψίω*. Reisigius monuit comm. crit. in Oed. C. p. 332. non Herculem et Theseum fuisse *ἀνεψιούς*, sed Aethram et Alcmenam, illam Pelopis filio Pittheo, hanc Pelopis filia, (Lysidice) sorore Pitthei, natam. Hinc Reisig. l. c. *αὐτανεψίων*. Sed v. 982. Eurystheus se ipsum Alcmenae *αὐτανέψιον* vocat: itaque ad Herculem et Theseum relatum, quod proprie ad matres eorum pertinebat.

V. 213. *ἥκεις* pro *προςήκεις*, ut Soph. Oed. C. 738. *οὕνεχ' ἧκέ μοι γένει τὰ τοῦδε πενθεῖν πήματα πλεῖστον πόλεως*.

T. 215. Scribe *τῖσαι*. Tum pro *παισί* Elmsl. coni. *τοῖσδε*.

V. 218. *ἐρυμνῶν* Ald. rell. et Codd. Correxit Barn.

V. 221. 2. a sciolo additos esse suspicabatur Pierson. Veris. p. 177. Legebantur enim supra v. 97. 8.

V. 223. Ald. rell. *σοὶ γὰρ τόδ' αἰσχρὸν χωρίς, ἔν τε πόλει κακόν*. Elmsl. coni. *σοὶ γὰρ τόδ' αἰσχρόν, ἔν τε σῇ πόλει κακόν*. V. D. qui in *Quart. rev.* 18. p. 357. editionis Elmslei. censuram egit: *σοὶ γὰρ τόδ' αἰσχρὸν καὶ πρὸς ἐν πόλει κακόν*, vel *χἄμα τῇ π. κ.* Reisig. comment. crit. in Soph. Oed. C. p. 186. *σοὶ γὰρ τόδ' αἶσχος χωρὶς ἐν πόλει κακόν*. *χωρίς* persuadere mihi non possum a librario profectum esse; nec tam civitati *κακόν* est, quod commemoratur, quam *αἰσχρόν*. Hinc Erfurdtii scripturam recepi, propositam ad Soph. Oed. T. 1492. (quamquam idem in ed. min. legit *σοὶ γὰρ τόδ' αἰσχρὸν χωρὶς ἐν πόλει κακόν*). Sed in ea offendit articulus *τῇ* ante *πόλει*. Fortasse scribendum: *σοὶ γὰρ τόδ' αἰσχρὸν χωρίς, ἐν δὲ καὶ πόλει. ἐν δέ, praeterea.* vid. Schaef. ad Soph. Ai. 674. ad Oed. C. 55. Elmsl. ad Oed. T. 27. Herm. coni. *σοὶ γὰρ τόδ' αἰσχρόν, χωρὶς ἐν πόλει κακόν.* tibi hoc turpe, praeterquam quod in civitate malum.

V. 224. Hermann. ad Soph. Oed. T. 1493. verba *ἱκέ-*

τας ἀλήτας συγγενεῖς coniungenda censet, ut συγγενεῖς pro substantivo, caetera adiectiva sint.

V. 226. Comma post καταστέφω posuit Musgrav. improbante Elmsleio. Variam lectionem in Oed. C. 467. κατέστεψας Schol. explicat μεθ' ἱκετηρίων ἀφίκου, καθικέτευσον.

V. 228. Elmslei. λαβεῖν ob locum Herc. f. 602. οὐκ ἀτιμάσω θεοὺς προςειπεῖν. Non necesse est eandem ubique dicendi formulam sequi: illud μὴ ἀτιμάζειν eo efficitur vel declaratur, quod puerorum patrocinium suscipit.

V. 232. Elmslei. ad Med. 1202. tres codices habere dicit ἀκούσας τούςδε συμφορᾶς ἄν. quorum is quem Musgrav. G. appellat, a correctore habeat τάσδε συμφοράς. Victor. certe τούσδε, (sic) συμφορᾶς. Haec lectio si in pluribus est, praeferenda videtur, tum quod haec constructio exquisitior est, quam pro librarii ingenio, tum quod ob similitudinem soni vocis συμφορᾶς facile scribi potuit τάςδε. Elmslei. edidit τῶνδε συμφοράς.

V. 236. τρισσαὶ συμφορᾶς ὁδοί dictum accipio pro τρισσαὶ συμφοραί.

V. 237. τούςδε Elmslei. ex eo praesidium quaerens coniecturae, quod alibi τῇ σῇ, τὰ σά saepe confundantur cum τῇδε, τάδε.

V. 238. Ald. rell. βωμίους. MSS. Steph. βώμιος, unde sic ed. Canter. Barn. βώμιος etiam Flor. 1. 2.

V. 243. Ald. Herv. 1. 2. Brub. συλλᾶσθαι, peius etiam Herv. 3. Canter. συλλᾷσθαι. Prima Commelin. συλᾶσθαι.

V. 244. ἐλεύθερον Ald. rell. in quo non iniuria offendit Elmslei. In Lycurgi oratione p. 165. ed. Reisk. Bekker. e cod. dedit γυναῖκας ἐλευθέρας pro ἐλευθέρους, et h. l. Flor. 1. 2. Vict. ἐλευθέραν, quod reponendum censeo.

V. 245. ὀκνῶ Ald. rell. Recte Musgrav. ὄκνῳ. Hoc enim, τὸ ἱκέτας προδοῦναι ita cohaeret cum praecedentibus βωμὸν συλᾶσθαι ἐᾷν, ut non possit pro altero capite turpitudinis haberi.

V. 246. Elmsl. coni. καὶ τόδ' ἀγχόνης πέλας, probante Reisigio comm. crit. in Oed. C. p. 327. quia referatur ad τὸ ἱκέτας προδοῦναι. Imo ad τὸ οὐκ ἐλευθέραν πόλιν οἰκεῖν δοκεῖν. Et firmari videtur illa coniectura Flor. 1. qui τόνδ' ἀγχ. Sed non videntur ita diligenter τόδε et τάδε inter se distinxisse Tragici.

V. 249. ἀποσπάσει. Sic Elmslei. et Lenting. p. 95. pro ἀποσπάσῃ.

V. 251. Flor. 1. 2. πρὸς τοῖςδ' ἔτ' εἶτι. Tum τοῖσιδ' Musgr. pro τοῖσί γ'.

V. 253. ἥ τε Heath. Musgr. Elmslei. Lenting. p. 96. (qui ἥ τε.)

V. 255. Ald. Herv. 1. 2. Brub. ἀλλὰ σὺ βλ. Ex emendatione Brodaei Canter. Barn. ediderunt ἀλλὰ σοὶ βλ. Musgravius coni. οὐκοῦν ἐμοὶ τόδ' αἰσχρὸν, ἀλλ' οὐ σοὶ, βλάβος. Melius Elmslei. haec interrogative accipit: οὔκουν (ipse scripsit οὐκ οὖν) ἐμοὶ τόδ' αἰσχρὸν, ἀλλὰ σοὶ βλάβος; ita ut negatio ad utrumque membrum pertineat. Sed recte Herm. signum interrogandi deleri iubet: *Non mihi turpe est meos abducere, sed tibi malum, si vi uti cogor, et Argivos tibi hostes reddis.*

V. 258. Ald. rell. πλεῖον φρονῶν. Par. E. G. Flor. 1. 2. πλείω φρονῶν, ut Elmslei. etiam edidit.

V. 262. Ald. rell. τῶνδ' ἐνθάδ'. Reisk. Pors. Adv. p. 268. τῶν ἐνθάδ'. Notam interrogandi in fine versus posuit Barnes. quo facto scribendum etiam erat οὔκουν. Elmslei. οὐκ οὖν — κύριος;

V. 263. Legebatur ἂν σὺ σωφρ. Elmsleius post βλάπτων addidit γ', quam particulam abesse vix pati sententia ei videtur.

V. 264. βλάπτεσθ' Elmslei. pro imperativo accipit, *Laediminor, modo ego non polluam deos.* Itaque interrogandi notam delevit.

V. 268. Elmsl. οὐ τἄρ' ἐς Ἄργ. Notam interrogationis, quae in Ald. erat post πάλιν, primus sustulit Portus.

V. 271. τολμήσῃς Elmsl. et Flor. 1. 2. pro Ald. τολμήσεις, quod tamen defendere videtur Schaefer. ad Gnom. p. 318. Tum recte Elmslei. θενεῖν.

V. 279. Ald. τέρμασιν μένειν. Herv. 1. τέρμασι μένειν. Herv. 2. Brub. rell. τέρμασι μένει. Barn. τέρμασιν μένει.
ει
Et μένει Par. G. Flor. 1. μένειν Flor. 2.

V. 282. *κεκτώμεθα* Ald. rell. *κεκτῴμεθα* scribendum monuit Hermann. in Museo antiqu. stud. p. 231. Cf. Buttmann. Gramm. gr. ampl. p. 442. *κεκτῄμεθα* Brunck. ad Soph. Phil. 119. ut edidit Elmslei.

V. 284. *τὸ σὸν Ἄργος*. Vid. Brunck. ad Soph. Ant. 578.

V. 286. Elmslei. edidit *πόλιν*, quia sibi persuaserat veteres libentius dixisse *ὑπήκοος τινός*, quam *ὑπηκ. τινί*. Ita ordinem esse *οὐ γὰρ ἔχω τήνδε πόλιν ὑπήκοον Ἀργείων*.

V. 297. Ut hic *τοῦδε*, *-ῆ*, sic Med. 550. *τί τοῦδ' ἂν εὕρημ' εὗρον εὐτυχέστερον, ἢ παῖδα γῆμαι βασιλέως*. - - Cf. Od. ζ', 182. Plat. Gorg. §. 120. 158.

V. 298. Apud Stob. LXXVII. p. 454. Gesn. additur hic versus: *καὶ τοῖς τεκοῦσιν ἀξίαν τιμὴν νέμειν*. quem Grotius p. 337. recte a praecedentibus seiunxit scribens *χρὴ τοῖς τεκ.* Valck. diatr. p. 228. *δεῖ τοῖς τεκ.* sine illo versu Stob. LXXXVI. p. 498. (p. 359. Grot.) citat versus 297 — 304.

V. 301. *λιπεῖν* Codd. et edd. *κακοῖς ἐκοινώνησεν, ὥςτε λιπεῖν*, ut explicat Elmslei. Rectius, puto, iungas *οὐκ ἐπαινέσω τὸ αὐτὸν λιπεῖν*. Sed adhuc placet *λιπών*, quod e coniectura scripsi. Pro *ἐπαινέσω* v. 300. inutilis est Luzacii coniectura Exercit. acad. p. 16. *οὐκ ἐπήνεσ' ἄν*.

V. 304. Stob. *εἰς τοὔσχατον πλέοντες*. Elmsl. *ηὕρομεν*.

V. 309. Ald. rell. *ἔλθωμεν*. Par. E. G. Flor. 1. 2. Vict. *ἤλθομεν*. quod coniectura invenerat Portus.

V. 310. Ald. rell. *ἡμῖν*. Barnes. tacite *ὑμῖν*. Cf. Schaefer. ad Dionys. Hal. p. 105. qui etiam ad *τιμὰς πατρὸς* verbum accommodatum ex *οἰκήσητε* supplendum, v. c. *λάβητε*, significat, rectius quam Reisig. qui comm. crit. in Oed. C. p. 193. *τιμὰς οἰκεῖν* pro locutione legitima habet.

V. 313. Herv. 2. Canter. vitiose *αἵρεσθε*. Ad sententiam cf. Suppl. 1176 sqq.

V. 315. Ald. rell. *ἄξιοι γ' ὑμῖν σέβειν*. Par. E. G. Flor. 1. 2. *ἄξιον ὑμῖν σ.* omisso *γ'*. Hinc scripsi *ἄξιόν γ' ὑμῖν σέβειν*. ut Phrix. fr. VIII. *ἀνέρος οὐκ ἄξιον δειλὸν κεκλῆσθαι*. Hec. 405. *οὐ γὰρ ἄξιον* sc. *σὲ σπασθῆναι*. Cur *δέ* sententiae convenientius videatur Elmsleio quam *γέ*, non intelligo.

V. 317. Ald. rell. et Codd. *ἀπηλλάξαντο*. *ἐνηλλάξαντο* est e Musgravii coniectura.

V. 320. *ὅταν θάνῃς* Ald. Herv. 1. 2. et Codd. Sed Herv. 2. Cant. rell. *ὅταν θάνω*, ut emendavit Brodaeus. *ὡς ἂν σθένω* Lennep. ad Phalarid. epist. p. 114. *ὅσον σθένω* Valcken. praef. ad Phal. p. XV. Non videtur sollicitandum esse *ὅταν θάνῃς*, *mortuus mortuum laudabo Theseo adstans*, *Θησέως πέλας*.

V. 322. Leg. *ἀρῶ*. Vid. ad Med. 841.

V. 324. Post *Ἡρακλείοις* plene interpungebatur in Ald. rell. Musgrav. commate interpunxit, ut Iolai ad Theseum sermo, inquit Elmsleius, etiam verba *εὐγενὴς δ' ἂν Ἑλλάδα σώζεις πατρῴαν δόξαν* comprehenderet. Mihi haec omnia verba Iolai ad Demophontem, non ad Theseum esse videntur.

V. 334. Ald. rell. *μνημονεύσεθ' ἡ χάρις*. Quod Elmslei. e coniectura reposuit *μνημονεύσεται χάρις*, legitur in Flor. 1. 2. Vict.

V. 336. Verum videtur quod Elmslei. e coniectura edidit *τάξω θ', ὅπως ἂν* - -

V. 339. Ald. rell. *ταχὺς γὰρ εἴργει*. Scaliger iam emendavit *ταχὺς γὰρ Ἄργει*, et sic Parr. E. G. Flor. 1. 2. Vict.

V. 340. *μάντεις τ' ἀθρήσας* Ald. rell. *ἀθροίσας* H. Steph. et Canter. nov. lect. V, 29. et sic Flor. 1. 2. Vict. *μάντεις θ' ἁθροίσας* Elmsl. *μάντεις δ' ἀθρ.* Lenting. p. 96. quod respondeat praecedenti *πρῶτα μὲν σκοπούς* -- Imo huic *μέν* respondet *σὺ δ' ἐς δόμους* - -

V. 344. Elmslei. *ἑζώμεσθα δή*, quasi nunc demum ad considendum se et reliquos excitet Iolaus.

V. 347. Flor. 1. 2. *κακίοσιν*.

V. 350. *Ἀθάνα* Elmslei. e monitu Porsoni ad Or. 26.

V. 355. Erfurdt. in catal. lectt. hibern. Regiom. a. 1812 — 13. corrigit *ὦ ξεῖν', Ἀργόθεν ἐλθών*, ob metrum, servata in antistropha lectione *θεῶν ἱκτῆρας ἀλάτας*. Probat Hermann.

V. 356. Flor. 1. *μεγαληγορίαις*. Dindorf. in edit. Elmslei. Lips. *μεγαληγορίαισιν* et in antistropha *ἀντισχομένους*. Idem legendum coni. Hermann.

V. 358 sqq. Erfurdt. l. c. ita disponit: *μήπω ταῖς μεγάλαισιν οὔ | τω καὶ καλλιχόροις Ἀθά | ναις εἴη. σύ τ' ἄφρων ὅ τ' Ἄρ | γει Σθενέλου τύραννος.* Ceterum Flor. 1. *μεγάλαις* pro *μεγάλαισιν.*

V. 364. Ald. rell. et Codd. *ἱκτῆρας. ἵκτορας* est e coniectura Musgravii.

V. 370. Ald. rell. *πάρα γ' εὐφρονοῦσιν.* Correxit Barn.

V. 371 sqq. etiam ad glyconeorum normam digessit Erfurdt: *εἰρήνα μὲν ἐμοί γ' ἀρέ | σκει· σοὶ δ' ὦ καλ. ἄναξ, | λέγω, εἰ πόλιν ἥξεις, | οὐχ οὕτως, ἃ δοκεῖς, κυρή | σεις. οὐ σοὶ μόνῳ ἔγχος, οὐδ' | ἰτέα κατάχαλκος ἐ | στιν. ἀλλ' ὦ πολέμων ἐρα | στά, μή μοι δορὶ συνταρά | ξῃς τὴν εὐχαρίτως ἔχου | σαν πόλιν. ἀλλ' ἀνάσχου,* fere ut Blomfield. in Quart. rev. 18. Hermanno v. 371 — 373. videntur stropha, in qua scribendum *λέγω δ',* servato antea *σὺ δ',* 374 — 76. antistropha, deleto *ἐστιν.* quod deleri voluit etiam Blomfield.

V. 372. Ald. rell. et Codd. *σὺ δ' ὦ κακ. σοὶ δ'* est emendatione Canteri. *σὺ δ'* defendunt Elmsl. et Blomfield. in *Quart. rev.* *σὺ δε-κυρήσεις* iungentes. Saltem non opus erat corrigi.

V. 377. Ald. rell. *ἀλλ' οὐ πολ. ἐραστάς. ὦ* est a Cantero, *ἐραστά* a Musgrav. hoc quidem minus necessario. Elmsleius vulgatam defendit cum Porto vertens: *Sed non sum amans bellorum.* quod minus convenit, quum et antea et post Eurystheus compelletur, et nihil aliud significetur illis verbis, nisi quod iam dictum erat v. 371. *εἰρήνα μὲν ἔμοιγ' ἀρέσκει.*

V 378. Ald. rell. *συναράξῃς* contra metrum. Barnesii coniecturam *συνταράξῃς* confirmant Flor. 1. qui *συντάξεις,* Flor. 2. Vict. qui *συνταράξεις.*

V. 379. Ald. rell. *εὐχαρίστων.* Canter. Barn. Musgr. *εὐχαρίστως* e Brodaei emendatione, et sic Flor. 1. 2. Vict. Propter metrum scribendum erat *εὐχαρίτως.* Sed magis nunc arridet Elmsleii coniectura in *Quart. rev.* 14. p. 452. proposita, *τὰν εὖ χαρίτων ἔχουσαν.* ut Erfurdtium etiam coniecisse commemorat Hermann. Ex eo quum factum esset *εὐχαρίτων* eodem errore quo v. 370. *εὐφρονοῦσιν* scriptum erat, facile Ald. lectio oriri potuit.

V. 381. *ὄμμασιν* pro *ὄμμασι* Flor. 2. Vict.

V. 384. Ald. rell. *ψεύσῃ γε κήρ. λόγους.* Brodaei et H. Stephani emendationem receptam in Herv. 2. rell. *λόγος* confirmant Flor. 1. 2. Tum *ψεύσει γε* scripsi propter *οὐ μή.* sic autem ut scribatur, ne sententiae quidem ratione permitti iudicat Reisig. comm. crit. in Oed. C. p. 252. *κήρυκα* enim esse Copreum, qui iam verba fecerat, ut in hanc sententiam dicta accipi debeant: *minime te fefellerit praeconis oratio.* At quod particulis *οὐ μή* subiicitur, sive aoristo coni. sive futuro, semper et ubique futuri significationem habet, nunquam aoristi, ita ut sive *οὐ μὴ ψεύσῃ* scribas, sive *οὐ μὴ ψεύσει,* hoc nihil aliud sit, nisi *non te fallet.* Nec hoc sententiae rationi repugnat: nam *ψεύδειν κήρυκος λόγος* tum demum potest quum eventum non habet; *ante eventum* vero hoc non nisi futurum cogitari et poni potest. Praeterea Elmslei. et Herm. *ψεύσῃ σε,* quod mihi minus necessarium videtur. Lenting. p. 96. coni. *σὲ γάρ τε μὴ ψεύσῃ γ' ὁ κήρυκος λόγος,* om. *ὅρα, Cave tibi quidquam imponant praeconis verba:* *vel σὺ γάρ τι μὴ ψεύσῃ σ' ὁ κήρ. λ.* Neutrum sententiae convenit, nec *σέ* recte collocatum est.

V. 385. Tyrwhitt. *εὐτυχὴς τὰ πρόσθεν ὤν,* recte, opinor, non quo *εὐτυχὴς τὰ πρὸς θεῶν* dici non posse existimem, sed quia sententia repugnat; *Eurystheus felix est ope deorum,* is optime diceret, qui quantum periculi ab eo immineret, declarare vellet; sin per ironiam aliquam dictum accipias, frigida est et elumbis ironia.

V. 386. Recte Elmslei. et Herm. *εἶσιν, veniet:* nam *ἐστὶν* et per se languidum est, nec solet in initio versus poni.

V. 387. *ἐς τὰς Ἀθήνας* Elmsleius cum Porto et Barnesio iungit cum *οὐ σμικρὸν φρονῶν* propter Hipp. 6. *σφάλλω δ' ὅσοι φρονοῦσιν εἰς ἡμᾶς μέγα.* Mihi cum *εἶσιν* iungendum videtur, sed ita ut simul ad verba *οὐ σμικρὸν φρονῶν* referatur. Ita vim habet illud *καὶ μάλα. Athenas veniet, et quidem non mediocri spiritu.*

V. 390. Ald. rell. *ἄνδρα δὲ χρεών.* Erfurdt. ad Soph. Ai. p. 629. et *ἄνδρα γὰρ χρ.* et sic Flor. 1. 2. Vict.

V. 393. Ald. rell. *πεδία μὲν οὖν γῆς εἰς τόδ'. εἰς τάδ'* MSS. Steph. et in Vict. notatum *ἔσ. τάδε.*

V. 394. Ald. rell. *Λεπάραν* (sic littera maiuscula) *δ' ὀφρύην*. Littera minuscula scribens Brodaeus vertit *in aspero iugo castra — metatus. λεπαίαν δ' ὀφρ.* primus edidit Stiblin. quam lectionem commemorat etiam Portus. Codd. *λεπάραν*, cui in Flor. 2. nota adscripta, *ὄνομα τόπου*.

V. 395. Verba *δόκησιν δὴ τόδ' ἂν λέγοιμί σοι* in parenthesi posita esse primus vidit Brodaeus. Hic etiam MSS. Steph. *τάδ'* pro *τόδ'*.

V. 396. *ποία* Ald. rell. *ποίᾳ* Portus. *ταννῦν δορός* haud dubie corrupta sunt: *ταννῦν* plane otiosum, *στρατόπεδον δορός* insolita locutio. Pro *δορός* Reisk. coni. *ὅροις*, quod probat Hermann. Musgrav. *στρατόπεδον τ' ἄνευ δορός*, quod recepit Elmsl. Quomodo aliquis *ἄνευ δορός*, *sine* Marte *γῆν κτᾶσθαι* possit, intelligo; sed *στρατόπεδον προςάγειν* (quo ipso infestus animus proditur) *ἄνευ δορός* non concoquo, nisi forte dicas brevius dictum esse pro *qua parte exercitum adducat, sed ita ut sine Marte controversiam dirimere cogitet.* Tutam autem in terra hostili stationem is etiam imperator quaerit, qui quam maxime acie confligere vult.

V. 397. *τῇδ' ἱδρύσετε* Ald. *ἱδρύσεται* MSS. Steph. Flor. 1. 2. Vict. ut primus edidit Canter. *τῆςδ'* Tyrwhitt. et sic Par. E. Vict. E *ποίᾳ* repete *καὶ ποῦ ἱδρύσεται.*

V. 398. *ἄρηρ'* Ald. rell. *ἄραρ'* Brunck. ad Med. 323. Cf. Porson. ad Orest. 1323.

V. 401. Musgrav. cum Tyrwhitto versum 402. ante hunc poni volebat. Sed vid. Elmslei. *Τὸ θυηπολεῖσθαι ἄστυ* erat *τροπαῖον τ' ἐχθρῶν καὶ πόλει σωτήριον.*

V. 402. Ald. *τρόπαιά τ' ἐχθρ.* Herv. 1. *τροπαῖα τ' ἐχθρ.* Herv. 2. *τροπαιά τ' ἐχθρ.* Tum *σωτηρία* Ald. rell. *σωτήρια* Brodaeus, Barnes. et sic Vict.

V. 408. Ald. rell. *κόρην Δημητρί γ', ἥτις* - - Barnes. *κόρῃ Δήμητρος, ἥτις* - - quod recepit etiam Elmslei.

V. 411. *κτανῶ* Ald. rell. *κτενῶ* Elmsl.

V. 415. Ald. rell. *καὶ νῦν πικρὸν ὄν.* Coniecturis VV. DD. ab Elmsleio commemoratis adde Lobeckii coniecturam, qui ad Soph. Ai. 58. scribendum censet *καὶ*

μὴν παρὼν ἂν συστ. πικρὰν ἂν Par. G. *πικρὰς ἂν* Par. E. Flor. 1. 2. Vict.

V. 416. Ald. rell. *ὡς δίκαιον ᾖ.* Elmslei. *ὡς δίκαιον ἦν*, ut dudum antea correxerat Schaefer. melet. p. 110.

V. 417. *μωρίαν ἐμοῦ* Elmslei. in *Quart. rev.* 14. p. 465. et in edit. Ex eo quidem, quod dicitur *κατηγορεῖν* v. c. *ἀδικίαν Φοίβου*, non colligam *κατηγοροῦσι μωρίαν ἐμήν* falsum esse.

V. 418. Ald. rell. *ἢν δὲ μὴ δράσω τόδε*, vel hoc sensu: *nisi iis, qui stultitiam meam accusant, cedens, supplices hostibus dedam*, vel, ut Herm. interpretatur, *si hoc non faciam, ut abstineam alterutrum imperare*; quae utraque contorta est loquendi ratio. Commodius est, quod in Flor. 1. 2. Vict. legitur: *εἰ δὲ δὴ δράσω* (futur.) *τόδε*, *si bellum pro supplicibus suscipiam*; quo fieri necesse est, ut virgo nobilis immoletur; quem sensum esse loci e vss. 421. 22. apparet.

V. 426. cum nota interrogationis Elmsleius, quae mihi a chori persona aliena videtur. Chorus enim sententiam suam de iis, quae geruntur, ferre solet, non, quid fiat, interrogare, praesertim ubi res antea iam exposita est, ut nulla amplius interrogatione opus sit, vel id quaeritur, ad quod nemo sanus respondeat, ut h. l. *deusne* sit, qui civitatem impediat. Equidem vereor, ne *ἀλλ' ᾖ* e primis superioris versus verbis ortum, et legendum sit, *ἄλλως πρόθυμον οὖσαν.* - - nam *frustra* alacris civitas est ad opem ferendam, si deus hoc fieri non sinit.

V. 429. *ἐς χεῖρα γῇ συνῆψαν* recte Elmslei. a locutione *συνάπτειν τινὶ εἰς λόγους* ductum censet. Est *ad terram ita prope accedere, ut eam manu quasi prehendere possis.* Hinc *εἰς χεῖρα prope*, ut explicat Hermann. Valck. ad Phoen. 1409. coni. *ὡς χεῖρα γῇ συν. simulac manu terram tetigerunt.*

V. 430. *πνοιαῖσιν* Ald. Herv. 1. Flor. 1. 2. Vict. *πνοαῖσιν* Herv. 2. rell. Hoc praetulit etiam Elmsl.

V. 431. Ald. Herv. 1. 2. Brub. *ἀπωθούμεθα.* Canter. Barn. *ἀπωθούμεσθα*, et sic Flor. 1. 2. Vict.

V. 435. Ald. rell. *εἰ μὴ θέλοι. θέλει* Elmslei. Herm. Lenting. p. 96. quod mihi quoque rectius videtur: nam

nolle se neque suam, neque civis ullius filiam occidere ipse Demophon. v. 411. dixerat, ut hoc commemorari non potuerit tanquam res, quae sola suspicione nitatur.

V. 436. *αἰνέσαι δ' ἔχω* Valck. ad Phoen. 712. quod recepit Elmslei. *αἰνεῖν ἔχω* legitur infra v. 485. at non minus saepe *ἔχω* cum Partic. ut Hec. 1013. Iph. A. 659. Troad. 318. *συμπαραινέσας ἔχω* Arist. Av. 851. Idem esse, quod alias *ἤνεσα, ἐπήνεσα, παρήνεσα*, recte Hermann. monet ad Viger. not. 162. Lenting. p. 97. coni. *αἰνέσας τ' ἔχω*. iniuria.

V. 437. *εἰ θεοῖσι – ἔμ'*, ad sequentia referenda esse primus vidit Heath. Elmslei. ad Iph. T. 96. *εἴτι θεοῖσι δή*, ut *θεοῖσι* disyllabum sit, in editione nihil eiusmodi significat. Herm. in notis MSS. *εἰ δὲ θεοῖσι δή* - -

V. 438. Flor. 1. *οὔτι* pro *οὔτοι*.

V. 443. Ald. rell. et Codd. *κἀμοῦ μέν*. MSS. Steph. *κἀμοὶ μέν*. unde sic ediderunt Canter. Barn. Musgrav. Recte *κἀμοῦ* defendit Elmslei. loco Med. 346. *τοὐμοῦ γὰρ οὔ μοι φροντὶς, εἰ φευξούμεθα.* Sic etiam Lenting. p. 96.

V. 451. Ald. rell. *οὐχ ἅπασι γάρ*. quod defendit Musgrav. pro *παντάπασι* dictum accipiens. Hoc ut probetur, aliis locis opus est, quam iis, quae a Musgravio ad Soph. Oed. T. 40. et ab Elmslei. ad h. l. citantur. Nam in Oed. T. 40. *πᾶσιν* cum *κράτιστον* cohaeret, et in Oed. Col. 1446. *ἀνάξιαι γὰρ πᾶσίν ἐστε δυστυχεῖν* dictum est, ut *Σωκράτης ἄξιός ἐστι θανάτου τῇ πόλει* apud Xenoph. Mem. in. Hoc loco *ἅπασα* MSS. Steph. quod probat Porson. Adv. p. 268. et post Canter. Barn. recepit Elmsl.

V. 454. *δωθήτω* Flor. 1. 2. Orell. in append. ad Isocr. or. π. *ἀντιδ.* p. 389. *σωθήτω τέ σοι τέκνα.* Vix opus.

V. 456. Notandum *με* encliticum pro *ἐμέ*. Vid. ad v. 64.

V. 458. *ἁνήρ* Elmsl. pro *ἀνήρ*.

V. 460. Ald. rell. *αἰδοῦς καὶ τύχης τίς ἂν τύχῃ*; Barn. *τίς ἂν τύχῃ* sine interrogatione. *τύχῃ* soloecum correxit Elmsl. deleta interrogationis nota. Pro *καὶ τύχης τις* Grotius in Excerptis p. 954. et Tyrwhitt. *κἀτυχής τις*, quod probant Musgrav. et Hermann. recepit Elmslei. Mihi vix dubium est quin *τύχης* ortum sit e vicinia verbi *τύχῃ* vel *τύχοι*. Par. G. Flor. 1. 2. Vict. *καὶ δίκης τις ἂν τ.*

V. 462. *ψεῦδος* pro *κέρδος* Flor. 1. 2. Vict.

V. 470. *λύμης* Elmsl. *λύμας* est accus. plur. Nam accusativum quoque asciscit *μεμνῆσθαι*. Vid. Gramm. gr. §. 325. not.

V. 475. *προσθῆτε* Elmsl. *πρόσθητε* non abhorret ab analogia, quum etiam *κατάθωμαι, μετάθηται, πρόθηται, ἐπίθωνται* in Atticorum libris scripta legantur. Tum Porson. ad Eur. Med. 139 sq. (p. 401. ed. Lips.) *πρῶτον μὲν τόδ'* propter *γάρ* brevi intervallo repetitam. V. 474. *ἐξόδοις ἐμαῖς* non explico cum Elmsleio *ἕνεκα ἐξόδων ἐμῶν*, sed additum est ad accuratius declarandum *μοι*, *ne me, id est, egressum meum, impudentiae accusate*, quod simillimum est duplici dativo v. 63.

V. 472. Elmsl. Lenting. p. 97. *εἴσω θ' ἧσ.* recte, ut puto.

V. 480. Vid. ad Phoen. 371.

V. 482. In margine Flor. 2. adscriptum est *τοῦτο καὶ κατ' ἐρώτησιν ὀρθῶς ἔχει.*

V. 487. *εἰς ἀμήχανον* Ald. rell. *εἰς ἀμήχανα* Elmslei. exemplis etiam congestis, quibus terminationes *ον* et *α* saepe inter se confundi probaret: nam si *ἀμήχανον* adhibuisset poeta, inquit, articulo, ni fallor, addito dixisset *εἰς τἀμήχανον*. Hoc ipsum quum deinde in Rom. C. scriptum invenisset, reponi iussit ad Med. 397. not. n. Idem habent Flor. 1. 2. ut hoc non dedisse nunc ipse indigner.

V. 488. 490. Verbum *σημαίνειν* ad oraculorum interpretes, *κελεύειν* ad ipsum Demophontem referendum esse censet Elmsl. Num igitur *oraculorum interpretes significare, Demophontem iubere* - -? quod ineptum est. *σημαίνειν* et *κελεύειν* tautologiae crimine liberari non posse video; sed illae tautologiae non adeo rarae sunt in Tragicis. Vide tamen, an legendum sit: *χρησμῶν γὰρ ᾠδοὺς φασὶ σημαίνειν τόδε· οὐ ταῦρον* - - *σφάξαι κελεύειν*, de qua constructione vid. supra ad v. 176.

V. 490. Ald. Herv. 1. *σφάξαι κελεύειν μητρὸς, ἥτις εὐγενής*. Comma post *μητρός* deletum in Herv. 2. Brub.

rell. Ingeniose Pierson. Veris. p. 178. *σφάξαι κόρη Δήμητρος, ἥτις εὐγενής.* quo simul tautologia illa *σημαίνειν κελεύειν* tollitur. Sed lenior medicina est Brodaei, *πατρὸς ἥτις εὐγενοῦς, ΜΡΟΣ* in *ΠΡΟΣ* mutato, quae lectio a Barnesio et Elmsleio adoptata, confirmatur v. 409. 513. Herm. coni. *κελεύειν, ἥτις ἐστὶν εὐγενής.*

V. 491. Assentior Hermanno, bis vel *χρή* vel *χρεών* legendum esse in not. MSS. dicenti.

V. 493. Elmslei. *σφάξειν.* Sed recte Reisig. comm. crit. ad Oed. C. p. 190. monet, in verbis eis, quae futurum aliquid sua vi ostendant, nihil offensionis habere praesentis infinitivum, quia futuri temporis notio verbo illi, ex quo hic pendet, insit. Possit etiam de more accipi, *dicit non sui ingenii esse immolare.* Cf. ad Orest. 738.

V. 494. Ald. rell. Flor. 1. 2. Vict. *κἀμοὶ δὲ λέγει.* *δέ* eiecit Barnes.

V. 495. Codd. et edd. *εἰ μή τι τούτων ἐξαμηχανήσομεν.* Herm. coni. *εἰ μή τι τούτων ὀξὺ μῆχαρ ἥσομεν,* addens: Schneiderus in critico lexico verbum *ἐξαμηχανάω* finxit. Culpae particeps Riemerus neque hoc, neque alia expulit innumerabilia ex eo lexico barbara verba. Ab Herm. coniectura ego progressus dedi, *εἰ μή τι τούτων μῆχαρ ἐξευρήσομεν* secundum illud Hipp. 481. *εἰ μὴ γυναῖκες μηχανὰς εὑρήσομεν.* Med. 263. *ἤν μοι πόρος τις μηχανή τ' ἐξευρεθῇ.* At *μῆχαρ* vocabulum est Aeschyleum, non Euripideum. Itaque nunc rectius puto, *εἰ μή τι τούτων μηχανὴν* (vel *μηχανὰς*) *εὑρήσομεν.*

V. 497. Pro *βούλεται* Hermann. leg. suspicatur *βούλεσθαι.* Non assentior.

V. 498. Codd. et edd. *ἐν τῷδε κεὐχόμεσθα.* *κεισόμεσθα* eo confidentius scripsi quod Spitznerus mihi aliquando narraverat, hanc lectionem, a se quoque inventam, Lobeckio eximie placuisse. Sed futurum tempus minus accomodatum est. Egregie Elmslei. *κἀχόμεσθα* i. e *καὶ ἐχόμεσθα.* *ευ* et *α* quoties confusa sint, nemini ignotum esse potest. *ἐν τῷδε λόγῳ* (*in eo quod tu dixisti,* i. e. in eo quod tu subeundum ostendisti) *ἐχόμεσθα σωθῆναι* familiari Graecis attractione dictum est pro *ἐν τῷδε λόγῳ ἔχεται ἡμᾶς σωθῆναι; ex hac re nunc pendet,* s. *in hac re nunc positum est, ut servemur,* sicut *ἔχεσθαι ἐν πόνῳ, ἐν ἀπορίᾳ* dicitur.

V. 499. *τἄλλα δ' εὐτ.* Ald. rell. *τἄλλά γ'* e Par. G. scripsit Musgrav. et sic Flor. 1. 2.

V. 500. *Ἀργεῖον δόρυ* Elmslei. Vid. ad Bacch. 1.

V. 502. Ald. rell. *ἑτοίμα.* Elmsl. *ἑτοίμη,* et sic Flor. 1. 2.

V. 504. Elmslei. *αἴρεσθαι.* Locutionis *αἴρεσθαι* s. *ἄρασθαι κίνδυνον* exempla Stephan. in Thes. T. II. p. 207. attulit Thucyd. II, 71. Demosth. *λ. ἐπιτ.* p. 1395, 13. Reisk. Sed idem tentantem inhibuit me Isocr. epist. p. 409. D. ed. Steph. *ἁμιλλᾶσθαι τοῖς-εἰκῇ τοὺς κινδύνους προαιρουμένοις.* Et cum dilectu h. l. *αἱρεῖσθαι* positum videtur pro *sponte suscipere.*

V. 509. Ald. rell. *φύντες.* MSS. Steph. *φύντας,* vel *φῦντας,* unde sic ediderunt Canter. Musgrav. *φῦντας,* Barn. *φύντας.* *φῦντάς* etiam Flor. 1. 2.

V. 513. Ald. rell. *κἄπειτα δέ τινα.* Correxit Tyrwhitt.

V. 515. Ald. rell. *ἀλητεύω.* MSS. Steph. *ἀλητεύσω.*

V. 526. *πρέπει* Codd. et edd. Scaliger malebat *πρέποι,* in quod Virum magnum quasi divinitus incidisse dicit Reisig. de partic. *ἄν* p. 130 sq.

V. 539. Edd. *οὐκ ἔτ' ἄλλ.* Elmsl. *οὐκ ἔστ' ἄλλ.* et sic Flor. 1. 2. Vict. In hoc uno haereo quod *ἔστι* eo loco positum est, ut cum vi quadam pronunciandum sit, quae potius in *ἄλλοθεν* inest.

V. 541. Formam Ionicam — *κλῆος* non alibi in Tragicis me legere memini. Elmsl. *Ἡράκλειος.* Sed ut recte dicatur *ἡ Τυνδάρειος παῖς* Orest. 1505. *Ἡράκλειος* tamen, non adiecto *παῖς* vel *θυγάτηρ* dubito an usquam reperiatur.

V. 542. (*αἰσχύνομαι*) *τοῖς σοῖς λόγοισι.* Vid. Gramm. gr. §. 403. c.

V. 550. *προθύμως* Ald. rell. et Codd. *προθύμῳ* Barnes. in marg. quod probatum Musgravio, recepit Elmsl.

V. 551. *ὅδ'* recte solus Barnesius. Ald. rell. *ὁδ' αὖ λ.* peius etiam Commel. Musgrav. *ὁ δ' αὖ.*

V. 553. Elmslei. in *ὑπερφέρεις τόλμαν* haeret, quum

alias ὑπερφέρειν cum genit. iungatur. ὑπερφέρειν videtur h. l. esse non *antecellere*, sed *supra ferre*, *exaggerare*.

V. 556. θνήσκειν γ' Ald. rell. Cum Reiskio et Elmsleio scripsi θνήσκειν σ'.

V. 558. ἐλευθέρως θανεῖν dici videtur is, qui ἄνευ πάλου mortem obit. Cf. v. 551. De vi coniunctivi vid. etiam Elmslei. ad Med. 1242. ad Bacch. 341. Porson. et Dobraeum ad Arist. Plut. 965.

V. 566 sqq. in Ald. rell. tribuuntur Iolao. Demophonti assignant Heath, Tyrwhitt. Musgrav. Elmsl. At is post v. 473. scenam reliquisse videtur. Itaque hanc ῥῆσιν praeeunte Herm. Choro dedi.

V. 572. Misere languet illud μοι in fine additum et e sq. v. ortum videtur. Itaque Tyrwhitt. coni. πρόςφθεγμα σόν, quod non melius. Elmslei. dedit πρόςφθεγμα δή. Blomfield. *Quart. rev.* 18. ὑστάτοις προςφθέγμασι, quia πρόςφθεγμα singulare alibi ab Euripide non usurpetur: nam Troad. 784. variat lectio. Verum videtur, quod Herm. coniecit ὕστατον προςφθεγμάτων. Sed post curas secundas addit: Nescio tamen an praestet, quod Elmslei. dedit.

V. 574. τούςδε in Herv. 1. 2. Brub. Canter. excidit: ex Aldina revocavit Barnes. τοιούςδε, *tales*, *qualis tu es*. Hoc explicatur verbis εἰς τὸ πᾶν σοφοὺς ὥςπερ σύ.

V. 575. Ald. Herv. 1. 2. Brub. ἀρέσκουσι γάρ; nulla distinctione post μᾶλλον posita. ἀρκέσουσι γὰρ MSS. Steph. unde sic edidit Canter. Sic etiam Flor. 1. 2. ἀρκέσουσι γὰρ sc. τοιοίδε ὄντες, i. e. ἀρκέσει αὐτοὺς τοιούςδε εἶναι. Vid. ad Orest. 657.

V. 582. Elmsl. πάροιθε.

V. 584. Ald. Herv. 1. 2. Brub. τιμῶ τε. Canter. τιμᾷ τε. Barn. τιμᾶτε. Musgr. τιμῶτε ad quod nihil enotatum e Florr. Elmslei. τιμᾶτε. τιμῷτε defendas, si optandi vim potius, quam imperandi et admonendi, inesse dicas.

V. 591. κάτω χθονὸς Stob. CXIX. p. 602. Gesn. CXXI. p. 493. Hoc dicere videtur: *si quis sensus est in mortuis. Utinam vero ne adsit sensus!*

V. 593. οἱ θανούμενοι non *nece functi*, ut vertit Grotius, sed *quibus moriendum est*.

V. 596. Ald. rell. εὐψυχίας. Correxit Scaliger.

V. 597. τιμιωτάτη sc. οὖσα, ut explicat Valck. ad Hipp. 304. Ita si accipias, quo tandem nexu sequens versus cum hoc cohaerebit? Imo deleto commate post τιμιωτάτη iunge: ἔσει πολὺ τιμιωτάτη ὑφ' ἡμῶν i. e. τιμηθήσῃ, ita ut ἴσθι positum sit διὰ μέσου.

V. 600. κόρῃ Elmsl. etsi non negans parum referre κόρῃ an κόρην legas.

V. 601. Ald. rell. δύεται μέλη. Miltono debetur λύεται.

V. 607 sqq. In describendo hoc carmine maxime secutus sum Boeckhium de tragic. p. 262. Versus 607. 8. 614. 15. leguntur apud Stob. ecl. phys. p. 11. Canter. 168. Heer.

V. 610. Ald. rell. παρὰ δ' ἄλλον γ' ἄλλα. Elmslei. Burgesium ad Troad. p. 137. secutus nil nisi γ' delevit. Nostra lectio est a Seidlero, commemorata Hermanno in notis MSS. Vulgatam firmare videtur Alc. 915. συμφορὰ δ' ἑτέρους ἑτέρα πιέζει φανεῖσα θνατῶν et alios homines aliam sortem habere in sequentibus additur.

V. 613. in metrum peccat. Boeckh. scripsit τὸν δὲ πλάνητ' εὐδαίμονα τεύχει, Seidler. apud Herm. τὸν δ' εὐδαίμονα τεύχει ἀλάταν. Sed vix casu chiasmus ille, quo τῷ ὑψηλῷ et τῷ βραχεῖ inverso ordine opponuntur ἀλάτας et εὐδαίμων, effectus videtur. Herm. in notis MSS. „f. τὸν δ' ἀλίταν εὐδαίμονα τεύχει. Ἀλιτεῖν proprie videtur esse supplicari ob aliquod peccatum, ut a flagitando flagitium dictum est, translatum deinde ad peccata. Itaque ἀλίτης miser erit et supplex." Et nominis ἀλίτης auctoritas non satis certa est, et ἀλιτεῖν nullo alio sensu, nisi *peccandi*, legitur.

V. 615. Post ἕξει addebatur γ'.

V. 616. Ald. rell. ἀλλὰ σὺ μὴ προςπιτνῶν τὰ θεῶν ὕπερ, | μηδ' ὑπεράλγει. in qua nec metrum, nec sensus constat. MSS. Steph. προςπίτνει, quod Flor. 2. etiam ab alia manu supra scriptum habet. Flor. 1. 2. προσπεσών, Vict. πρὸς πεσών. Elmslei. edidit ἀλλὰ σὺ μὴ προπίτνων τὰ θεῶν φέρε. μὴ προπίτνων vertens *erecto corpore atque animo*: nam Iolaum humi iacentem surgere iubere Chorum. Hermann. in *Classic. journ.* 38. p. 284. (quae

nota inserta editioni Elmsleii Lipsiensi p. 57 sqq. *ἀλλὰ σὺ μὴ, προπιτνῶ, τὰ θεῶν ὕπο, μήδ' ὑπεράλγει φροντίδα λόπῃ, at tu, oro, ne aut deorum decretis aut cura tua nimis dole.* Iolaum quidem supra v. 604. et iis quae fiant, immolatione Macariae, dolere, et oraculo, quod virginem immolari iussisset, video; sed *sua cura dolere* i. e. dolere quod cura aliqua angaris, quid sibi velit, non intelligo. Et illa quae v. 604. leguntur, non duo sunt, ut inter se opponi possint, sed unum, oraculum de immolanda virgine, quo ipso fiebat, ut Macaria se immolandam offerret. *ὕπερ* haud dubie e sq. *ὑπεράλγει* repetitum est; sed quid ceteris faciam, non habeo.

V. 619. Ald. rell. *πρὸς ἀδ.* Scaliger *πρὸ ἀδελφῶν*, Barnes. *πρό τ' ἀδ.*

V. 623. Ald. rell. *ἄξια δ' ἀδελφῶν τάδε γίνεται.* Sed Par. E. G. Flor. 1. 2. *ἄξια δ' εὐγενίας τάδε γίν.* ut edidit Musgr. *ἀδελφῶν* e v. 619. repetitum videtur.

V. 624. Ald. rell. *εἰ δὲ σέβεις σύ γε θ. σύ γε* deleverunt Burges. et Seidler. apud Hermann. et omittunt Flor. 1. 2. in hoc tamen ab alia manu suppletum.

V. 625. *γέρων* est a Brodaeo, unde sic ed. Canter. quum in Ald. rell. legeretur *γέρον.* et *γέρων* Flor. 1. 2.

V. 626. *μήτηρ δὲ π.* Ald. rell. *μήτηρ τε π.* scribendum vidit Musgr. recepit Elmslei.

V. 627. Ald. Barn. *οἵα δή γ' ἐμ.* In Herv. 1. neque spiritus, neque accentus apparet. Herv. 2. Canter. Musgrav. *οἷα δή γ'.* Blomfield. in Mus. crit. 2. p. 182. coni. *οἵα γ' ἡ 'π' ἐμοῦ παρουσία.*

V. 628. Flor. 1. 2. *κατηφθέν* pro *κατηφές.*

V. 629. Ald. Herv. 1. 2. Brub. Canter. *ἦλθεν οἰκεῖος.* Correxit Barnes. Tum Elmslei. *ξυνειχόμην*, quia aoristum *ἐσχόμην* nunquam passiva significatione usurpare videantur Attici. Vid. ad Hipp. 27. In Mus. crit. II, p. 35. not. ad Med. se malle *ξυνισχόμην* dicit, quam notam non repetiit in edit. Medeae ad v. 1128.

V. 632. Flor. 1. *ἥκω γε μέν χάρμα συμφέρων μέγα.*

V. 634. De Penestis vid. Ruhnken. ad Tim. p. 212.

V. 635. Flor. 1. 2. Vict. *ἧκες*, Ald. Herv. 1. *σωτήρ νων.* Herv. 2. rell. *σωτὴρ νῷν.* Verba transposuit Porson. Praef. Hec. p. XXXIV. quod impugnat Hermann. elem. d. metr. p. 116. Mihi etiam Porsoni collocatio verborum numerosiorem versum efficere videtur.

V. 636. *τὰ νῦν τάδε, nunc ipsum.* Vid. Schaefer. ad Gregor. Cor. p. 121. not. 71.

V. 638. Elmsl. et Lent. p. 97. *τοῦδε φιλτ. λ.*

V. 641. Ald. rell. *τι χρῆμ' ἀϋτεῖς; πᾶν -- * Pierson. Veris. p. 181. scribendum monuit *τί χρῆμ' ἀϋτῆς πᾶν--στέγος;* et sic Parr. E. G. Flor. 1. 2. *τί χρῆμα* est *quare*, ut v. 628. 704.

V. 644. Ald. rell. *τὸ σὸν δ' εἰδέναι.* Canter. edidit *τόσον δ' εἰδ.* ex H. Steph. emendatione, qui praeterea *οὖν* vel *ἄρ'* post *δ'* subiici malebat. Canter. coni. *τοσοῦτον δ' εἰδ.* Barnes. ed. *τόσον δέ γ' εἰδ.* Nostrum e Parr. E. G. dedit Musgrav. quibus accedunt Flor. 1. 2. Tum Elmslei. *εἰδέναι σε χρῆν.*

V. 646. Ald. rell. *ἦτ' ἄρ' ἐκ.*

V. 647. Elmslei. *προςθίξει.*

V. 649. Ald. Herv. 1. *μητρέσης* uno vocabulo.

V. 652. *σέ* sc. *ἐβόησα*, quod inest in *βοὴν ἔστησας.* Male Brodaeus *σὺ πρ.* quod receperunt Canter. Barn. Musgr. *πέλας* non cum *τοῦδ'* iungendum, *prope hunc virum*, ut vult Musgr. sed adverbii vice fungitur, *ut ante hoc templum prodires prope ad me accedens.* Vix enim scriptor accuratus *ναοῦ τοῦδε* iuxta se posuerit, ita tamen ut divellerentur, et alterum e *πρόσθε*, alterum e *πέλας* penderet.

V. 653. Edd. *οὐκ ἴσμεν ἡμ. τ.* Recte Hermann. in notis MSS. *οὐκ ᾔσμεν.*

V. 657. *παῖς νῦν ἄπ.* legendum coniicit Elmslei. in Add. quamvis duplicem interrogationem in una verborum comprehensione coniungi non ignorans. Est enim pro *ἀτὰρ τί νῦν ἄπεστι καὶ ποῦ νῦν ἄπ.*

V. 658. Ald. Herv. 1. *τέρψας.* Brodaeus corr. *τέρψαι*, unde sic Herv. 2. et sic Flor. 1. 2. Vict.

V. 660. Notam interrogationis post *μέτεστι δή* delevit Elmslei. probante Herm.

V. 664. Hermann. deleri vult *δ'*, collato v. 711.

V. 667. Malim cum interrogatione haec legi.

V. 668. *τὰ σφάγια τάξων ἑκάς* Ald. Herv. 1. 2. *τάξεων* Herv. 2. rell. Par. E. Flor. 1. 2. *τά* delevit Canter. et in Flor. 2. est ab alia manu. Sed quid hoc sibi velit, quod dicit, victimas iam procul ab ordinibus abductas esse, non intelligo.

V. 669. Ald. *πόσον, τί δ' ἐστ' ἅ.*

V. 672. *εἰκάζομεν* Ald. rell. *ᾐκάζομεν* Par. G. Flor. 1. 2. Vict.

V. 673. Iolao, sq. v. famulo tribuit Ald. rell. Utramque notam omittunt MSS. H. Steph. quos secuti sunt Barnes. et Musgrav. item Flor. 1. 2. Vict.

V. 675. *ταῦτα* Ald. rell. Musgrav. *ταὐτά* Barn. quum iam Portus vertisset *eadem.*

V. 677. Ald. Herv. 1. 2. Brub. Cant. post *σοῦ* distinguunt, Barnes. post *ἥκιστα.* Recte Canter. Nov. lect. VII, 29. omnem interpunctionem sustulit. Recte Hermann. vertit: *minime te decebat stulta loqui.*

V. 678. Par. E. apud Markl. ad Iph. A. 173. *ὡς μὴ μ.* Canter. l. c. *καὶ συμμετασχεῖν.* Portus *καὶ δὴ μετ.* Notam interrogationis deletam in Herv. 2. 3. Brub. Cant. revocavit Barn. denuo delevit Elmslei. sensum esse dicens *καὶ ἥκιστα πρὸς ἐμοῦ ἐστι μὴ μετασχεῖν ἀλκ. μ. φίλοις.* Ego supplendum censeo *καὶ πρὸς ἐμοῦ ἐστι μὴ μετ.* Saepe enim ex iis, quae praecesserunt, contrarium supplendum. Cf. ad Alc. 41.

V. 679. *δρώσης* Ald. et Codd. quod Herv. 1. 2. 3. Brub. in *τρώσης* depravarunt, Portus in *τρώσῃς.* Verum viderunt Canter. Duport. Scal. et ex Ald. revocavit Barn. qui etiam sensum recte declaravit.

V. 680. *θένοιμι* et vs. sq. *θένοις* est a Piersono Veris. p. 191.

V. 684. Edd. et Codd. *ἀλλ' οὖν μαχοῦμ' ἀριθμὸν οὐκ ἐλάσσοσι.* quae lectio recte suspecta fuit Erfurdtio ad Soph. Ai. 190. p. 516. propter diphthongum *αι* elisam, Elmsleio propter omissam particulam *γε*, quae alias post *ἀλλ' οὖν* addi soleat. Itaque uterque scribendum coniecit *ἀλλ' οὖν μαχοῦμαί γ' ἀρ. οὐκ ἐλ.* quod non dubitavi recipere. Elmsleii vero explicatio melior videtur, supplentis *ἢ οἷς ποτε* (i. e. *iuvenis*) *ἐμαχόμην.*

V. 685. Ald. rell. *σκήνωμα προςτίθεις.* *σήκωμα* Par. G. Flor. 1. 2. Vict. De voce vid. Lennep. ad Phalar. p. 187. (206. Lips.) Tum Par. G. *προτίθῃς*, suprascr. ῃ *προτιθείς.* Flor. 1. *προστιθῇς*, 2. *προστίθεις.*

V. 686. Ald. rell. *μή τι μ' ἐρ.* Barn. *μήτοι μ' ἐρ.* et sic Par. G. Flor. 1. 2.

V. 688. Supra *μενοῦντα* in Par. G. Vict. scriptum *μενοῦντος.* Cf. Rhes. 145. Blomfield. tamen ad Aesch. Agam. 1394. se malle *μενοῦντος* dicit etiam post Elmsleii adnotationem. Mox Reisig. comm. crit. in Oed. C. p. 352. scribi iubet *τἀμά σοι λέγειν πάρα. me non mansurum, de me licet profiteri.* cuius constructionis similem aliam nondum inveni. *τἄλλα* significat quae praeterea dicere possit famulus de Iolai imbecillitate.

V. 689. Elmslei. *ὁπλίτης,* quia sic est in Androm. 459. *γοργὸς ὁπλίτης φανείς.* Quid sit *ὁπλίτης ἄτερ τευχέων,* fateor me non intelligere.

V. 691. Flor. 1. 2. *οὖσι* pro *οἷσι,* sed in 2 *οἷσι* supra scriptum al. m.

V. 700. *ἡμετέραν* Par. E. G. Flor. 1. 2. Vict. *ὑμετέραν* Ald.

V. 701. *χρῆν* Elmsl. Recte se habet *χρή.* sperat enim Chorus propter adhortationem suam sententiam mutaturum esse Iolaum: *χρῆν* valet de re facta, quae infecta reddi nequit. — *τὴν ἡλικίαν* Ald. rell. *σήν* Porson. Adv. p. 268.

V. 705. *λείπειν* Elmsl. qui ubique post *μέλλειν* infinitivum praesentis reponendum censet. Tum Flor. 1. 2. *σὺν τέκνοις ἐμοῖς.*

V. 706. Flor. 1. 2. *χρῆν.* Ald. rell. *μέλλειν·* *μέλειν* primus Stiblin.

V. 708. *πᾶσι* Ald. rell. *παισί* Cant. Aem. Portus Scaliger.

V. 714. Flor. 1. *αὐτὸς εἶδεν.*

V. 716. *οὐκ ἐν τοῖσδε* Barn. Musgrav.

V. 717. Ald. rell. *ἀγών.*

V. 718. *μέλλοντος* Ald. Herv. 1. *μέλλοντας* Herv. 2. rell. et sic Flor. 1. 2. Vict.

V. 722. Ald. *ἔνθεν ὀξύην.* *ἔνθες* correxit Canter. et sic Par. E. G. Flor. 1. 2. Vict. *ὀξύην* in *ὀξύνην* depravatum est in Herv. 1 sqq. hinc Canter. fecit *ἀξίνην* contra metrum. *ὀξύην* revocavit Barnes. MSS. Steph. *ἰξύην*, adscripto *ἰγνύην*.

V. 727. Ald. rell. *ληφθείς*. *λειφθείς* est ex emendatione H. Steph. et sic Flor. 1. 2. Vict.

V. 728. *δοκῶ* Ald. rell. Correxit Tyrwhitt. et *δοκῶν* Flor. 1. 2. cum commate post *ἐγώ*. Praeterea Elmslei. in *Mus. crit. Cant. I.* p. 487. *σύ τοι βραδύνεις, οὐκ ἐγώ*, nescio qua de causa.

V. 729. Scribendum videtur *οὔκουν*, *nonne igitur* -- ut Brunck. edidit in simili loco Aristoph. Plut. 257. *οὔκουν ὁρᾷς ὁρμωμένους ἡμᾶς πάλαι προθύμως, ὡς εἰκός ἐστιν, ἀσθενεῖς γέροντας ἄνδρας ἤδη;* pro *οὐκοῦν* - - *ἤδη*. quem comparat Bergler. Lenting. p. 97. confert Ter. Eun. V, 3. Chr. *move vero ocius te, nutrix.* Nutr. *moveo.* Chr. *video, sed nil promoves.*

V. 731. Ald. rell. *σὺ ταῦτα λέξεις.* *οὐ* pro *σύ* Reisk. et Heath. hic etiam *ταὐτά*.

V. 733. Elmsl. *θείνοντα, θενόντα*, ut scribendum coniecerat in *Edinburg. rev.* 18. p. 484. sententiae minus convenire monens. *θενών* autem et *θενεῖν* aoristi secundi esse monuit supra ad v. 272. Cf. Blomfield. ad Aesch. S. c. Th. 378.

V. 734. Ald. rell. *ἤδη ποθ' ἥξομέν γε.* *εἰ δή* pro *ἤδη* Scalig. Tyrwh. Heath. et sic Vict.

V. 738. *οἷος* pro *ὥστε*, ut saepe. vid. exempla citata Gramm. gr. §. 479. not. 2. Sed et hoc singulare, quod optativus cum *ἄν* sequitur, non infinitivus, et quod verbum non ad eamdem personam refertur, ad quam praecedens, *εἴθε γένοιο, οἷος ἄν* - - *θείην*. Videntur duae constructiones in unam conflatae esse, *εἴθε γένοιό μοι τοιοῦτος σύμμαχος, οἷον ἡβήσαντά σε μεμνήμεθ' ἡμεῖς*, et *εἴθε τροπὴν Εὐρυσθέως θείην*, hoc deinde ad *τοιοῦτος* relatum.

V. 753. Sequentium responsionem antistrophicam primus indicavit Canter.

V. 745. Elmslei. post Musgrav. *φαεσιμβρότου*, quia

Homericum *φαεσιμβρότου ἠελίοιο* manifeste respexerit poëta. Propter hoc ipsum minus probabile est librarios Homericam locutionem in reconditiorem mutasse. Itaque idem V. D. ad Bacch. 121. iure veretur, ut Aldinam scripturam recte immutarit.

V. 746. Ald. Herv. 1. *ἐνέγκατ'*. Herv. 2. rell. *ἐνέγκατε*, ut dactylus responderet spondeo in antistr. Hermann. in notis MSS. *ἐνέγκαιτ'*, quod probare videtur in elem. doctr. m. p. 540.

V. 747. Ald. rell. *ἰαχήσατε.*

V. 749. Ald. rell. *γλαυκᾷ τ' ἐν Ἀθάνᾳ.* Recepi emendationem Schaeferi ad Greg. Cor. p. 46. quam olim Hermann. etiam probabat. Nunc vero scribendum coniicit: *ὅς παρὰ θρόνον ἀρχέταν γλαυκᾷ τ' ἐν Ἀθάνᾳ μέλλει τᾶς πατρ. γᾶς, μέλλει περὶ δωμάτων*, eum, qui secundum Iovis voluntatem, et favente Minerva, supplex receptus, de patria et domo dimicaturus est. Vid. ad Soph. Antig. 24.

V. 752. *ὑποδεχθείς* pro *ὑποδεξάμενος*, comparato *χρησθείς* pro *χρησάμενος* ap. Soph. Ant. 24. illustrat Reisig. comm. exeg. in Oed. C. 1421. Adde *ἐτεκνώθη* Phoen. 868. pro *ἐτεκνώσατο*. Sq. v. *τέμνειν κίνδυνον* non videtur esse *subire periculum*, sed *propulsare*, propter *σιδάρῳ* ita dictum.

V. 756. Ald. rell. et Codd. *πολυαινέτου* Canter. Barn. Musgr. *πολυαίνετον*, e Brodaei emendatione, ut suspicatur Elmslei.

V. 757. Ald. rell. et Codd. *ἐμὲ χθονί*. H. Steph. coni. *ἐμῇ χθονί*. Canter. *ἐμᾷ χθονί*. *μῆνιν κεύθειν* cum *σκαιοσύναν φυλάσσων* Soph. Oed. C. 1213. comparat Reisig. comm. exeg. in Oed. C. 1209. Vid. Elmslei. ad h. l.

V. 760. Legebatur *καὶ λεύσιμον Ἄργος*. Pro *Ἄργος* vet. cod. H. Steph. *ἄλγος*. *κελεύσμασιν Ἄργους* Musgrav. post Reiskium, quod firmari censet scriptura Par. E. *κελεύσιμον Ἄ.* Vulgata orta videtur e v. 60. *ἐς Ἄργος, οὗ σε λεύσιμος μένει δίκη.* Herm. coni. *κελεύσιμον Ἄργος*, *imperandi licentiam habens Argos malum est.*

V. 764. Ald. rell. *ἥσσονές ποτ' ἂν εἴτ' ἐμοῦ φανοῦνται.* Coniecturam H. Steph. et Scaligeri *οὔτ' ἐμοῦ* confirmant Flor. 1. Vict. e quibus ille *ἧσσον οὔτ' ἐμοῦ φα-*

νοῦνται. Idem fuerat in Flor. 2. sed recentior manus scripsit quod editum est. Sed in sensu haereo. *Dii* (quod ipsum omitti durum est) *non inferiores apparebunt mortalibus*, quid sit, perspicuum est; sed quorsum additum *neque me inferiores sunt?* Nec iniuria Elmslei. in repetito ποτε haeret. ἄν futuro indicativi addatur, nec ne, quaeritur: nostrates concedunt: vid. Heind. ad Phaedon. §. 13. p. 22. Schaef. ad Greg. p. 66. cf. Gramm. gr. §. 598. d. Angli negant, in epico tamen et lyrico sermone, ni fallor, tolerantes. Erfurdt. l. supra ad v. 353. indicato ἥσσονές ποτ᾽ ἄνευ γ᾽ ἐμοῦ φανοῦνται, *nunquam mortalibus inferiores erunt, nisi ego quoque vincar.* Reisig. de ἄν partic. p. 101. et in syntagm. crit. p. 43. οὔποτε θνατῶν ἥσσονές ποτ᾽ ἄν ἔκ γ᾽ ἐμοῦ φανοῦνται. Herm. in notis MSS. ἥσσονες ποτ᾽ ἄν, εἰ θεοὶ φανοῦνται, i. e. οὔποτ᾽ ἄν ἥσσονες εἴησαν θεοὶ, εἰ φανοῦνται. ἔν γ᾽ ἐμοί Lenting. p. 97. Reiskio sublegit.

V. 765. Elmsl. τὸ γὰρ οὖδας ob metrum e Musgrav. coniectura.

V. 766. σόν. Similiter vocabulum, in quo vis est, repetitur Rhes. 575. θρασὺς γὰρ Ἕκτωρ νῦν, ἐπεὶ κρατεῖ, θρασύς. Cf. Bacch. 921. ubi vid. Elmsl. v. 961.

V. 768 sq. Ald. πόρευσον, ἀλλὰ τὸν οὐ δικαίως. τὰ δ᾽ ἐπάγοντα δορύσσοντα στρ. Ἀργ. Pro ἀλλά Cant. ἄλλῃ, Scal. Barn. ἄλλᾳ. τᾷδ᾽ ἐπάγοντα Herv. 2. rell. Neque ad ἄλλᾳ (sic Musgr.) neque ad τᾷδ᾽ quicquam enotatum e Florr. ut hi ἄλλᾳ et τᾷδ᾽ habere videantur. δορύσσοντα Brunck. ad Soph. Ai. 1188. Erfurdt. ib. 1177. p. 636. Hermann. ib. 1167. contra Musgravium satis defenderunt.

V. 772. Ald. Herv. 1. ἀλλ᾽ ἐπεὶ σοὶ πολ. Herv. 2. ἀλλ᾽ ἐπεὶ σοι. Brub. Herv. 3. Stiblin. ἀλλ᾽ ἐπεί σοι. Canter. ἀλλ᾽ ἐπί σοι. Flor. 1. ἀλλ᾽ ἐπὶ σόν. Certe, quum in Musgrav. sit ἐπί, e Florr. nihil annotatum. Quum metra non aequentur, Hermann. pro πολύθυτος scripsit πολύθοινος, servans ἐπεί σοι, ego ἐςαεί.

V. 773. Par. E. κρίνεται. Tum Ald. rell. οὐδὲ κεύθει. Par. E. Flor. 1. 2. οὐδὲ λήθει, quod receptum damnat Musgrav. in Suppl. κεύθει Elmslei. quoque retinet, explicans *neque latet*, i. e. *neque celebratione carent.* quo sensu dubito, an κεύθειν sumi possit.

V. 775. Elmslei. νέων e Barnesii coniectura, non tam ob metrum, quam propter sensum; et Flor. 1. 2. νεῶν i. e. ναῶν. Sed quidni ναῶν ἀοιδαί esse possint solemnes cantus in templis instituti.

V. 776. Ald. rell. ἀνεμόεντι δέ γ᾽ ἐπ᾽ ὄχθῳ. Recepi egregiam Hermanni in not. MSS. et Erfurdtii ad Soph. Ai. 1177. emendationem, probatam etiam Reisigio comm. crit. p. 380. Nunc tamen Herm. mavult scribere ἀνεμόεντι δ᾽ ἐπ᾽ ὄχθῳ τῷδ᾽.

V. 780. Flor. 1. ἐμοί γε. Tum Elmslei. τούςδε „pro frigido illo τῷδε." Elegans est Iacobsii coniectura Em. in Eurip. p. 128. λέγειν τε τῷδε, quod non multum abest, quin pro vero habeam. Ad τῷδε adscriptum ἐμοί.

V. 783. διήλασεν quid sit, non facile dicas. Reisk. διήνυσεν, quod probat Hermann. in not. MSS. Diversum est et vix aptum sententiae, quod Elmsl. legendum coniecit διήγαγεν, de quo vid. ad Androm. 27. διήνυσεν eodem sensu, quo διήγαγεν apud Soph. usurpatur Or. 1658. cum participio iunctum; sed ubi significat *perfecit*, infinitivus sequi debet. Sed fortasse simili significatione h. l. διελαύνειν positum est, ut ἐλαύνειν τινὰ εἰς συμφοράν, Λοξίας δὲ τὴν τύχην ἐς τοῦτ᾽ ἐλαύνει Ion. 68. Sic h. l. ἥδε ἡμέρα διήλασέ σε ἐς τοῦτο, ὥςτε ἠλευθερῶσθαι.

η σθαι
V. 784. Flor. 2. Vict. ἐλευθερῶσαι. — Idem mox ἀγάλμασι. ἀγγέλμασιν Flor. 1.

V. 788. Placet Elmsleii correctio: ὁ μὲν γέρων οὖν ἔστιν Ἰόλεως ἔτι; Nam *Senex quidem Iolaus non hic adest* vertere non licet propter id, quod respondet famulus. Blomfield. in *Quart. rev.* 18. ὁ μὲν γέρων οὖν Ἰόλεως οὐκ ἔστι δή, ut Orest. 1069. 1074. quod vix verum ob δή, quo sequens versus finitur.

V. 789. πράξας γ᾽ Elmsl. recte. Tum Flor. 1. 2. Vict. μάλιστα δή.

V. 794. Elmsl. σημανεῖ.

V. 796. Elmsl. ἐκτείνοντας, ad ὁπλίτην στρατόν relatum. Sic scribere potuisse Euripidem nemo negabit, scripsisse nihil est quod credere cogat.

V. 800. Ald. rell. ἥκεις ἐπὶ τήνδε γαῖαν, οὐκ εἶα σὰ μὲν Καὶ τάς Μυκ. Pro οὐκ εἶα σὰ μέν Vict. οὐχὶ τὰ σά.

εἰάσαμεν coni. Elmsl. Recepi Hermanni emendationem in notis MSS. mecum communicatam, sed, quum ille verterit, *quoniam hanc civitatem prohibemus*, i. e. *nolumus affligi*, ego, sic dici non posse censens, cum Heathio et Elmsleio unum versum vel duo excidisse puto.

V. 803. μάχῃ Ald. rell. μάχην Reisk. et Valcken. ad Phoen. 1235. quod probat etiam Schaefer. ad Lamb. Bos. p. 266.

V. 805. πατρῴας Flor. 1.

V. 808. λόγῳ Ald. Herv. 1. λόγω Flor. 1. 2. λόγων Herv. 2 sqq. et sic MSS. Steph.

V. 809. Ald. rell. αὐτὸς αὐτοῦ. Barnes. αὑτοῦ. Vid Addend. ad Iphig. A. p. 368.

V. 815. Flor. 1. ἔγνωσαν ἐντελουμένας.

V. 819. Elmsl. πλευροῖς. Vid. ad Iph. T. 288.

V. 820. Flor. 1. παρήγγελλ᾽.

V. 823. Ald. Herv. 1. ὅδ᾽ αὐτὸ τἄργος. Herv. 2. Brub. ὅδ᾽ αὖ τὸ τἄργος. Canter. ὅδ᾽ αὖ τότ᾽ Ἄργος. Tandem Commelin. ὃ δ᾽ αὖ τό, τ᾽ Ἄργος. Tum Elmslei. μὴ καταισχῦναι θέλειν, quia alioqui dici deberet οὐ κατ. θέλων, quod ita tantum verum est, si negationem cum participio iungere oportet, οὐ θέλων καταισχῦναι. sin cum infinitivo recte se habet μή, θέλων μὴ καταισχῦναι.

V. 828. Ald. rell. πόσον τινὰ τιναγμόν. Par. E. sec. Elmsl. ad Med. 569. πόσον τιναγμόν. πόσον τινὰ στεναγμόν ex emendatione H. Steph. edidit Canter. et sic Par. G. Rom. C. sec. Elmsl. l. c. Flor. 1. 2. Vict.

V. 829. Legebatur μὲν νῦν. Elmsl. μέν νυν, ut emend. Schaefer. ad Soph. Ai. 1129. Cf. Reisig. comm. crit. in Oed. C. v. 96.

V. 831. πoὺς ἐπαλλαχθεὶς ποδί est id, quod Tyrtaeus dicit ap. Stob. I. p. 191. καὶ πόδα πὰρ ποδὶ θείς.

V. 832. μάχῃ Elmslei. quasi καρτερεῖν esset καρτερὸν εἶναι. Dele comma post στάς.

V. 833. Genitivum τοῦ κελεύσματος (κελεύματος vitium ed. Commelinianae in Musgrav. propagatum est). nemo interpretum explicavit; nec ego, quid eo faciam, habeo, nisi forte insolentem ellipsin comminisci velis; ἦν δὲ πάντα μεστὰ τοῦ κελ. Potest etiam versus excidisse hoc fere sensu: ἅπαντα μεστά, καὶ παρήγγελλον λόχοις. Hermann. in notis MSS. coni. ἦν γε τἀγκελεύσματα.

V. 834. Vict. Ἀργεῖον.

V. 837. Ald. rell. Ἀργείων contra metrum. Ἀργεῖον duo Florr. ut edidit Canter. Tum Flor. 1. ἐτρεψάμεθ᾽. 2. ἐθρεψάμεθ᾽.

V. 843. λέγοι μὲν ἄλλος Ald. rell. et Codd. λέγοιμ᾽ ἂν ἄλλου Valck. ad Phoen. 826. λέγοιμ᾽ ἂν ἄλλων Elmsl. et quia alibi est pluralis, ut Aesch. Pers. 266. Eur. Troad. 481. et quia terminationes -ος et -ων saepius inter se permutantur.

V. 844. γάρ om. Flor. 1.

V. 849. ὑπὸ ζυγοῖς Ald. rell. et Codd. ἐπὶ ζυγοῖς Reisk. et Musgrav.

V. 850. σταθέντες Flor. 1. 2.

V. 851. παῖδά γ᾽ οἱ Ald. et Codd. παῖδά θ᾽ Reisk. παῖδά σ᾽ vitium ed. Commel. in Musgrav. manavit.

V. 852. Ald. rell. ἐκδὺς αἰθρίου. Correxit Musgr.

V. 854. πόλεως Ald. Herv. 1. Ἰόλεως e Brodaei emendatione Herv. 2. rell. In Vict. annotatum: ἴσ. Ἰόλεως.

V. 858. Ald. rell. πάροιθεν· τῇ δὲ νῦν τύχῃ. Reisk. πάροιθεν· ἡ δὲ νῦν τύχη, eleganter. Sed multo leniore medicina Elmslei. πάροιθε· τῇ δὲ νῦν τύχῃ. ut est in Florr. duobus.

V. 871. Ald. rell. ἐμβατεύσεσθε. Musgr. ἐμβατεύσετε e Par. G. Sic etiam Flor. 1. 2. Vict. et teste Elmsleio ad Med. 93. not. h. Par. E. Rom. C.

V. 872. θήσετ᾽ Flor. 1. pro θύσεθ᾽.

V. 878. Flor. 1. εὖ νιν.

V. 879. κρατοῦντα recte explicare videtur Hermannus in notis MSS. ut videas dominantem, et tuae dominationi subiectum, i. e. ut antea dominantem, sic nunc tuae potestati traditum. Ita malim: ὥς νιν ὀφθαλμοῖς ἴδοις Κρατοῦντα δή, σῇ δ. χ.

V. 881. ἀνάγκῃ Elmsl.

V. 883. μέμνησό μου Ald. rell. μέμνησό μοι Reisk. μέμνησ᾽ ὁμοῦ Porson. Adv. p. 274. quod recepit Elmsl.

V. 885. ἐλευθερώσειν Porson. l. c. Elmslei. praeter necessitatem.

V. 888. Ald. rell. ἐνὶ δαί. Canteri emendationem ἐνὶ δαιτί recepit Barnes. ἐνὶ γε δαιτί absurdum est. Sed quum rarissimum apud Tragicos sit ἐνί, Elmslei. coni. ἐπὶ δαιτί. Sic Med. 196. ἐπὶ θαλίαις, ἐπί τ' εἰλαπίναις. Herm. ἔνι τε δαῖτες, i. e. ἔνεστι, et hoc pro ἔνεισι.

V. 889. Elmsl. εἴη τ', commate post δαιτί posito quia particulae μέν respondeat δέ v. 890. Recte, quod ἐμοὶ χορὸς μὲν ἡδύς - -, τερπνὸν δέ τι sibi respondere dicit. Sed idcirco δέ quod praecedit, non mutandum. Quod vero ad ἐμοὶ χορὸς μὲν ἡδύς, supplendum esse dicit εἴη, falsum puto. *Iucundae sunt choreae, iucundus amor; sed iucundum etiam amicorum felicitatem videre.* Ita ἐστί accommodatius.

V. 894. τελεσσιδώτειρ' Ald. rell. τελεσιδώτειρ' Paris. E. G. Flor. 1. 2. Quum ω in hac voce analogiae repugnare videretur, Blomfield. in *Quart. rev.* scribi iubet τελεσσιδότειρ', quocum consentire videtur Hermann. in nota editioni Elmsl. Lips. subiecta. Non dissimile est ὀλβιοδώτης, de quo vid. ad Hipp. 745. Nec miraculo est, inquit Lobeck. ad Phryn. p. 770. ex totius generis ambiguitate, δόσις, δωτύς, δοτήρ, δωτήρ etiam illuc aliquantulum transfluxisse. Nunc Herm. scribit τελεσσιδώτωρ.

V. 895. αἰών videtur esse *vita hominis*, notione diuturnitatis adiuncta, quo sensu Pindarus voce saepius utitur, etiam Aeschyl. Agam. 238. Blomf. Pro Κρόνου Vict. χρόνου.

V. 896. ὁδὸν - δίκαιον. Vid. ad Iph. T. 1169. ὁδὸς δικαία eodem sensu dictum est, quo toties apud Pind. ὁδοὶ εὐθεῖαι, σκολιαί. Sed Herm. interpungit: ἔχεις ὁδόν τιν', ὦ πόλις (δίκαιον | οὐ χρή ποτε τόδ' ἀφελέσθαι.) δίκαιον τόδε, hoc institutum.

V. 897. Elmslei. metri causa scribendum censet οὐ χρή ποτέ σ' ἀφελ. et τόδ' deest in Flor. 1. In 2 fuerat τοῦδε, sed deletum. Hermann. in not. MSS. οὐ χρὴ τόδε γ' ἀφελέσθαι. Et mihi τόδε ad sensum necessarium videtur. Haec verba διὰ μέσου posita sibi videri, Musgrav. vertendo significavit. Haud dubie sic procedere debebat oratio: ἔχεις ὁδόν τιν', ὦ πόλις, δικαίαν, τὸ τιμᾶν θεούς. sed qui meminerit Graecos saepissime ex enunciatione secundaria nectere, quae ad primariam pertinebant, τιμᾶν θεούς potius cum τόδε iunget.

V. 898. ὁ δὲ μή σε φάσκων Flor. 1. 2. Vict. quod probat Elmslei. in Mus. crit. VI. p. 304. Vulgo deest σε. Herm. coni. ὁ δὲ μή γε φάσκων, qui etiam neget.

V. 899. Elmslei. μανιᾶν.

V. 903. 4. λύπης ἀφαίρει Iph. A. 1585. vituperavi. Huius loci alia ratio est adiecto αἰεί. Non uno impetu superbiam deprimit deus, sed diversis temporibus.

V. 906. θεὸς γ. Ald. rell. τε.ς γ. MSS. Steph. Flor. 1. 2. Idem supra scriptum habent Pariss. E. G.

V. 907. Elmsl. φεύγω λόγον. Mihi verba ὡς τὸν ᾅδα δόμον κατέβα subiecti, quod vocant, vicem sustinere videtur pro τὸ αὐτὸν καταβῆναι λόγον φεύγει i. e. λόγον οὐκ ἔχει.

V. 909. Ald. rell. δαϊσθείς. Cum Elmsl. et Herm. scripsi δαισθείς a δαίνυμαι.

V. 910. ἐραστόν Flor. 1. 2. Vict. — χροΐζει. vid. Valcken. ad Phoen. 1619. Herm. ita hos versus distinguit, ut λέχος ad sq. v. referatur.

V. 913. Elmsl. ἀξίωσας, nefas fortasse putans in lyrico carmine Dorismum non ubique servari.

V. 914. συμφέρεται τὰ πολλὰ πολλοῖς dictum accipio pro πολλὰ πολλοῖς συμφέρεται τὰ πολλά, *multa multis plerumque congruunt, similia accidunt.* ut sit sententia generalis. Aliter illud τὰ πολλά explicare non possum. Hermann. ita explicat: Congruunt, quae multa sunt, multis, i. e. haec multa (Herculis honor) convenit multis eius liberis et utilis est.

V. 918. Ald. rell. ἔσωσ' ἐκείνας. Vict. ἔσωσε κείνας.

V. 919. ἔσχε δ' ὕβρεις Ald. rell. ἔσχεν δ' ὕβριν ob metrum Heath. et Musgrav. Elmsl. autem legere malit ἔσχεν δ' ὕβρις ἀνδρός, *cessavit*, quo tamen sensu usurpatum ἔχειν neque ipse aliis exemplis comprobavit, neque ego probari posse puto. Quum scriptum esset ἔσχε δ', metricus aliquis, quum scribere deberet ἔσχεν, ὕβριν

in ὕβρεις mutasse videtur, ut spondeo et anapaesto, Ἥβας τ' ἐρατόν, responderet dactylus et spondeus.

V. 920. πρὸς δίκας Flor. 1. pro πρὸ δίκας, quod Blomfield. in *Quart. rev.* explicat, *cui irae explendae facultas pluris erat, quam iustitia,* ut apud Plat. Crit. 16. (p. 543.) μήτε παῖδας περὶ πλείονος ποιοῦ, μήτε τὸ ζῆν μήτ' ἄλλο μηδὲν πρὸ τοῦ δικαίου. Hic si sensus est, pro βιαίως, pro quo in Par. G. est βίαιον, cum Musgravio legere malim βίαιος. Hermann. in not. MSS. ἔσχεν δ' ὕβριν ἀνδρὸς, ὡς θυ | μὸς ἦν πρὸ δίκας βίαιος. in quo illa ὡς θυ | μὸς ἦν, languere mihi videntur.

V. 925. Ald. rell. τῶνδε τ' οὐχ ἥ. Ex emendatione Canteri nov. lect. VII, 29. τῷδέ τ' edidit Barnes.

V. 926. Lenting. p. 97. τόθ', ad quod referatur ὅθ' v. sq.

V. 927. Ald. rell. πολυπόνων σὺν ἀσπίσιν. Hermann. πολυπόνῳ σὺν ἀσπίδι. ἀσπίδα, ubi *exercitum* significet, singulare fere adhiberi, ostendit Elmslei. πολύπονος ἀσπὶς autem *ad labores pugnae tolerandos aptum.*

V. 928. μείζω τῆς δίκης, quod hic non male legi posse dicit Elmsl. est in Flor. 1. 2. Vict. Sed vulgatam praefero.

V. 930. Ald. rell. καὶ μετέστησε τύχας. τύχαν MSS. Steph. τύχη Flor. 1. τύχην Par. E. G. Flor. 2. Vict. *et sortem eius immutavit.* τύχας ob βρέτας v. sq. τύχαν ob ἐναντίαν v. 929. scriptum videtur.

V. 932. Elmsl. ἵστασαν, quod tempus mihi non magis convenire videtur, quam *statuebant* tropaeum pro *statuerunt.* ἕστασαν significatione activa apud Homerum frequens est v. c. Il. μ', 56. Od. γ', 182. θ', 435. σ', 307. apud Tragicos hoc solo loco legitur. Sunt vero in hoc carmine plura ex antiquo sermone servata, etsi non tam multa, quam in Rheso, v. c. infra τίουσα v. 1008.

V. 936. rectius sine interrogatione legi censet Elmsl.

V. 938. ἐναντίους Ald. rell. ἐναντίον Elmslei. Herm.

V. 941. τὸν ὄνθ' ὅπου 'στι νῦν non est, ut Elmslei. explicat, τὸν οὐκέτ' ὄντα νῦν, sed τὸν ὅπου δήποτε νῦν ὄντα, *filium meum ubicunque nunc sit.* Quod qui dicit, hoc ipso significat, cum abesse, et fortasse mortuum esse. Hinc Alc. 1102. post verba κείνην, ὅπου πέρ ἐστι (ubi tandem sit), τιμᾶσθαι χρεών, Admetus v. 1106. subiicere potuit, θάνοιμ' ἐκείνην, καίπερ οὐκ οὖσαν, προδούς. ubi non idem significant verba ὅπου πέρ ἐστι et καίπερ οὐκ οὖσαν, sed hoc ex illo sequitur. Nostra locutio comparari potest cum illis ἔπλευσ' ὅπως ἔπλευσα Orest. 79. ubi vid. not.

V. 943. ἐφυβρίσαι hic etiam Ald. rell. καθυβρίσαι Par. G. Flor. 1. 2. Vict.

V. 944. παρ' ᾅδη Flor. 1. 2. Vict.

V. 954. χρὴ γὰρ Ald. rell. At non agitur de eo, quod fieri etiamnum debet, sed de eo, quod faciendum erat, et quo dignus erat Eurystheus. Itaque recte Elmsl. post Reiskium χρῆν.

V. 956 sqq. Quae hic Nuntio tribuuntur, in Ald. rell. Chori sunt, quae Alcmenae, Nuntii, praeter quam v. 968. 970. ubi Ald. etiam Ἀλκ. Pro Ἀγγ. scribendum esse Ἀλκμ. vidit Barnes. pro Choro Nuntium substituit Tyrwhitt.

V. 956. Elmslei. οὐκ ἔστιν ὅσιον, qua de causa, nescio.

V. 957. Recte interrogandi notam in fine versus delevit Elmslei.

V. 960. τοῖσι δ' Ald. rell. τοῖσιδ' iam Barnes. τοισίδ' Elmsl. qui etiam interpunxit: τί δὴ τόδ'; ἐχθρ.

V. 962. δόξαν θ' Ald. Correxit Stiblin.

V. 963. Notam interrogationis addidit Barnes. Sed adversatur οἶμαι, quod sic in interrogatione poni non solet. In ironia solenne οἶμαι explicavit Elmslei. ad v. 512.

V. 964. Ald. μήδ' ὁρᾶν φάος ἔτι. Barn. μήδ' ὁρᾶν φάος τότε (voluit τόδε) Musgrav. μηδὲ φάος ὁρᾶν ἔτι. Erfurdt. ap. Herm. in not. MSS. μήδ' ἔτ' εἰσορᾶν φάος, ut Alc. 18. Herm. μήδ' ὁρᾶν φάος γ' ἔτι. Mihi verum vidisse videtur Barnesius, quem secutus est etiam Elmslei. et Lenting. p. 97. φάος τόδε in fine trimetri est Hipp. 904. 990. Alc. 1149. ἔτι adscriptum videtur ab aliquo, qui sensum postulare videret *Oportebat Eurystheum* non amplius *vivere.*

V. 965. Dele comma post πρῶτον. Sensus videtur esse: tunc primum iniuria facta est Eurystheo, quod vivus captus est in acie, non statim occisus. Nam ignominiosum est vivum capi. Igitur satis iam poenas dedisse Eur. monet Nuntius, ut non conveniat nunc eum interfici. Sed Hermann. Hic versus, inquit, iratam Alcmenam, non nuncium meliora suadentem, decet. Quare locum commutare debet cum sq. v., qui cum interrogatione prolatus nuntio aptissimus est, et omnino ibi, ubi dixi, positus facit, ut nexus colloquii restituatur.

V. 968. Ald. rell. ἔγωγε καὶ τί φημὶ κἂν μεῖναι τινά. Correxit Tyrwhitt. Hermann. autem malit ἔγωγε· καὶ γάρ φημι κἄμ' εἶναι τινά. Nam καίτοι ferri non posse.

V. 973. ὅςτις ἂν θέλοι Ald. rell. θέλῃ Flor. 1. 2. Reisig. de usu partic. ἄν p. 111. scribit: ὅςτις ἂν θέλοι. alioqui sequi debere λεξάτω, non λέξει. quod equidem non intelligo. Coniunctivum Elmslei. etiam reposuit.

V. 974. Flor. καὶ νῦν φρ.

V. 976. Musgrav. δεινόν τι κἀσύγγνωστον, quod probat Hermann. Equidem non intelligo, quomodo ἀσύγγνωστον dici possit Alcmenae, quod cum nuntio rixetur. Contra quae quis animi affectu abreptus facit συγγνωστά dicuntur, ut Androm. 937. Bacch. 992.

V. 978. Ald. rell. θωπευσαντά σε. Canter. Barn. Musgrav. θωπεύσοντά σε, et sic Flor. 2.

V. 979. ἐμῆς, quod exciderat in Herv. 1. ex Ald. restituit Barn.

V. 980. ὀφλεῖν recte Elmslei.

V. 982. ἤδη γε Ald. rell. ἥδη γε a Schaefero correctum (sic etiam Lenting. p. 97.) memorat Hermann. in not. MSS. ipse malit ἥδη δέ. Elmslei. οὐ δῆτα, σοὶ μέν.

V. 983. Ald. rell. Ἡρακλέϊ, quam formam Atticis recte abiudicare videtur Porson. ad Med. 675.

V. 989. συνθακῶν, ut scripsit Elmslei. pro συνθακών, est in Vict.

V. 990. δηώσας Ald. rell. διώσας coni. Erfurdt. apud Herm. not. MSS. et Seidler. de vers. dochm. p. 102. et sic Flor. 1. 2. Vict.

V. 994. ἀκούσεται τά γ' ἐσθλά e Canteri emendatione edidit Musgrav. τά deest in Ald. absorptum a praecedente ται.

V. 996. πρὸ τῶνδε Flor. 1.

V. 999. Ald. rell. τἀμὰ γίγνετ' ἀσφ. Emendavit Musgrav. probante Erfurdtio ad Soph. Ai. 190. Flor. 1. τὰ μὲν γένετ' ἀσφ.

V. 1000. οὐκοῦν sine nota interrogationis Ald. Herv. 1. 2. Brub. Hanc notam primus addidit Canter. puncto post κακοῖσιν relicto, quod Barnes. in comma mutavit. Οὔκουν Musgrav. Notam interrogationis reprehendit Elmslei. Esse enim ironiam. Tum scribendum Ουκοῦν vel Οὐκ οὖν cum Elmsleio. Tum recte Reiskius σύ γ' ἂν λαβοῦσα. ut edidit Elmslei. prob. Herm. nam ἀναλαμβάνειν est vel *recuperare* vel *reparare*.

V. 1001. δυςγενῆ Ald. rell. δυςμενῆ MSS. Steph. quod receperunt Canter. Barnes. Musgr. Elmsl. Aristoph. Vesp. 1155. ἐγὼ γὰρ ἂν τλαίην ὑποδύσασθαί ποτε Ἐχθρῶν παρ' ἀνδρῶν δυςμενῆ καττύματα comparat Bergler. ad eum l.

V. 1005. Verba τοῖσιν Ἑλλ. νόμοις recte cum sqq. coniungit Elmslei. post Heath. et Musgrav. Quod idem coniicit propter verba πόλις τ' ἀφῆκε v. 1007. legendum esse vel τοῖσί θ' Ἑλλ. νόμοις vel sq. v. οὔθ' ἁγνός εἰμι, equidem minus necessarium esse puto.

V. 1006. κατθανεῖν Elmslei. propter Soph. Oed. C. 37. ἔχεις γὰρ χῶρον οὐχ ἁγνὸν πατεῖν. Qui οὐχ ἁγνός εἰμι κατθανεῖν dicit, significat τὸ κατθανεῖν praecedenti verbo tanquam causa aliqua, effici, ubi etiam ὥςτε κατθανεῖν dici posset; qui κατθανών, verbum ἁγνός absoluto, ut ita dicam, sensu accipit, et idem discrimen est inter utramque vocem, quod inter ξύμφορόν ἐστι ταῦτα πραχθῆναι, et ξύμφορά ἐστι ταῦτα πραχθέντα et alia, quae attuli Gramm. gr. §. 550. not. 4.

V. 1009. πρὸς ἅ γ' εἶπας. Anapaestus tribus vocibus inclusus sine exemplo est in antiqua tragoedia. Itaque πρός delendum monuit Hermann. Praef. Bacch. p. XLIII. cui se non multum repugnare fatetur Elmsl. ipse tamen edidit προςεῖπας, ἀντήκουσας, quod mihi sophista aliquo seriorum temporum, Alciphrone, Longo, aliis, dignum videtur. ἅ γ' εἶπας non ipsa verba, quibus usa erat Alcmena, significat, sed universam eius sententiam verbis

expressam, seu summam orationis, quae in conviciis ingerendis Eurystheo posita erat. Haec igitur convicia vicissim in Alcmenam confert Eurystheus. — Sequentium hic sensus mihi esse videtur; *ex his* quae vicissim in te congessi, *me et supplicem*, qui mortem deprecetur, *et fortem*, qui mortem contemnat, *dicere licet*. καλεῖν τὸν προςτρόπαιον, ut supra 973. πρὸς ταῦτα τὴν θρασεῖαν λέξει. Cf. ad Iph. A. 1333. Gramm. gr. §. 266. extr.

V. 1011. ἔχεις Flor. 1. 2. Vict.

V. 1012. Ald. rell. ἀχθοίην, ad quod corrigendum H. Stephani MSS. opus fuit. ἀχθοίμην etiam duo Florr. Vict.

1013. Χο. ἢ Ἄγγ. praefigit Par. E. Vict. μικρόν Ald. rell. σμικρόν Flor. 1. 2. Elmslei.

V. 1015. Ald. rell. τί δ' ἂν θάνητε. θάνῃ τε primus Portus, et sic Vict. Florr. θάνῃ τε Stibl. ἢν pro ἂν scripsit Elmsl. et πιθώμεθα quamvis, τὸ πείθεσθαι actionem continentem significet, non certo temporis articulo inclusam, ut τὸ θανεῖν.

V. 1017. Flor. 1. κἀγὼ διδ.

V. 1019. τὸ γὰρ σῶμ' non habeo pro accusativo absoluto quem vocant, sed iungo τὸ γὰρ σῶμα διδόναι οὐκ ἀπιστήσω πόλει, ut πείθεσθαί τι τινί dicitur.

V. 1021. Ald. rell. τήνδε δή πτ. Elmsl. τήνδε δὲ πτόλιν.

V. 1102. Ald. rell. *συμφορὰν ἕξεις τίνα; λέξεις* Brodaeus, Canter. Scal. Reisk. Musgr. *ἕξεις* defendit Herm. loco Ion. 1334. (nam cetera aliena) Schaefer. melet. p. 86, 30. loco Soph. El. 1359 sq. At si *ἔχειν* h. l. est *nuntiare*, dixisset, puto, *ἔχεις*, non *ἕξεις.* nam *ἔχειν* non tam est *nuntiare*, quam *nuntiare posse.*

V. 1105. Flor. 1. 2. *σπεύσας* pro *ἔσπευσας.*

V. 1112. *στεναγμῶν νέφος.* Wakefield. comparat Med. 127. *νέφος οἰμωγῆς.* Pind. Nem. 9, 89. *νεφέλαν φόνου.*

V. 1114. *ἦ βάκχευσ' ἐμόν;* Ald. rell. et Codd. Recepi Heathii emendationem. Hermann. coni. *ἦ γὰρ ξυνήραξ' οἶκον ἐκβάκχευμ' ἐμόν;* Vox *ἐκβάκχευμα* nulla adhuc auctoritate munita est, sed in vulgata vestigia esse censet vocabuli *ἡ βάκχευσις*, et hanc interpretationem esse voc. *ἐκβάκχευμα.*

V. 1115. *δυςτυχεῖ* Ald. Herv. 1. Brub. *δυςτυχῆ* Herv. 2. Canter. rell. et sic Flor. 1. 2. Vict.

V. 1118. Particulae *δή γε* vel interposito verbo *δὴ - γε* saepius leguntur, sed ibi ubi vis particulae *δή* gravius signanda est, non in interrogatione. Itaque h. l. non dubito, quin cum Schaefero, Elmsleio *class. journ.* p. 216. Blomfield. Mus. crit. 2. p. 182. Reisigio Coniect. p. 231. legendum sit *τί δῆτα.* Sic Aesch. Prom. 746. Soph. Oed. T. 1159. Eur. Hipp. 1057. Arist. Lys. 181. 1159. quae loca citat Elmslei.

V. 1120. Ald. Herv. 1. 2. Brub. *λυσσάδος.* Canter.

rell. *λυσσάδος* e Brodaei emendatione, consentientibus Florr. 1. 2. Vict.

V. 1122. *δικαστής.* Vid. Markl. ad Suppl. 1215.

V. 1123. Ald. rell. et Codd. *τὴν ἐμὴν ἐμπρήσας.* MSS. Steph. *κατεμπρήσας*, quod recepit Canter. Contra Elmslei. in *Class. journ.* n. 16. p. 431 sq. monet vocis *κατεμπρήσας* nullam esse auctoritatem, et corrigit *ἢ σάρκα τὴν τάλαιναν ἐμπρήσας πυρί.* etiam propter regulam eam, de qua disputat Hermann. elem. d. metr. p. 117.

V. 1128. Reisk. *φιλτάτῳ*, quod probant Musgrav. et Elmslei. *Class. journ.* p. 216. At saepe Tragici pro singulari ponunt pluralem, quod de certo homine dicendum erat, ad genus (ab *hypothesi* ad *thesin*, ut loquuntur rhetores) revocantes. Vid. Valcken. ad Phoen. 978. Brunck. ad Eurip. Bacch. 543. Or. 1326. Victor. tamen *φιλτάτου.*

V. 1129. *ποῖ.* Vel cogitandum *ἐλθών*, vel hoc cum *μολών* v. sq. iungendum, deleta interpunctione post *εὕρω*, ut vult Elmslei. ad Iph. T. 358. Miror Hermannum *ποῦ* scribentem, qui alibi recte hunc usum explicaverit.

V. 1131. Ald. rell. *φέρ' ἂν κρατὶ περιβάλω σκότος. πέπλοισι* e MSS. Steph. accessit in Canter. *φέρ' ἄν τι κρατί* Florr. 1. 2. Vict. sed in 2. Vict. marg. annotatum *λείπει.* *ἂν* Heath. in *ἐν* mutavit.

V. 1133. Ald. rell. *καὶ τῷδε προστρόπαιον αἷμα προσλαβών.* Flor. 1. *καὶ τῷδε μυσαρὸν προστρόπαιον*, 2. Vict. *καὶ τῷδε πρõστρόπαιον* et in marg. ˜ *μυσαρόν. προσβαλών* est a Cantero. Praeterea *ὄμμα* pro *αἷμα* Musgrav. quod nollem recepissem.

V. 1136. Legebatur *μένουσιν ἔνοπλοι*, quod non necesse erat mutare.

V. 1145. Ald. rell. *οὔπω τι λέλ.* Barnes. *ἦ που λέλ.* quod probat Musgrav. *οὔτοι λέλ.* Herm. istud enim *τι* nihil aliud esse quam *τοι* pro correctione ad *πω* adscriptum. *οὔπω* et *ἦ που* confusa iam saepius vidimus.

V. 1146. Ald. Herv. 1. 2. Brub. *ἀφεῖμαι.* Cant. Barn. *ἀφῖγμαι* et sic MSS. Musgr. Flor. 1. 2. Vict.

V. 1150. Sequentes triginta quinque versus Hermann.

in decem strophas, totidemque antistrophas (*στρ. ά* v. 1150. *ἀντ.* 1152. *στρ. β'.* 1151. *ἀντ.* 1153. *στρ. γ'.* 1154. 5. *ἀντ.* 1183. 4. *στρ. δ'.* 1156. *ἀντ.* 1160. *στρ. έ.* 1157. *ἀντ.* 1159. *στρ. ς'.* 1161. 2. *ἀντ.* 1171. 2. 3. *στρ. ζ'.* 1163. *ἀντ.* 1167. *στρ. ή.* 1164. 5. 6. *ἀντ.* 1171. 2. 3. *στρ. ί* 1178. 9. *ἀντ.* 1181. 2.) et duas *μεσῳδούς* 1158. et 1168. 9. descripsit Seidleri dispositionem de verss. dochm. p. 358 sqq. (in qua lacunae sunt pro *στρ. ς'. ἀντ. ς'* et partis *ἀντ. δ.*) magis etiam absurdam et praeposteram Hermanni dispositione iudicat Elmslei. *Classic. journ.* p. 216.

V. 1150. *ἄναξ* in fine versus excidisse suspicatur Hermann.

V. 1154. Herm. *ἔτεκεν ἔτεκεν οὑμὸς Ἶνις τ.* Elmsl. *ἔτεκε μέν νιν οὑμός Ἶ. τ.* Seidler. vulgatam reliquit, ex qua versus e diiambo et dochmio constans respondet versui 1175, si *ἰὼ τέκνον* scribas.

V. 1155. Vulgo *ἔκτανε φοίνιον.* Malui *ἔκανε φόνιον.* Non video enim cur hac dochmiaci forma ◡◡◡––◡◡| –◡◡–◡– uti maluerit, quam illa usitatiore ◡◡◡–◡◡◡| ◡◡◡–◡– Et *φόνιον* habent Flor. 1. 2. *φον*^*οι*^*ιον* Vict.

V. 1159. Flor. 2. Ald. Herv. 1. 2. Brub. Barn. *οἰχόμεσθ', οἰχόμεσθα πτ.* Canter. P. Steph. *οἰχόμεσθα, οἰχόμεσθα πτ.* Commel. Musgr. *οἰχόμεθα, οἰχόμεθα πτ.* Correxit Heath. et sic Flor. 1.

V. 1162. Inter *ἑκατογκεφάλου* et *ὕδρας* lacunae signa posuit Hermann. metri, non sensus, indicio. Seidler. *ἑκατογκεφάλοιο* quod probat Elmslei.

V. 1163. Ald. rell. *Ἥρας ὅδ' ἀγών τις δόλου νεκροῖς γέρον.* Emendavit Reisk. nisi quod *ὡγὼν* scripsit.

V. 1164. *ὅς* ante *ἐπί* addidit Canter. *θεοῖσι* pro *θεοῖς* Herm. *ἦλθεν* pro *ἦλθε* scripsi et versus ita distinxi, ut tres dochmiaci dimetri exirent.

V. 1168. *εἰδείης* positum esse videtur pro *ἴδοις.* Vid. ad Rhes. 655. Sed Elmslei. ad Med. 836. not. u. em. *οὐκ ἂν ἴδοις*, etiam ne *οὔ-γε* tolerandum esset. Vid. Hermann. ad Soph. Ai. 1318.

V. 1171. Ald. rell. *αἰδούμενος.* Herm. *αἰδόμενος.* Ver-

sum Glyconeum esse monet Seidler. „Si quis malit totam strophulam e dactylis constare, is post ὄμμα inserat τε.“ Hoc adscivit Elmslei. ad Med. l. c. sicut ὁμοφύλιον v. 1172, ut Seidler. dedit pro ὁμόφυλον. De cognatione Herculis et Thesei vid. ad Heracl. 210.

V. 1174. ἦλθεν Hermann. pro ἦλθον. Contra quod Seidler. monet, τὸ ἐλθεῖν magis convenire Theseo quam Herculi. Wakefield. ἀλλ' ὡς συναλγῶν γ' ἦλθον, Seidler. ἀλλ' εἰ συναλγῶν γ' ἦλθον, ἐκκάλυπτέ νιν, *sed quandoquidem una dolens veni, retege eum.*

V. 1175. Seidler. ἰὼ τέκνον. Versus e vulgata scriptura est dochmiacus cum cretico.

V. 1177. Hermann. βά | ρος δ' ἀντίπ. δακρύοισιν ἁμιλλᾶται. Tales dochmiacos nunquam usurpasse Tragicos monet Seidler. de vers. dochm. p. 75. συναμιλλᾶσθαι quidem, nisi fallor, hoc uno loco legitur, et ex δακρύοισιν ἁμιλλᾶται facile fieri potuit δακρύοις συναμιλλᾶται. Sensum versus sic declaravit Brodaeus: *auctoritas mea tantum apud te ponderis habere debet, quantum si cum lacrymis obsequerer.* Heath. *Senectutis meae gravitas, quae lacrymas aversatur, nunc tamen cum iis simul hoc a te contendit.* Wakefield, recte monens βάρος nusquam dignitatem vel pondus figurate sonare, et πάθος scribens: *ego, cui non minor insidet aegritudo, adversor taciturnitati tuae et cum lacrymis contra eam pugno.* Hermann. *certat cum lacrymis tuis pondus non minus grave: si dolor facit, ut nolis conspici, at amicitia in te Thesei postulat, ut retegas faciem.* Itaque Thesei in Herculem amicitia vocatur βάρος? vix crediderim. Nec lacrimae quomodo deceant Herculem vel in tanta animi desponsione in eum cadere possint, intelligo. Equidem non dubito, quin lacrimae sint Amphitruonis. cf. 1180. βάρος autem esse videtur τὸ τοῦ γήρως βάρος, ut sensus sit: *senectus mea parem ad te commovendum vim habere debet ac lacrimae meae; respice et senectutem meam et lacrimas.* Sed in hoc mihi ipse non satisfacio, quum βάρος hoc sensu tam nude dictum durum esse videatur.

V. 1180. Ald. rell. ἐμβαλών. Scaliger ἐκβαλών, et sic Par. G. Flor. 1. 2. Vict. πολιὸν δάκρυον senilem lacri-

mam recte interpretatur Hermann. ad Elmsl. Med. 876. p. 381. Lips.

V. 1182. Ald. rell. κάτασχε λέοντος ἀγρίου θυμόν γ' ὅπως βρόμον ἐπὶ φόνιον. κατάσχε nunc barbarum iudico; vid. ad Troad. 82. Porson. ad Orest. 1330. κάτισχε coni. Porson. l. c. Hermann. ordinem verborum mutavit ita: κατάσχε λέοντος ὅπως ἀγρίου θυμόν. βρόμον ἐπὶ φόν. „Illud γ' nisi metricis debetur, ex eo videtur ortum esse, quod librarius, quum scripsisset ἀγρίου θυμὸν ὅπως, appositis numeris β' γ' ά errorem corrigere voluit.“ Dubium non esse quin γ' insertum sit ad iambicum trimetrum efficiendum, Elmslei. quoque monet in *Classic. journ.* Idem optime versus emendasse videtur ad Soph. Oed. T. 663. quare eius emendationes recepi, nisi quod ἀγρίου servavi, pro quo ille ἄγριον. δρόμον pro βρόμον est ex emendatione Reiskii.

V. 1187. Ald. rell. Flor. 1. ἴδ', εἰ σκότους. Emendavit Canter. et σκότος est in Flor. 2.

V. 1190. Ald. rell. βαλεῖ. Scaliger. βάλῃ.

V. 1199. Ald. rell. τὰ τῶν θεῶν γε. Stiblin. Canter. rell. omiserunt τῶν, quod nec in Florr. legitur.

V. 1200. Ald. rell. τῶνδ' ἀγῶν'. Parr. E. 2714. Florr. 1. 2. τόνδ' ἀγῶν'.

V. 1203. Ald. rell. τί δ', οὐ μιαίνεις --; Barn. Musgrav. τί δ' οὔ; μιαίνεις. Hermann. veterem interpunctionem revocavit, sed puncto in fine versus posito pro nota interrogationis. Barnesii interpunctio maiorem vim addit sententiae.

V. 1206. MSS. Steph. εὖ δρᾶσαι. Haec vero coniectura Stephan., non scriptura MSS., esse videtur. De participio post ἀναίνομαι vid. Brunck. ad Eur. Bacch. 247.

V. 1207. 8. Hi versus inverso ordine leguntur in Ald. Herv. 1. Brub. Verum ordinem restituit Brodaeus, a quo accepit fortasse Herv. 2. et H. Steph. e MSS. nec e Florr. quidquam enotatum, e quo alio ordine in iis hos versus legi, quam in Musgrav. suspiceris.

V. 1208. Ald. rell. οἰκτρὸς πάρειμι. Pierson. Veris. p. 245. et Reisk. οἰκτρὸς γάρ εἰμι. Contrarium vitium

esse in Soph. Ai. 634. Phil. 1337, ibique legendum παρ' Ἅιδῃ et παρ' ἧμιν, monet Elmsl.

V. 1209. ἐφ' ἑτέραισι συμφοραῖς, *in mutata* i. e. adversa, *fortuna*. Vid. Hermann. et cf. Coray ad Isocr. T. II. p. 279. Wyttenbach. ad Phaedon. p. 321. quos citat Boissonad.

V. 1211. Recte Heath. sensum esse monet, Herculis infortunia tam esse magna, ut a terra ad coelum usque pertingere dici possint. Eadem similitudine in contrariam partem usus est Pind. Pyth. X, 42. ὁ χάλκεος οὐρανὸς οὔποτ' ἄμβατος αὐτοῖς et is, qui apud Cicer. Tusc. disp. I, 46. *Morere, Diagora*, inquit: *non enim in coelum ascensurus es.* Vid. Boeckh. explic. ad Olymp. V. extr.

V. 1213. In Ald. rell. deest σῶν, quod supplevit Canter. inventum a Musgravio in Pariss. et nunc in Florr.

V. 1215. Ald. rell. ἴσχε τὸ στόμ'. τὸ om. Pariss. E. 2714. Florr.

V. 1216. Flor. 1. 2. γέμων. ὅπῃ τεθῇ etiam Longin. 40. ubi ed. Rob. MS. Paris. ὅποι. ὅπῃ Plutarch. II. p. 1063. D. ὅπου p. 1048. F. Ovid. de Pont. IV, 16, 51. *Porson.* Adv. p. 271. Verba κουκέτ' ἔσθ' ὅπῃ τεθῇ Hermann. ad Elmsl. Med. 328. comparat cum illis πονοῦμεν ἡμεῖς, κοὐ πόνων κεχρήμεθα, γνωτὰ κοὐκ ἄγνωτά μοι etc. De reliquis vid. Herm. ad h. l.

V. 1220. Ald. rell. σύ γ' ἐκτός. Emendavit Wakefield. Cf. Elmsl. ad Soph. Oed. T. 1030.

V. 1222. i. e. οὔκουν τοσαῦτα ἔλεγον ἄν, εἰ μέτρῳ μοχθητέον ἦν, *non tot verba fecissem, si modice aerumnae perferendae essent.* Herm. edidit: οὔκουν τοσαῦτά γ' ἐν μέτρῳ μοχθητέον.

V. 1225. Ald. Herv. 1. 2. Brub. Cant. οὐκ ἂν ἀνάσχοιθ'. σ' addidit Barnes. consentientibus Florr. Elmslei. comparat Hel. 1045. ubi etiam ante Barnes. omittebatur σ'.

V. 1226. Vulgo ἄκουε δὴ νῦν. Vid. ad Hec. 816.

V. 1227. Ald. rell. πρὸς νουθεσίας σάς. Emendavit Pierson. ad Moerid. p. 270.

V. 1243. Elmslei. ad Ach. 1095. et ad h. l. p. 217. legendum censet Γηρυόνας pro Τυφῶνας, quum nulla ratio excogitari possit, cur Typhon inter monstra ab Hercule debellata commemorari, vel τρισώματος appellari potuerit. At num Γηρυόνας ultimam brevem habere potest? Itaque pro Τυφῶνας vel aliud excogitandum est, vel Euripides satis habuit monstra maxime dira commemorare, nil curans an ea quoque ab Hercule subacta sint. — τετρασκελεῖς Ald. rell. et Codd. quod equidem nullo modo defendi posse existimo. Pluralia quidem nominibus collectivis saepissime adduntur, sed participia tantum, temporis notationem habentia, vel adiectiva ea, quae extrinsecus aliquid adiungunt nomini et praedicati vice funguntur; sin adiectivum ita copulatur cum nomine, ut unam haec duo summam efficiant, v. c. ὁ μέγας στόλος, nunquam adiectivi numerus a numero substantivi discrepat, nec quisquam unquam οἱ μεγάλοι στόλος dictum inveniat. Itaque Reiskii emendationem recepi τετρασκελῆ.

V. 1246. φονεύσας dixit, quia plura facinora sua enumerare volebat, post quae adderet εἰς νεκροὺς ἀφικόμην, sed inhibet narrationem suam per aposiopesin quandam post φονεύσας, et immutata orationis forma pergit μυρίους τ' ἄλλους πόνους ἐξήνυσα, κεἰς ν. ἀφ. Ad πόνων ἀγέλας respexit Grammat. in Bekk. anecdot. p. 336, 29.

V. 1250. Ald. rell. φόνον. πόνον Reisk. de cuius emendationis veritate vix dubitari posse censet Elmslei. Id nunc dubito num recte receperim: nam πόνοι, quos commemorat, iidem erant φόνοι, praeter ultimum.

V. 1259. κληδουχούμενοι interpretor, *dum observamur* ab hominibus et *acerbis* eorum *conviciis* exagitamur. Hermann. scriptum fuisse censet κηλιδούμενοι, quae vox legitur v. 1289.

V. 1263. Ald. Herv. 1. 2. Brub. Cant. ὧδ' αἰεὶ κακῶς ἔστ'. οὐδὲν ἄλγ. Peius etiam Herv. 2. Brub. Cant. ἄλγει. ᾧ δ' Barnes. ut est apud Stob. Tit. CII. Gesn. p. 558. CIV. Grot. p. 427.

V. 1264. συγγενῶν δύςτ. ὢν Ald. rell. συγγενῶς e Stobaeo scribendum esse iam Brodaeus monuit. „Sed

quid sibi vult illud *συγγενῶν* vel *συγγενῶς?*" Elmslei. ad Heracl. 387. Add. *συγγενῶς δύστηνος* est, *ὅς σύντροφός ἐστι τῷ δυστυχεῖν*, ut loquitur Iph. T. 1088. vel ipsa natura sua, inde a natalibus, fato quodam, infelix, ut Pindar. *τὸ συγγενὲς, τὸ συγγενὲς ἦθος, ὁ συγγενὴς πότμος* usurpat. A primo vero ortu se miseriae destinatum fuisse dixit v. 1229 sqq.

V. 1268. *ὁρματηλάτην* Ald. rell. Correxit Musgr.

V. 1273. *βίον γ᾽ ἀχρεῖον* Heath. et Reisk. pro *βίον τ᾽ ἀχρ.*

V. 1274. Recte Herm. *χορευέτω δή.*

V. 1275. haud dubie corruptus. Brodaeus pro *πόδα* malebat *πέδον*, quam coniecturam Cantero et Porto probatam recepit Barnes. Heath. autem scribendum censet *κρούουσ᾽ Ὀλύμπου σεμνὸν ἀρβύλῃ πέδον.* Sed quominus *πόδα* corruptum putemus, deterret Electr. 180. ubi item est *ἑλικτὸν κρούσω πόδ᾽ ἐμόν*, et Iphig. A. 1031. *χρυσεοσάνδαλον ἴχνος ἐν γᾷ κρούουσαι.* Musgrav. vulgatam tuetur, cuius constructionem esse dicit, *κρούουσα ἀρβύλῃ πόδα Ὀλ. Ζ.* nam Graecos pro contumeliose tractare aliquem libenter dicere *inambulare* vel *insultare* alicui, quod confirmare vult loco Plutarchi de discrim. adul. et am. p. 57. A. ubi vid. Wyttenbach. p. 466. Poterat etiam Gallorum formula uti, *je lui ai marché sur le pied.* Hermann., fortasse scribendum est, inquit, *κρούουσ᾽ Ὀλύμπῳ Ζηνὸς ἀρβύλῃ πόδα*, ut Iuno *Ζηνὸς ἀρβύλῃ* saltare, i. e. pro Iove se gerere dicatur; quod summae festivitatis est. Hoc si dicere voluit Euripides, idem sensus est in vulgata, *κρούουσα πόδα ἀρβύλῃ Ζηνὸς Ὀλυμπίου.*

V. 1282. Wakefield. *ἁγὼν ὅδε*, quod nescio cur spreverit Herm. quum supra v. 845. (829.) scripserit *ἁνὴρ ὅδ᾽* pro *ἀνὴρ ὅδ᾽*.

V. 1284. Ald. rell. etiam Barn. *παραινέσαι μ᾽ ἄν.* Commel. *παραινέσαιμ᾽ ἄν* et Vict. in quo additum *ὅρα εἰ λείπει.* Excidisse hic quaedam vidit etiam Scaliger. cui imperite obloquitur Barnes.

V. 1286. Edd. et Codd. *εἴπερ οὐ ψευδεῖς λόγοι.* quod non debebam mutare, quamvis ita scribi iubente Elmsleio *class. journ.* p. 218. et ad Med. 348. *οὐ* enim non

ad totam sententiam, sed ad unum *ψευδεῖς* spectat. Vid. Hermann. ad Elmsl. Med. 87. 348.

V. 1287. Post *οὐ λέκτρα τ᾽ ἀλλήλοισι συνῆψαν*, debebat sequi, *καὶ δεσμοῖσι πατ. ἐκηλίδ.* Vid. ad Phoen. 1313.

V. 1304. Dele *σ᾽* post *τίμιον*, quo primus pes fit creticus.

V. 1309. Inutilis est Porsoni correctio Suppl. praef. ad Hec. p. XXXIV. *οὐδ᾽ ἕν δεῖ φίλων.* Pro *δεῖ* Flor. 1. *σοί.* Eadem sententia est Orest. 656 sq.

V. 1311. *τοι* e MSS. Pariss. addidit Musgrav. omissum in Ald. rell. et Florr.

V. 1315. Flor. 1. *δεσπότου.*

V. 1316. *ὀρθῶς* pro *ὄντως* citat Clemens Alex. Strom. V. p. 691. quod praeferre videtur Wyttenbach. ad Plat. Phaedon. p. 163. citans Hipp. 1159 sq. Alc. 652. Androm. 377 sq.

V. 1317. Ald. Flor. 1. Vict. *ἀοιδῶν δ᾽ οἴδε.* *δ᾽* om. Flor. 2. et Plut. II. p. 1052. E. deest etiam in Herv. 1. 2. Brub. rell. casu potius, quam consulto.

V. 1320. 1. 2. citat Stob. Tit. CVI. Gesn. CVIII. Grot. unde versum 1321. omissum in edd. recipiendum esse et scribendum *τὰς συμφοράς* pro *ταῖς συμφοραῖς* et *ἐπίσταται* pro *ὑφίσταται*, monuit Markl. ad Suppl. 189. *τὰς συμφοράς* etiam MSS. Steph. V. 1322. Stob. ed. Trincav. *οὐδ᾽ ἀνδρὸς δύναιθ᾽ ἀνθυποστᾶναι βέλος.* Gesn. etiam *ὑποστᾶναι.*

V. 1324. *μυρίαν* Wakefield. et Porson, ut narrat Monk. ad Alc. 560. Sic Alc. 562. *καί σοι μυρίαν ἕξω χάριν.* Hermannus, Wakefieldii coniectura *μυρίαν*, inquit, si cui blandiatur, monendus est, ut recte hunc locum consideret. Videtur igitur *μυρίων* retinendum censuisse, quia sequatur *μυρίων πόνων*, ut *μυρίοις δώροις* respondeant *μύριοι πονοι.* At a v. 1325. novus sententiarum ordo incipit.

V. 1336. Ald. rell. *ἐπάν.* Herm. *ἐπήν.*

V. 1341. *ἐκ μόχθων* Ald. rell. *ἐκμοχθῶν* Reisk. et Heath. Possis etiam sic accipere, ut *εὔκλειαν* ad explicandum *ἅ* (*καλά*) adiectum dicas, *ἅ καλά, ἤγουν εὔκλειαν, ἐγὼ ὑμῖν ἐκ μόχθων παρεσκεύαζον.*

V. 1342. *ἀπόλαυσιν* e Canter. emendatione pro *ἀπόλλυσιν.*

V. 1347. *πέπραγα* Ald. Herv. 1. 2. Brub. Cant. *πέπραγμαι* in Commelin. intulit Porti oscitantia, ut ait Elmslei. ad Heracl. 876. quod inde in ed. P. Steph. et Barn. fluxit.

V. 1349. *λυγραί τε.* Recte Herm. *λυγραὶ δέ.* Vid. ad Med. 1060.

V. 1351. *προςπιτνόντα, identidem accidentia et latus pulsantia.* Vid. Hermann. et cf. ad Suppl. 693.

V. 1358. Ald. rell. *σύγκαμ᾽· ἀθλίου κυνός.* Correxit Pierson. Veris. p. 228 sq.

V. 1363. Ald. rell. *ὕπαντες*, quod Herm. recte mutavit in *ὕπαντας*, ut in mea ed. scribendum est pro *ὕπαντος*, et in nota subiecta *ἄπαντες M.*

V. 1375. *ζεῦγός γε φίλ.* Reisk. *ζεῦγος δὲ φίλ.* Ald. rell.

V. 1379. *ὥς δή τι φίλτρον* Ald. rell. *ὥς δὴ τὸ* (vel *σὺ*) *φίλτρον* Elmslei. *quasi hac gratia accepta melius tecum ageretur (as if you would be the better for this gratification.)* Hanc enim fere vim esse huius locutionis, ut Androm. 235. Probarem, si sequeretur *ἐσόμενος.* nam particulis illis hoc sensu positis additur participium; vid. Phoen. 873. Alc. 555. 1024. Hel. 1038. ubi est etiam *ὥς δή τι.* Hic locus, ut vulgo legitur, sic accipiendus est, *ῥᾴων ἔσει, ὥς δή τι φίλτρον τοῦτ᾽ ἔχων,* ubi *τι* languide redundat. Scribendum cum Musgrav. et Herm. *ὥς δὴ τί φίλτρον, quale tandem hoc officium est, quod si tibi praestitero, levatum te senties.* Vid. ad Phoen. 621. — Locutionem *ῥᾴων ἔσει* illustrat Wyttenbach. ad Plutarch. p. 718.

V. 1380. *πατρός τε στ.* pro *πατρός γε στ.* ex emendatione Musgravii recepit Hermann.

V. 1382. in Ald. rell. continuatur Herculi: Amphitruoni tribuitur in MSS. Steph. (adde Florr.) quos secuti sunt Canter. Barn. rell. Tum Ald. rell. *οὕτως.* Correxit Herm. Elmslei. malit *οὗτος*, quam increpandi formulam equidem ab h. l. alienam iudico. *ἔχοις* Vict.

V. 1384. Theseo hic versus, ut 1386. 88. 90. tribuitur in MSS. Steph. Florr. Vict. Amphitruoni in Ald. rell. — *εἰςόψεταί τις θῆλυν ὄντα, κοὐκ ἂν αἰνέσῃ.* Ald. rell. Barnesio *εἴ σ᾽ ὄψεται*, Musgravio *ὄντ᾽ οὐκ αἰνέσει* debetur.

V. 1385. Ald. Herv. 1. Brub. *ζῶσοι ταπ.* Herv. 2. Cant. *ζῶ σοι ταπ.* Sequentia sic recte emendavit Hermann. *ἀλλὰ πρόσθεν οὔ, δοκῶ.* *πρόσθε* in *προςθεῖναι* latere iam Heath. viderat, et Iacobs. addit. ad Athen. p. 90. *ζῶ δὴ ταπεινός· ἀλλὰ πρόσθεν οὐ ᾽δόκουν.*

V. 1386. Post *ἄγαν γ᾽* et *ποῦ* interpunxit Hermann. Prius recte; alterius causam non perspicio.

V. 1387. Ald. rell. *σὺ ποῖος ἦς ἄν, νερθεν ἐν κακῶν;* Correxit Hermann. quocum conspirat Lenting. p. 113.

V. 1390. Ald. rell. *πρόςβαινε.* Herm. *πρόβαινε* e Reiskii emendatione.

V. 1391. *θάπθ᾽* Ald. Herv. 1. 2. Brub. Cant. quod restitui volebat Heath. pro *θάφθ᾽* Barn. Vict. *θάφθ᾽.* V. C. *θάπτ᾽.*

V. 1393. Scribe *εἰς Ἀθήνας.*

V 1399. Vict. *στείχωμεν.*

NOTAE IN ELECTRAM.

In indice personarum Clytaemnestrae personam addendam esse monuit Aemil. Portus.

V. 1. *γῆς* additum est *πλεοναστικῶς* (id est, ita ut ad sensus integritatem nihil conferat, quamquam ad copiam poeticam non superfluum sit) ut Herc. f. 462. *ἔγκληρα πεδία τἀμὰ γῆς κεκτημένος* et saepius, eadem constructione, qua *τῆς Ἀττικῆς εἰς Μαραθῶνα* et similia dicuntur. Argos vero intelligitur non urbs, sed tota regio; hinc additur quod in ea praecipuam religionem habet *Ἰνάχου ῥοαί*, non *et Inachi fluenta*, ut vertit post Stiblinum Barnesius, sed ita ut toti subiungatur pars, ut in illis *Ἴδην δ' ἵκανεν πολυπίδακα, μητέρα θηρῶν, Γάργαρον* et sim.

V. 2. *Ἄρην* ad Porsoni mentem edidit Seidler. pro *Ἄρη*.

V. 4. *ἐν Ἰδαίᾳ χθονί* scribi iubet Elmslei. in Edinburg. rev. n. 37. p. 70. Mus. crit. Cant. VI. p. 296. ut vitetur anapaestus.

V. 9. *γυναικὸς ἐκ Κλ.* legi vult Porson. Adv. p. 272. *πρός* excidit in Musgrav.

V. 14. Vulgo. *οὓς δ' ἐν δόμοις ἔλιπεν.* Elegantiores numeros ex Orest. 63. reposuit Seidler.

V. 19. Vulgo. *ἣ δ' ἐν δ. — πατρός.* Correxit Seidler.

V. 22. Vocem *Ἀργείων* sensui repugnare censens Porson. ad Med. 5. legendum coniicit *μή τῳ παῖδ' ἀριστέων τέκοι, Ἀγαμ. ποινάτορ', εἶχεν ἐν δ.* quem secuti sunt Schaefer. et Seidler. Quum antea dictum esset

μνηστῆρες ᾔτουν Ἑλλάδος πρῶτοι χθονός, exspectari poterat *μή τῳ παῖδας Ἑλλήνων τέκοι.* Sed inter hos Graecos haud dubie erant etiam Argivi; ex his alicui nupturam esse Electram magis probabile erat, et quum ab Argivo homine magis sibi timendum esse videret Aegistus, quam ab aliis Graecis, *Ἀργείων* praetulit. Itaque haec vox certe dici non potest sensui repugnare; equidem cum dilectu eam positam esse potius dixerim. Gravius est etiam *παῖδας*, quam *παῖδα*, ut 26. *τέκνα.* et cf. v. 266.

V. 23. Legebatur *Ἀγ. ποινάτορας, εἶχεν ἐν δόμοις.* Anapaestum expulit Pierson. Veris. p. 67. legens *ποινάτορας, σφ' εἶχ' ἐν δόμοις.* Porson. Schaefer. Seidl. *Ἀγ. ποινάτορ' εἶχεν ἐν δ.* Idem probat Hermann. ad Viger. p. 898. vulgatam lectionem versus 22 servans. Sed aliud est, in appositione pluralem pro singulari nomini singulari subiicere, ut *αὐτόξυλόν γ' ἔκπωμα, φλαυρούργου τινὸς τεχνήματ' ἀνδρός*, (vid. Gramm. gr. §. 431.) aliud plurali nomen singulare, *παῖδας-ποινάτορα*, quod mihi quidem soloecum videtur.

V. 25. Vulgo *πλέον*, ut Alc. 743. At ut ab *ἀγήρως* neutrum fit *ἀγήρων* — vid. Steph. Thes. T. I. p. 837. — ab *ἀξιόχρεως ἀξιόχρεων* — vid. Bekk. anecd. p. 412. 30. — sic a *πλέως* formandum videtur *πλέων*, non *πλέον*. Sed non debebam scribere, quod suspicione aliqua quamvis probabili, non veterum auctoritate, nititur.

V. 27. Edd. *κτανεῖν σφ' ἐβουλεύσατ' ὠμόφρων· ἣ δ' ὅμως.* Pariss. *β. γ.* Florr. 1. 2. *κτανεῖν σφ' ἐβουλεύσαντ' ὠμόφρων δ' ὅμως.* Sic etiam Paris. *α.* (i. e. E. Vid. T. VI. Praef. p. IX. ubi Cod. *β.* s. 2714. et Cod. *γ.* memorare neglexi.) nisi quod *τ'* habet pro *σφ'*. Hinc Seidler. *κτανεῖν σφε βουλεύσαντος ὠμόφρων ὅμως*, deleto *δ'*. Sed concinnius est, in hoc sententiarum tenore tanquam rem primariam commemorari Aegisthi consilium, et opponi id, quo illud irritum factum est. Musgrav. coni. *κτανεῖν σφ' ἐβούλευσ' αὖτις· ὠμόφρων δ' ὅμως.* unde *ἐβούλευσ'* recepi, sed lacunae notis positis.

V. 29. *ἐς ἄνδρ' ὀλωλότα*, *quod ad mariti necem attinet.* ut Ion. 571. *ἐς σὴν ἀνεύρεσιν.* Herc. 63. *ἐς πατέρα.* et infra 37. *ἐς γένος.*

V. 30. Ad *φθονηθείη* in marg. Flor. 2. et Vict. adscriptum *μεμφθείη*.

V. 32. Flor. 1. 2. *φύλαξ* pro *φυγάς*.

V. 33. Legebatur *χρυσὸν εἶπεν ὅς ἄν κτ.* Correxit Schaefer. et *εἶφ'* commemorat etiam Barnes. Pro *ὅς ἄν κτάνῃ* dicendum erat *ὅς κτάνοι* (*ὅς ἄν κτάνοι* Musgrav. soloecum est.) Sed solent Graeci orationem obliquam cum recta coniungere, ita ut modi, qui huius proprii erant, serventur. Aegisthi verbis dicendum erat *χρυσὸν δώσω ὅς ἄν κτάνῃ.* Vid. Gramm. gr. §. 597. (nov. ed. §. 529.)

V. 38. *ἔνθεν* i. e. *ἐξ οὗ, τοῦ πένητα εἶναι.*

V. 43. Legebatur *ἀνὴρ ὅδε.* Correxit Seidler. Eodem teste — nam Iacobsius nihil annotavit — Victor. adscripsit *δεικτικῶς ἀντὶ τοῦ ἐγώ.*

V. 44. Margo Flor. 2. et Vict. *ἦσχυν' ἐν εὐνῇ.*

V. 53. *καὐτὸς αὖ τοιοῦτος ὤν.* Recte Stiblin. *ipsumque se desipere.*

V. 55. Flor. 1. *τῶδε φαιδροῦ* (sic) pro *τῶδ' ἐφεδρεῦον.*

V. 59. *ἀφίην* ed. pr. et Florr. *ἀφίημ'* corrigentem Reiskium secutus est Musgrav. iungens *μετέρχομαι ἀφίημι τε,* et versus 57. 58. parenthesi includens; quod mihi quidem non ineptum videtur. Sed facilius origo vitii perspicitur, si cum Aem. Porto et Seidlero scribas *ἀφείην.* Coniunctivo *δείξωμεν* usus est, quia hoc verbo consilium (minus latine *finem* vocant) Electrae proprie propositum in egrediendo designatur. At non idcirco egressa est, ut lamentetur; sed hoc facit, occasione illa tantum oblata, animum suum explens, ita ut *optandi* simul significatio insit: *et ut* hac opportunitate utens *querelas fundam,* quod animus iubet. Similiter optativus post coniunct. sequitur Ion. 1692 sq. *Ut querelas fundere possim* vix dicere voluit El. quum nihil esset, quod eam impediret, et hoc intus etiam facere posset. Aliam explicandi viam iniit Hermann. ad Soph. El. 57. quam recte impugnare videtur Reisig. comm. critic. in Soph. Oed. Col. p. 169. ipse tamen praeter necessitatem et paulo audacius corrigens *γόους ἀφέντες.* Heath. coni. *ἀφίω γ' αἰθ.* Schaefer. edidit *ἀφῶμεν.*

V. 62. *Αἰγίσθῳ πάρα* recte defendit Seidler.

V. 63. *πάρεργα ποιεῖται. non curat, negligit.* Vid. Brunck. ad Soph. Phil. 473.

V. 69. *μεγάλη μοῖρά ἐστιν εὑρεῖν* pro *μέγα ἐστι,* ut *αἰών, βίος* in locis ad Bacch. 960. adscriptis.

V. 80. 81. *ἀργός* explicandi causa subiectum sibi habet *ἄνευ πόνου,* fere ut in illis *ἔρημος ἀνδρῶν μὴ ξυνοικούντων ἔσω.* Vid. Seidler ad v. 442.

V. 95. Ed. pr. Flor. 1. 2. *δυεῖν δ' ἁμίλλαιν ξυντ.* Par. *a. δυοῖν δ' ἁμίλλαις.* MS. *β. δυεῖν δ' ἁμίλλαις,* superscripto *δυοῖν.* Pierson. Veris p. 238. *δυοῖν δ' ἅμιλλαν ξυντ.* i. e. *δύο δὲ ἁμιλλώμενος, ἢ Αἴγισθον κτανεῖν, ἢ πόδ' ἐκβαλεῖν εἰς ἄλλην χθόνα.* Lobeck. ad Soph. Ai. 611. p. 311. vix dubitat quin ita scripserit poëta *δυοῖν δ' ἅμ' ἄλλοιν ξυντ.* „Significat autem Orestes sese cum Pylade et ministro (qui cum ipso in scenam prodiit, cf. v. 761 — 765. 766 — 770.) itineris et caedis consilium communicasse."

V. 96. Marg. MS. *a.* et Flor. 2. item Vict. *ἵν' ἐμβάλω.*

V. 97. Pierson. l. c. *ἄλλην ἐς αἶαν,* sine causa: vid. Seidler. Idem paulo post legendum coniicit: *-σκοπῶν· ζητῶν τ' ἀδ.* ut hae duae causae sint, cur ad fines regni adierit, altera, ut facile inde elabi posset, altera ut sororem quaereret. Quasi vero eam ad regni fines habitare rescivisset!

V. 107. Seidler. malit *πρόσπολον.* Contra, si scriptum esset *πρόςπολον,* Elmslei. mallet *προσπόλων.*

V. 113. *κατακλαίουσ'* scripsi pro *κατακλαίουσα,* ut versus esset anapaesticus dimeter.

V. 116. Ed. pr. *καί με τέκε.* Secutus sum et hic et in antistrophico Hermanni correctionem, commemoratam a Seidlero. De metro vid. Seidler. de vers. dochm. p. 348. et infra ad v. 442. Sed nunc valde mihi probabilis est Seidleri suspicio, voc. *κούρα* ab explicatore profectam esse, quum sq. v. recurrat *κόρα.* Ita cum

Hermanno elem. doctr. metr. p. 529. legendum erit: *καί μ᾽ ἔτικτε Κλυταιμνήστρα.*

V. 120. *τῶν* ante *σχετλίων*, quod deerat in ed. pr. Musgrav. addidit e Cod. *α.* quocum consentiunt duo Florr. MS. *β. τῆς σχετλίων.*

V. 121. recte ad glyconeorum genus refert Hermann. elem. d. m. p. 559. *ζοᾶς* scribens, quo vix opus, quum *in hoc genere penultima interdum longa sit, ut Hec.* 631. 639.

V. 122. De glyconeis in molossum exeuntibus vid. Seidler. ad h. l. et Hermann. elem. p. 528. ubi, si quis deleto *δή*, *Ἀΐδα* scribi malit, se non magnopere refragaturum profitetur.

V. 123. *σᾶς ἀλόχου σφαγείς*, ut Orest. 487. *πληγεὶς θυγατρός τῆς ἐμῆς*, ubi originem constructionis aperire conatus sum. Cf. Schaefer. ad not. Por[illegible] v. 491. Ex his duobus locis alter alterum tueri vi[illegible] Similiter Soph. Trach. 267. *φωνεῖ δὲ, δοῦλος ἀνδ᾽ ὃς ὡς ἐλευθέρου ῥαίοιτο*, ubi vid. Herm. Hermann. tamen de ellipsi p. 143. et Porson. adv. p. 272. coni. *σφαγαῖς*, quam scripturam si invenissent librarii, mirarer, si in reconditam illam mutassent.

V. 125. Elegans est Iacobsii coniectura Exerc. crit. I. p. 208. *ἴθι δ᾽ ἄναυλον ἔγειρε γόον*, nec tamen offensione vacua ob illud *δ᾽*, certe non necessaria. Significat Electra se in eodem cantu lugubri pergere. Hunc et sq. v. recte pro glyconeis habet Seidler. Cf. Herm. elem. p. 546.

V. 126. *πολύδακρυν ἀδονάν* i. e. *ἁδονὰν τοῦ δακρύειν*, ut Herc. f. 382. *χαρμοναὶ ἀνδροβρῶτες.*

V. 131. Vid. ad v. 116. De constructione vid. Gramm. gr. §. 381. not. 3. (§. 412. nov. ed.)

V. 133. Vict. *πατρῴαις. Ἐπὶ συμφοραῖς ἀλγίσταισιν* est id quod *συμφοραῖς ἀλγίσταις συνοῦσαν*, non *ad acerbissimam fortunam*, ut vertit Seidler.

V. 138. *αἰσχίστων* Seidler. pro *ἐχθίστων*, in nota nihil de hac scriptura monens, ut errori typothetae illa deberi videatur.

V. 142. 3. In ed. pr. comma est et post *ἐπορθοβοάσω*

et post *ἀΐδα*, punctum post *γόους* v. 144. Seidler. punctum posuit post *ἐπορθοβοάσω*, comma post *γόους.*

V. 143 sq. Hermanno elem. p. 550. non dubium videtur, ita scripsisse Euripidem: *ἰακχὰν Ἀΐδα, μέλος | Ἀΐδα, πάτερ, | σοὶ κατὰ γᾶς ἐνέπω γόους*, et in antistropha *πικρᾶς μὲν πελέκεως τομᾶς | σᾶς, πάτερ, πικρᾶς δ᾽ ἐκ Τροίας ὁδίου βουλᾶς. Ἀΐδα* pro *ἀοιδὰν* a librario potius propter viciniam eiusdem vocis scriptum esse crediderim, quam, si hoc scriptum invenisset, in *ἀοιδάν* mutatum. *ἰακχὰν ἀοιδὰν* Seidler. comparat cum *ἴακχον ᾠδάν* Cycl. 69. Sed aliud esse videtur *ἴακχος ἀοιδά*, aliud *ἰακχὰ ἀοιδά*. Mihi *ἀοιδάν* ab explicatore profectum videtur, et versus sic scribendi: *ἐπορθοβοάσω*

ἰακχὰν, μέλος ἀΐδα,
ἀΐδα, πάτερ,
σοὶ κατὰ γᾶς ἐνέπω γόους.

cui aptissime respondet antistropha, ad Herm. mentem descripta. *γόους ἐπορθοβοάσω ἰακχάν* est pro *γόους ὄρθια ἰαχήσω.* Ceterum *ἰακχάν* pro *ἰαχάν* et *ἐνέπω* pro *ἐννέπω* sunt a Seidlero (cf. Blomfield. ad Aesch. Pers. 633.) Ab eodem sumsi *κάτω* pro *κατά.*

V. 146. 148. Vid. Herm. elem. p. 530. Seidler. de verss. dochm. p. 354.

V. 148. Legebatur *κρᾶτ᾽ ἀποκούριμον.* Emendavit Barnes. Vide Seidler.

V. 153. Vid. Herm. elem. d. m. p. 568.

V. 155. *οἷα-ὡς* comparari potest cum *ὡς εἶδ᾽, ὡς ἀνέπαλτο* Il. *υ*, 424. cf. *ξ*, 294. *ὡς ἴδεν, ὡς ἐμάνη* Theocr. 3, 42. cf. 2, 81. in quibus alterum *ὡς* pro *οὕτως* ne veteres quidem accepisse, monstrat Virgilii imitatio, *Ut vidi, ut perii.* Alius generis est locus Bacch. 1019. 1021. quem cum nostro comparant Barn. et Seidl. Hoc loco *ὡς* positum videtur, sententia, quae primaria esse debebat, *σὲ τὸν ἄθλιον πατέρ᾽ ἐγὼ κατακλαίομαι* ex altera, quae comparationem continet, nexa. Vid. Gramm. gr. min. §. 632.

V. 160. 1. Vid. ad 143.

V. 162. *οὐ μίτραισι γυνή σε* (*γυνὴ σὲ*) e Seidleri emendatione pro *οὐ μίτραις σὲ γυνή.*

V. 168. Ed. pro *ἀγροτέραν*. Plutarch. Lys. p. 441. D. *ἀγρότειραν*, quod recepit Seidler. V. 167. Flor. 1. 2. *κούρα*.

V. 169. est dochmiacus dimeter

⏑⏑́⏑́⏑́⏑⏑⏑́⏑́ | –⏑́⏑–́⏑–́

V. 170. Ed. pr. *οὐρειβάτας*. Flor. 1. 2. Vict. *ὀρειβάτας*, ut edidit Seidler.

V. 175. *ἀγλαΐας* Barnes. fortasse vitio operarum.

V. 177. Flor. 1. *ὅρμοις πεπόταμαι*. Flor. 2. Vict. *ὅρμοισι πεπόταμαι*.

V. 178. Ed. pr. *οὐδὲ στᾶσα χορούς*. MS. α et β. Flor. 2. *οὐδὲ χορούς στᾶσα*. *χοροῖς* Seidler. ob locum Iphig. T. 1111.

V. 179. *Ἀργείοις* Barnes. Musgr.

V. 180. *ἑλ. κρούσω πόλεμον* ed. pr. *εἱλικτὸν* Flor. 1. 2. *πόδ᾽ ἐμόν* est ex emendatione Canteri.

V. 181. *χεύω* hoc solo loco in Tragicis legitur; nec constructioni *δάκρυσι χεύω* aliam similem apponere habeo. Porson. Adv. p. 272. *δάκρυσι χορεύω*, quod num dici possit dubito. Seidler. infersit *δέ*, *δάκρυσι δὲ χεύω*, quod languidum est: nam in oratione affectus plena nexus cum praecedentibus non desideratur. Versus in vulgata etiam lectione choriambicus est, si primam syllabam vocis *δάκρυσι* longam, *δακρύων* brevem habeas. vid. ad Hec. 673.

V. 185. *εἰ πρέποντ᾽* egregie Reisk. pro *εἴ πέρ ποτ᾽*. Ad hunc v. in marg. Flor. 2. et Vict. notatum est manu recentiore *λείπει κῶλον*. item ad v. 188.

V. 186. Ed. pr. *κούρας, τὰ βασιλεία, | τὰ Τροία θ᾽ κούρᾳ* Reisk. *τᾷ βασιλεία* (sic) *τᾷ Τρ.* Vict. Tum *βασιλῇΐᾳ* Seidl. At terminationes Ionicae *-ήϊος* pro *-ειος* nusquam in Tragicis leguntur, nec adstrui possunt formis *πολιῆται*, *ἀδελφεάν*, *βασιληΐδα τιμάν*.

V. 187. Ed. princ. *ὤμου πατ.* Interserui *που* ad versum fulciendum.

V. 189. Flor. 1. *μεγάλος*.

V. 190. *τε* post *πολύπηνα* cum Seidlero addidi.

V. 191. Ed. pr. *χάρισαι*, quod si verum est, locus sic accipiendus erit: *χρῆσαί τε χρύσεα ἀγλαΐας προσθήματα, χάρισαι*, ita ut hoc *παρενθετικῶς* interiectum sit, pro *χρῆσαί τε χαριζομένη ἡμῖν*. Musgrav. *χάρισι*, quod in *χάρισιν* mutatum recepi, commendatum a Seidlero. Ita hic dativus e *προσθήματα* pendet, ut 421. *δαιτὶ προσφορήματα*. Pro *προσθήματ᾽* Flor. 1. 2. *προθήματ᾽*.

V. 195. *εὐχαῖσι* Seidler. pro *εὐχαῖς*. MS. α et Flor. 1. 2. *εὐχαῖς τοὺς θεούς γε σεβ.* quod recepit Musgrav. Sed *γε* nullam hic vim habet. In sqq. notandum *κλύει* primum cum accusativo, deinde cum genit. iunctum, ut *ἀκούειν* Aesch. S. c. Th. 205 sq.

V. 200. Elmslei. ad Herm. Suppl. 984. (*Class. journ.* 17. p. 59.) coni. *οἴμοι τοῦ τε καφθιμένου*. Ut largiamur Tragicos dixisse *καπφθίμενος* vel *καφθίμενος*, (vid. ad v. 130.) idcirco plena forma *καταφθίμενος* prorsus illi abstinuisse non censendi sunt.

V. 205. *γάμοις* pro *δόμοις*, et v. sq. *κλαίω* pro *ναίω* Pierson. Veris. p. 239. *ναίω* certe offendit, quum statim sequatur *ναίουσ᾽*.

V. 207. *φυγάς* recte Hermann. ad Viger. accipit pro accusativo ut *ψυχὰν τακομένα* sit *deplorans*.

V. 209. *φόνιος* ed. pr. *φονίοις* Barnes. in marg. quod vel ob metrum praeferendum erat.

V. 216 sq. *φυγῇ-ποδί*. Vid. ad Orest. 1452.

V. 220. Ed. pr. et Codd. *ἄλλους ἂν κτάνοιμι* Barnes. non monito lectore, *ἄλλους ἂν κτάνοιμ᾽ ἄν*. Satius erat delere *ἄν*, importune a librario adiectum, qui eo carere optativum non posse censeret. *Utinam alios potius occidam*, nimirum Aegisthum et Clytaemnestram, quo significat se Electram non occisurum. *κτάνοιμ᾽ ἂν* esset, si te interficerem vel interficere vellem, *alios potius interficerem:* quod sensu vacuum est.

V. 223. Ed. pr. *λυχᾶς ἐμοῖς*. Flor. 1. *λοχοῖς ἐμοῖς*. 2. *λοχᾷς* (ε) *ἐμοῖς*.

V. 224. Flor. 1. 2. *οὐ καλῶς*. Recte locum explicavit Seidler.

V. 229. *μισθόν*. i. e. *ὅ* (*τὸ εὐδαιμονεῖν* vel potius *τὸ εὔχεσθαι ἐμὲ σὲ εὐδαιμονεῖν*) *μισθός ἐστι*. Cf. Hermann.

ad Viger. p. 897. Monk. ad Alc. 7. Seidler. *μισθόν* ex *εὐδαιμονοίης* nectere videtur, quasi dicatur *εὐδαιμονεῖν μισθόν*.

V. 231. Dio Chrys. XIII. p. 220. citatus a Porsono Adv. p. 272. pro *ἔχων* habet *ἔχει*.

V. 232. Dio Chr. *τόπον* cum pro *νομόν* cum v. l. *γρ. τρόπον*. De sensu vid. Brunck. et Erfurdt. ad Soph. Oed. T. 1488. et Seidler.

V. 233. *ἦ που*. MS. *α*. *οὔπω*. Flor. 1. 2. *οὔ που*. Dio *σπανίζει*.

V. 234. Dio, *ἔχει μὲν, ἀσθενῆ δ' ἅτε φ. ἀ.*

V. 235. *ἐκείνου* ed. pr. *ἐκ κείνου*, ut coni. Canter. nov. lect. IV, 29. MS. *γ*. Florr. 1. 2.

V. 236. *συμφορᾶς* ed. pr. Hervag. Stiblin. *συμφοράς* Brub. rell. et, si e silentio coniecturam facere fas est, Florr. Illud revocaverunt Reisk. Heath. Seidler. *ὅπου συμφορᾶς ἔχεις* non memini me usquam legere, *ὅπως συμφορᾶς ἔχεις* loquendi ratio est apud Tragicos non solum, sed etiam apud omnes scriptores graecos, usitatissima; et sic legi volebat Elmslei. in censura Herm. Suppl. *Classic. journ.* 17. p. 50. *ζῶσα* explicans *εἰ ζῇς*. Altera certe lectio *συμφοράς ἔχεις* vehementer friget. Fortasse tamen duo orationis membra in unum coaluerunt, *εἰ ζῇς, ὅπου τε ζῇς, καὶ ὅπως συμφορᾶς ἔχεις*.

V. 238. Ed. pr. *λύπαις τε συντέτηκας*. Heath. *γε* pro *τε*, Reisk. *συντετηκός*. Utrumque coniunxit Schaefer. Nam non novi aliquid subiicit Orestes, ut *τε* locum habere possit, sed causam addit cur *ξηρὸν δέμας* sit, *quippe quod moerore contabuerit*, quo ipso gravius quid additur. Ridicule Censor Ienens. Ephem. 1820. n. 33. p. 259. *τε weit besser, als das eingeflickte γε*.

V. 242. Flor. 1. *δέ* pro *δαί*. Vid. ad Hec. 1232. ubi vellem tamen servassem *τί δαὶ 'μέ;* Seidler. malit *τί δ' αὖ σύ*, manifestam enim esse sententiarum oppositionem. Si in oppositione *αὖ* necessarium est, in Hecubae quoque loco legendum est *τί δ' αὖ 'μέ;* non *τί δαὶ 'μέ* vel *τί δ' ἡμᾶς*. Quid vero aliud fratri tuo censes carius esse, quam te et patrem? Sed, quum hic tamdiu absit, dubitans Electra, an Oresti quidquam carius sit,

subiicit *At abest ille:* quod non faceret, si sororem et patrem amaret.

V. 245. Ed. pr. *ὦ ξένε*. Barnes. *ὦ ξεῖνε*.

V. 246. Margo Flor. 2. et Vict. *γρ. καὶ τινὶ, ἵν' ἦ ὁ νοῦς Μυκηναίων* (sic Iacobs. e Vict.) *τινί ἐγαμήθης*. Hoc recepi necessarium habens: *γαμεῖν τινά* dicitur, at semper *γαμεῖσθαι τινί*. De loco Medeae 265. vid. notam ad illum l.

V. 247. MSS. *α β*. *οὐχ ᾧ* id est *οὐχ ᾧ*, quod praefert Porson. Adv. p. 272. Hoc esse non potest, *non ei cui se me collocaturum esse pater sperabat*. Ita enim significaret, animo iam destinasse sponsum filiae Agamemnonem. Sed *ᾧ* debet esse pro *οἵῳ*, ut Suppl. 738. Plat. Gorg. p. 473. E. Euthyd. 283. D. Isocr. *π. ἀντιδ.* p. 230. C. ubi Bekkerus, Orellium secutus, glossam dedit *οἵοις* pro *οἷς*. Et *ὡς* potest e sq. v. ortum esse. Sed *ὡς* etiam convenit: *non splendide, quemadmodum se collocaturum esse filiam sperabat Ag.* ex quo ipso intelligitur, eam non nobili cuidam nuptam esse.

V. 249. Ed. pr. et Codd. *τηλορός*, quod analogiae repugnare, quum e *τῆλε* et *ὄρος* fieri debeat *τηλουρός*, Piersono Veris. p. 239. non credet is, qui *ὅμορος* meminerit, ex *ὁμοῦ* et *ὅρος* factum. Sed hôc solo loco illa forma legitur. Hinc Pierson. coni. *τῇδ' ὄρους*, *hac in parte montis*, melius Seidler. *τῆλ' ὄρος*, ut 208. *οὐρείας ναίουσ' ἐρίπνας*. Seidler. ad *τῆλε* supplet *ἄστεως*. mihi *τῆλ' ἐκείνου* iungenda videntur. Nunc tamen vereor, ne nimis ad arbitrium vocem *τηλορός* proscripserimus.

V. 250. Signum interrogandi post *δόμων* deleverunt Schaefer. et Seidler.

V. 254. Ed. pr. *ἤ σ' ἀναξιῶν*. Correxit Schaefer. cuius annotationem vid. apud Seidler.

V. 265. Edd. *τεκεῖν με βούλετ'*. Correxit Schaefer. et Porson. Adv. p. 272.

V. 266. Elmslei. ad Med. 787. not. n. Suspiciosum est *δῆθε* pro *δῆθεν*, quod si reponere quis vellet, haud male legere posset, *ὡς παῖδα δῆθεν μὴ τέκοις ποινάτορα*. Nullus hic locus ironiae, ad quam significandam

imprimis adhibetur δῆθεν. Fortasse scribendum ὥς δῆτα παῖδας, *nimirum ne pareres.*

V. 270. Flor. 1. 2. φίλαισι pro φίλαι σοι.

V. 272. Errare mihi videtur Seidler. comma post δῆτ᾽ transponens. Vid. quae monui ad Cicer. ap. pro S. Roscio §. 92. ad Hipp. 851.

V. 273. Notam interrogationis post ἀκμή cum Heathio posuit Seidler. quem vide. Elmslei. in *Edinburg. rev.* n. 37. p. 79. οὐ γάρ οὖν ἀκμή.

V. 274. δή om. Flor. 1.

V. 277. Pierson. Veris. p. 75. ταὐτῷ τε πελέκει γ᾽ ᾧ π. ἀπ. male: nam τε alienum est. De τῷ pro ᾧ vid. ad Herc. f. 249.

V. 278. Interrogationis notam in fine versus posuit Schaefer.

V. 292. Ed. pr. ἀμαθία. Musgr. e Stob. Tit. III. (p. 38. Gesn. 23. Grot.) ubi tamen Trincav. ed. ἀμαθία, dedit ἀμαθίᾳ.

V. 293. Ed. pr. σοφοῖσιν ἀνδρῶν· οὐ γάρ οὐδ᾽ ἀζ. primus e Stob. correxit Musgrav. alterum neglexit. Sed non recipiendum erat καὶ γάρ pro οὐ γάρ. Vid. Alc. 329. 344. 357. Sensus est: nimia sapientia v. c. si quis sapientis non esse putat misereri et idcirco omnem misericordiam ex animo eiicit, damno est hominibus.

V. 294. Ed. pr. γνώμην μὲν εἶναι. Stob. γν. ἐνεῖναι. Idem σοφόν pro σοφήν.

V. 296. Recte ἄστεως citat Elmslei. ad Soph. Oed. T. 762. ut Bacch. 795. Sic πόλεως disyllabum est supra v. 232.

V. 302. αὐλίζομαι. Schaefer. στολίζομαι. Sed vid. Seidler.

V. 306. tanquam parenthesin facit. Addit autem haec, quia puellam suas sibi ipsam vestes texere per se non indecorum est, sed ita demum, si alioqui nuda futura sit. ἤ est *alioqui.*

V. 308. MS. β. ἀνέροτος.

V. 309. Ed. pr. ἀναίνομαι δὲ γυν. δέ eiecit Barnes. Proprie ad se invicem referuntur αὐτὴ μὲν ἐκμοχθοῦσα,

— αὐτὴ δὲ — φορουμένη, ut haec participia e ναίω nexa sint. Sed, quum oratio interpellata sit parenthesi, simul ex αὐτὴ δὲ sqq. etiam pendent, αὐτὴ δὲ - - ἀναί-
ναῖκας
νομαι. Pro γυναῖκας Flor. 2. γυμνάς. ἀναίνομαι γυναῖκας est fugio mulierum coetum, quippe inter eas non referenda, earumque consortio indigna, ἀναίνομαι Κάστορα, fugio Castorem, quippe nec huius coniugio digna.

V. 311. ἔμ᾽ ἐμνήστευον Scalig. pro ἐμὲ μνήστευον.

V. 312. Elmslei. in *Edinburg. rev.* n. 37. p. 70. em. μ. δ᾽ ἐμὴ φρυγῶν μὲν ἐν σκυλ. μέν non sq. δέ legi etiam monens in Iph. A. 73. σκύλοις Φρυγῶν Troad. 575. Anapaestos hos defendit Porson. praef. Hec. p. XXIII.

V. 313. Hermanni praef. Hecub. p. LXIII. coniecturam πρὸς δ᾽ ἕδραισιν Ἀσίδες, probat Blomfield. ad Aesch. Pers. 275. πρὸς δ᾽ ἕδραις Scaliger. quod placet etiam Seidlero. Sed πρός cum accusativo etiam in quiete usurpatur. Soph. El. 930. τοῦ γάρ ἀνθρώπων ποτ᾽ ἦν Τὰ πολλὰ πατρὸς πρὸς τάφον κτερίσματα; Xen. Hell. II, 1, 25. ἐν λιμένι καὶ πρὸς πόλιν, ubi paulo ante erat πρὸς οὐδεμιᾷ πόλει. ἕδρας στατίζουσι, prope eam *sistunt* seu *collocant* sedes suas, i. e. prope eam sedes capiunt, ut verti posse putat Seidler. dici posset, si de mulieribus ingenuis, non de captivis, sermo esset.

V. 319. ἐν οἷς non est pro σὺν οἷς, ut cepit Blomfield. ad Aesch. Prom. 432. quod ne graecum quidem esset, σὺν σκήπτροις στρατηλατεῖν τινί, sed *quod sceptrum gestans*, sicut ἐν ἀκοντίοις διαγωνίζεσθαι Xen. Mem. S. III, 9, 2.

V. 322. Ed. pr. οὐ πάποτ᾽, οὐ χοάς. Pierson. Veris. p. 340. em. οὐ πώποτε χοάς, Thiersch. apud Seidl. οὔπω χοάς ποτ᾽, quod utrum ipse invenerit, an a Porsono Adv. p. 272. ad Arist. Pac. 1018. acceperit, non habeo dicere. Hoc ob suaviores numeros recepit Seidler.

V. 333. ὁ ἐκείνου τεκών. Vid. ad Alc. 167.

V. 343. Ed. pr. μὴ μόλοις. MSS. α et β. Flor. 1. 2. μὴ μόλῃς.

V. 347. ἁνήρ Schaefer. pro ἀνήρ. ἔστι Seidler. pro ἐστι.

V. 361. δυςγενές ex emendatione Canteri pro δυςμενές recepit Seidler.

V. 362. ἁνήρ Schaef. et Seidl. pro ἀνήρ.

V. 368. Brub. χρηστὰ δ' ἐκ, quod cur praetulerit Seidler. non intelligo.

V. 369. λιμόν τ'. Vid. Add. ad Suppl. p. 300. T. VII. p. 508.

V. 371. Flor. 2. κρίνῃ.

V. 372. δ' ἄρα Musgrav. vitio, puto, operarum.

V. 374. διδάσκει γ' ἄνδρα ed. Vict. Flor. Brub. rell. διδάσκει δ' ἄνδρα tres MSS. Musgr. Flor. 1. 2. ut habere videtur ed. Vict. Rom. Tum ἄνδρα χῇ χρεία Toup. em. in Suid. T. II. p. 384. ob versum a Suida v. χρεία citatum, χρεία διδάσκει κἂν ἄμουσος ᾖ σοφὸν Καρχηδόνιον, quem ad Menandri Καρχηδόνιον referunt Toup. l. c. et Wyttenbach. bibl. crit. III, 2. p. 13. Vid. Meineke ad Menandri fr. p. 93. qui versum laudat ex Eurip. Telepho fr. XIX. Musgr. χρεία διδάσκει, κἂν βραδύς τις ᾖ, σοφόν. Hunc versum ante oculos habuisse videtur Menander, non nostrum.

V. 376. ἀγαθός edd. ante Seidl. qui in ed. princ. i. e. Rom. scribi dicit ὦ ἀγαθός. Cf. Suppl. 853.

V. 378. ἁνήρ Seidl. pro ἀνήρ.

V. 379. MS. β. ὀγκώμενος, unde Musgrav. legendum suspicatur ὀγκούμενος, male. vid. Seidler.

V. 381. οὐ μὴ φρονήσεθ'; si interrogative haec legas, ut volunt Elmslei. ad Eur. Med. 1120. et Hermann. ad Elmsleii Med. p. 389 sqq. ed. Lips. nihil aliud esse potest, nisi οὐκ ἄφρονες ἔσεσθε; i. e. ἄφρονες ἐστέ· μὴ φρονεῖτε. In his quis commodus sensus insit, equidem fateor me non intelligere. Aptius erit οὐ μὴ φρονήσετε, sine interrogatione, pro οὐ φρονήσετε accipere, ut explicavi ad Hipp. 212. *nequaquam sapietis.* Tum κρινεῖτε ob praegressum futurum positum est pro imperativo. Eadem leguntur apud Stob. Tit. 84. p. 492. Gesn. Tit. 86. p. 353. Grot. ubi Trincav. et Gesn. φρονήσηθ'. v. 383. Trinc. κρίνετε.

V. 385. Stob. τοιοίδε pro τοιοῦτοι.

V. 385. Stob. βροτῶν pro φρενῶν, quod correxit Gataker Opp. crit. p. 511. E. F.

V. 386. Ed. pr. δορί. Stob. δόρυ, ut coniecerat Reisk. Sq. v. μένει recte contra Tyrwhitt. qui θένει, defendit Seidler.

V. 389. ὁ παρών, nimirum ἔργῳ, ὁ οὐ παρών, λόγῳ, i. e. *sive adsit, sive absit*, ut v. 405. Plat. de Leg. VIII. p. 831. D. πᾶσαν τέχνην καὶ μηχανὴν, καλλίω τε καὶ ἀσχημονεστέραν, ἐθέλειν ὑπομένειν.

V. 393. πλουσίου intellige μὴ προθύμου.

V. 395. ἐβουλόμην δ' ἄν, εἰ dictum esse videtur pro ἐβουλόμην δ' ἄν, εἰ οἷόν τ' ἦν, κασίγνητον σόν με ἄγειν.

V. 405. ὁμῶς recte Seidler. στέρξουσ' est ex emend. Hartungi apud Stiblin. pro στέξουσ'. et sic Flor. 1. 2. Vict. — ἔν τε μικροῖς ἔν τε μή, sive tenuia sint sive non tenuia i. e. larga, quae apponuntur. vid. ad 389. Nescio quamnam hic negligentiam reperire sibi visus sit Seidler.

V. 406. Ed. pr. Brub. Cant. Musgr. ἐπεὶ νῦν. Barn. Seidl. ἐπεί νυν.

V. 407. παλαιὸν τροφόν non magis Graece dici posse quam παλαιὸν παρθένον censens Elmslei. in *Quart. rev.* 14. p. 447. coni. παλαιὸν τροφέ' ἐμοῦ. Cf. ad Herc. f. 45.

V. 407. MS. β. ἐμὸν φίλον πατρός. Flor. 1. 2. etiam ἐμόν. Ita paedagogus maiori cum emphasi, quam par erat, vocaretur, nec comparari potest v. 283. Tamen ἐμὸς φίλος πατήρ, dubito num alibi legatur pro ἐμὸς πατήρ vel φίλος πατήρ. An ἐμόν verum? πρὸς οἰκέτην ἐμὸν, τροφὸν φίλον πατρός.

V. 408. Ταναόν scribendum videtur Siebelisio ad Paus. p. 267. nescio qua de causa.

V. 410. πόλεος Musgr. pro πόλεως.

V. 411. Ed. pr. κέλευε δ' αὐτὸν τόνδ', εἰς δ. αφ. τόνδ' deleverunt Scaliger. et Barnes. nec legitur in Florr.

V. 412. ἐλθεῖν pleonastice adiectum est sq. τε, ut ap. Plat. Rep. VIII. p. 550. B. ἦλθε καὶ παρέδωκε. vel

iunge *ἀφιγμένον ἐλθεῖν* ut Soph. Oed. C. 1164. *ἐλθεῖν μολόντα*. Seidler. vertit: domum suam reversum e pascuis, quod inutiliter adiectum esset, etiam ambigue dictum.

V. 416. Flor. 1. 2. *ἀγγεῖλαι μὲν ἄν*.

V. 422. MSS. *α β γ* Flor. 1. 2. *τοσαῦτά γ' ἐν δόμοις*, nisi quod *γ τοσαῦτο*. quod non praetulerim vulgatae cum Seidlero. Etsi enim *γε* post *τοσοῦτο* accommodatissimum est, *tantum certe*, proprius tamen ei locus est vs. sq. in *ἕν γ' ἐπ' ἦμαρ*. Nec probabile est librarium, quum scriptum invenisset *τοσαῦτά γ' ἐν δ.*, id mutasse in *τοσαῦτα τἀν δ.* Lenting. p. 113. *τἀν* pro *τε ἐν* vel *τε ἄν* accepisse videtur.

V. 424. Ed. pr. *γνώμῃ πέσοι*. Schaef. *πέσῃ*. Stob. Tit. 89. p. 501. Gesn. 91. p. 367. Grot. *γνώμης πέσω*, unde Seidler. fecit *γνώμῃ πέσω*, id est *εἰς γνώμην*. Ita *γνώμη* esset *meditatio, consideratio?*

V. 426. Edd. *ξένοις τε δ.* Plutarch. T. II. p. 33. C. et Stob. *φίλοις τε δοῦναι*. At *ξένοις* haud dubie legit Dio Chrys. p. 117. B. *ἀνδρὶ δὲ πένητι μὴ φαύλῳ τὴν φύσιν ἀρκεῖ τὰ παρόντα· καὶ τὸ σῶμα μετρίως ἀσθενήσαντι, τοιούτου ποτὲ νοσήματος ξυμβάντος, οἷά περ εἴωθε γίγνεσθαι τοῖς οὐκ ἀργοῖς οὐδὲ ἑκάστοτε ἐμπιπλαμένοις ἀνακτήσασθαι, καὶ ξένοις ἐλθοῦσι δοῦναι προσφιλῆ ξένια κ. τ. λ.* Cf. p. 118. B. 114. A. B. quae loca attulit Wyttenbach. ad Plut. p. 281. Itaque *ξένοις* non debebam mutare, quod etiam ad praesentem rerum statum accommodatius.

V. 427. Plut. *δαπάναις ἰσῶσαι*, quod post Gataker. adv. misc. p. 522. C. e libris correxit Wyttenb. non probante, ut videtur, Porsono Adv. p. 272. Tum *ἐφημέρου βορᾶς* Stob.

V. 429. Stob. *καὶ πένης*, quod non multum abfuit quin praeferret Seidler. Equidem loca aliorum citantibus antiquis non tantum tribuo.

V. 433. *Νηρῄδων* Seidler. pro *Νηρηΐδων*. Cf. Hermann. elem. d. m. p. 566 sq.

V. 434. Flor. 1. 2. *κυανεμβόλοις*.

V. 437. *Ἀχιλῆ* Heath. pro *Ἀχιλλῆ*.

V. 438. Legebatur *Τροίας*. Seidl. *Τρωΐας*.

V. 440. *Εὐβοΐδας* malebat Seidler. pro *Εὐβοΐδας*, ut Heracl. 83.

V. 441. *χρυσέων ἀκμόνων μόχθους*, quasi incudes ipsae in iis armis fabricandis laboraverint. *μόχθους τευχέων*, quia eae *ἐμόχθησαν τεύχεα*. *μόχθους ἀσπιστὰς τευχέων* pro *μ. ἀσπιστῶν τευχέων* i. e. *ἀσπίδων*.

V. 445. Vix credibile, *Νυμφαίας σκοπιάς* factum esse è *Νυμφᾶν σκοπιάς*, quod Seidlero reponendum videtur. Non raro autem adiectiva a nominibus personarum ducta pro genitivis horum nominum ponuntur.

V. 446. *κόρας μάτευσ'* quid sit, nemo aperuit, nec ego declarare possum.

V. 448. *εἰνάλιον* Seidler. pro *ἐνάλιον*.

V. 451. Flor. 1. 2. *τινές* pro *τινός*.

V. 456. Porson. adv. p. 272. legendum coni. *περιδρόμῳ μὲν ἐν ἴτ. ἕδρᾳ*, quo metrum pessumdatur.

V. 457. *λαιμοτόμαν* cum Seidlero scribere non ausim, donec eius formae exemplum proferatur. *λαιμοτόμον* ultima producta defendas, si quod ab epicis fit, idem in glyconeo, qui ipse etiam ad genus dactylicorum pertinet, licuisse dicas. Vid. Hermann. ad Soph. El. 144. Monuit Censor Ienensis.

V. 467. *τροπαῖοι* Barn. pro *τροπαίοις*.

V. 468. *χρυσοτύπῳ* Seidler. pro *χρυσεοτύπῳ*. Cf. Elmslei. ad Med. 954.

V. 473. Pro *θορῶσα* Canter. *ἀροῦσα*, Heath. *θοροῦσα*, Milton. *θηρῶσα*, Both. *ὁρῶσα*. Quomodo legendum sit, latet.

V. 474. *δόρει* pro *δορί* ex Herm. emendatione apud Erfurdt. ad Soph. Ai. p. 628. edidit Seidler.

V. 478. *ἄλεχεα* edd. et Codd. quod vitiosum esse persuasum habens Seidler. scripsit — *ἔκανες ἀνδρῶν, Τυνδαρὶ, σὰ λέχεα* i. e. *σὸν πόσιν*, quia in sqq. sit allocutio. Adeone insolens est a tertia persona, crescente affectu, ad allocutionem transiri? Itaque scripsi *ἃ λέχεα*, *suum maritum*, quod idem Seidler. proposuit. *λέχη* de coniuge legitur Hel. 784. 974. Andr. 891. sicut *λέκτρα*

Andr. 910. sed ita ut simul *coniugium* cogitari possit; quod hic fieri non potest. Schaefer. apud Seidler. de verss. dochm. p. 26. et in indice Greg. Cor. v. ἰσολεχής comparat ἀλεχής cum αἰνολεχής, et ἀλεχέα scribendum censet. At adiectiva ex α privativo et nomine composita non per se *infelicem* significant, sed cum nomine eiusdem vel stirpis vel significationis iuncta, ut νύμφη ἄνυμφος, παρθένος ἀπάρθενος, non γυνὴ ἄνυμφος, θυγάτηρ ἀπάρθενος dicitur. Sic λέχη ἀλεχέα dici posse videtur, at non ἄναξ ἀλεχής. Ita facilius, quomodo legi non possit, quam quomodo legendum sit, dicas.

V. 481. Ed. pr. Brub. Cant. Musgr. ἔτι ἔτι. Alterum ἔτι delevit Barn. ἔτ' ἔτι Seidler.

V. 482. ὄψομ' ed. pr. ὄψομαι ex em. Erfurdtii ad Soph. Ai. 190. Seidler. nec tamen opus videtur. Vid. ad Herc. 414. Vox ferax fuit soloecismorum. Scalig. enim coni. ὄψοιμ', Barn. ὄψωμ'. De ἄν cum futuro vid. ad Androm. 465. Heracl. 764. *fortasse videro* vertit Erfurdt.

V. 484. Pierson. Veris. p. 242. pro ἥν legi vult ὅν ob v. 285. 502. Sed nihil impedit, quominus Electram quoque et Orestem ab eodem nutritos esse dixerit Euripides.

V. 486. ῥυσσῷ. vid. ad Suppl. 48.

V. 487. Ed. pr. ἐξελεικτέον. ἐξελκτέον est ex Hartungi apud Stiblin. p. 663. emendatione, quam secuti sunt Commelin. Barnes. rell. Vid. ad Andr. 1098. Tres MSS. Musgr. Florr. 1. 2. ἐξελεκτέον.

„ VII—IX. Herodoti Halic. historiarum libri IX. 3 Tomi. (à 17 Gr.)	2	3
Idem liber charta perg.	4	6
Tom. 1. Clio. Euterpe. Thalia.		
„ 2. Melpom. Terpsich. Erato.		
„ 3. Polyhym. Urania. Calliope cum vita Homeri.		

Thlr. Gr.

Tom. X. Xenophontis Expeditio Cyri . . . . . — 12
Idem liber Charta perg. . . . . 1 —
= XI. Xenophontis historia graeca (Hellenica) — 12
= XII. Xenophontis Memorabilia et apologia Socratis . . . . — 9
= XIII. Xenophontis Opuscula polit. equestr. et venat . . . . — 8
= XIV. XV. Thucydides de bello Pelop. L. VIII. 2 Tomi. (à 18 Gr.) 1 12
Tom. 1. Lib. 1 — 4.
= 2. = 5 — 8.
= XVI — XXIV. Plutarchi vitae parall E rec. G. H. Schaeferi. (In marg. nott. pagg. edit. Francofurt. formae max.) 9 Tomi. (à 12 Gr.) 4 12
Tom. 1. Theseus. Romul. Lycurg. Numa, Solon. Poplic.
= 2. Themistocl. Camill. Pericl. Fab. Max. Alcib. Coriol.
= 3. Timol. Aemil. Paul. Pelop. Marcell. Aristid. M. Cato M.
= 4. Philopoem. Flamin. Pyrrh. Marius. Lysand. Sylla.
= 5. Cimon. Lucullus. Nicias. M. Crass. Sertor. Eumen.
= 6. Agesil. Pompej. Alex. M.
= 7. Iul. Caes. Phoc. Cato Min. Agis. Cleomen.
= 8. Tib. et C. Gracch. Demosth. Cicero. Artax. Demetr. Anton.
= 9. Dion. Brutus. Aratus. Galba. Otho.
= XXV. Herodiani historia rom. . . . . — 12
= XXVI—XXXIII. Platonis Opera. Ad fidem codd. Flor. Paris. Vindob. Zittav. al. emendavit G. Stallbaum. In marg. notatae sunt paginae edit. Stephan. . . . . .
(Singuli tomi 18 Gr.)
Tom. 1. Euthyph. Appl. Socr. Crito. Phaedo. Theag. Amat. Theaet.
= 2. Sophista. Euthyd. Protag. Hipp. min. Cratyl.

Thlr. Gr.

Tom. 3. Gorgias. Phileb. Meno.
= 4. Alcib. 1. 2. Charmid. Lach. Lysis. Hipparch. Menex. Politic. Minos.
= 5. De Republica.
= 6. De Legibus et Epinom.
Tom. XXXIV — XXXVIII. Demosthenis Opera. In marg. notatae sunt paginae edit. Reiskianae. 5 Tomi 3 3
(Singuli tomi 15 Gr.)
Tom. 1. Olynth. Philipp. I. De Pace. Philipp. II. De Halon. De Cherson. Philipp. III. IV. Oratio adv. epist. Phil. Philippi Epist. De contrib. De Symmor. De Rhod. libert. De Megalopol. De foed. Alex. De Corona.
= 2. De falsa legat. Adv. Lept. Contra Mid. Adv. Androt.
= 3. Adv. Aristocr. Adv. Dimocr. Adv. Aristogit. I. II. Adv. Aphob. III. Adv. Onetor. II. Orat. in Zenot. In Apatur.
= 4. Orat. in Phorm. In Lacrid. Pro Phorm. In Pantaen. In Clausim. In Boet. de nomine. In Boet. de dote. In Spud. In Phaenipp. In Macartat. In Leochar. In Steph. 1. 2. In Everg. In Olympiad. In Timoth.
= 5. Oratio in Polycl. Or. pro corona trier. In Callipp. In Nicostr. In Conon. In Callicl. In Dionysod. In Eupuliten. In Theocrin. In Neaer. Orat. funeb. Amator. Prooemia. Epistolae.
= XXXIX. Isaei Orat. Opera. In marg. notatae sunt pagg. edit. Reisk. Acc. ej. Oratio de Meneclis hered. prim. ed. T. Tyrwhitt. et ej. Oratio de hered. Cleon. ed. ab A. Maio . . . . — 12
= XL. Lysiae Orat. Opera. Annotatae sunt pagg. edit. Reisk. . . . . — 12

SCHOLIA.

	Thlr.	Gr.
Tom. I. Procli Scholia in Plat. Cratylum ed. et adj. J. F. Boissonade	—	12

BIBLIOTHECA CLASSICA ROMANA.

Horatius	—	12
" " Charta script.	—	16
Virgilius	—	15
" " Charta script.	—	20

Lugduni Batavorum, apud S. et J. Luchtmans. Londini, apud J. Bohn. Black Young et Young. Cantabrigiae Americanorum, apud Cummings Hilliard et Soc. Mediolani, apud C. Brizzolara. Florentiis, apud G. Piatti. Romae, apud Mar. de Romanis. Parisiis, apud De Bure Fratres. Edinburgi, apud T. Clark.

VOLUME 9

M. L. Earle

EURIPIDIS
TRAGOEDIAE
ET
FRAGMENTA.

RECENSUIT
INTERPRETATIONEM LATINAM CORREXIT
SCHOLIA GRAECA E CODICIBUS MANUSCRIPTIS
PARTIM SUPPLEVIT PARTIM EMENDAVIT

AUGUSTUS MATTHIAE.

TOMUS NONUS.

LIPSIAE.
APUD IOA. AUG. GOTTLOB WEIGEL
MDCCCXXIX.

PRAEFATIO.

In fragmentis*) Euripidis congerendis illud imprimis spectavi, ut eo ordine collocarentur, ex quo, quae fabularum ipsarum descriptio atque *οἰκονομία* fuisset, perspici posset. Hoc tum ex ipsorum fragmentorum sententia, raro tamen, tum e locis scriptorum, qui fragmenta illa attulerunt, tum ex Hygini fabularum congerie in plerisque coniicere licebat, ita tamen ut nonnulla aliter etiam ab aliis ordinari possent; quod ubi vel factum erat, vel fieri poterat, rationem plerumque reddidi, cur mihi eo, quo feci, ordine ponenda viderentur. Hinc non nudos poëtae versus posui, sed etiam scriptorum, qui eos servarunt, verba addidi, e quibus saepe perspici potest, quo tragoediae loco fragmentum quodque lectum fuerit, quo nexu cum reliquis cohaeserit, a quo pronun-

*) *Fragmenta* dicere malui, quam *reliquias*, quia hae omnia antiquorum scriptorum opera significant, quae relicta sunt et servata, ut Euripidis integras etiam fabulas sic appellare liceat, *fragmenta* autem dicimus operum, quae quondam integra fuerunt, quasi navis fractae, lacera membra. Antiqui autem, ut rem non habuerunt, sic nec nomen quaesiverunt.

tiatum sit. Fragmenta ea, quae certarum tragoediarum nullam notam habebant, eo ordine collocavi, quem Musgravius instituerat, tum quod nullam certam normam habebam, ad quam ea melius digererem, tum ut in hac etiam editione facile inveniri possent, quae e Musgraviana citantur; secrevi tamen et ea, quae non ab omnibus Euripidi tribuuntur, quaeque *fragmenta incerta* appellavi, et quae tantum e coniectura Virorum doctorum ad illum auctorem referuntur, seu *fragmenta dubia*. Sed in his tamen me nonnunquam ob negligentiam errasse sero intellexi, ut in *fragm. incert. tragoed.* CCXXIX. usque ad CCXXXIII. quae inter *fragm. incerta* referenda erant; fr. etiam CCLII. suus inter *fragm. dubia* locus erat, unde iterum illud adscripsi *fr. dub.* XXV. Versus poëtae ipsi ut emendatiores legerentur, sedulo operam dedi; rarius tamen, quam vellem, hoc mihi contigit ingenii vitio, quod ad locos scriptorum coniectura sanandos parum idoneum est, et ad dubitandum propensius. Non deerunt tamen, spero, qui ea, quae adhuc vitiosa sunt, commode vel explicent vel emendent.

Altenburgi
Cal. Februar. 1829.

DE FRAGMENTIS EURIPIDIS.

Euripidis tragoedias, praeter duodeviginti eas, quae supersunt, Fabricius in biblioth. graeca enumerat centum et tres. Sed in iis nonnullae sunt, quarum tituli tantum duo diversi fuisse videntur, ut *Βάκχαι* et *Πενθεύς*, *Ἱππόλυτος* et *Φαίδρα*. Eodem modo recte Musgravius Glaucum non diversam esse a Polyido suspicatus est. Cf. Elmslei. ad Med. argum. not. k. Welcker de Aeschyli trilog. p. 340. not. Atrei nomine inscriptam Euripidis tragoediam nullam fuisse, sed hoc personae nomen esse in Cressis vel in Thyeste productae iam Bentlei. ep. ad Mill. p. 471 sq. et Barnesius monuerunt p. 458. et post eos Heath. lect. ad Eurip. p. 166. Valck. diatr. p. 12. Brunck. ad Soph. fr. p. 669. ed. min. Porson. ad Eurip. Orest. 1001. Ita *Πασιφάη* persona erat in Cressarum fabula, *Κλυμένη* in Phaethonte; Polynicen fabulam falso e loco Luciani T. III. p. 288. *ὁ Εὐριπίδου Πολυνείκης* exsculpserunt, quum locus ibi citatus sit in Phoenissis, sed a Polynice pronuntiatus, ut locus apud Stob. tit. 37. p. 226. Gesn. 39. p. 157. Grot. inter Iocasten et Polynicen divisus est. *Πολύδωρος* et *Πολυξένη* Hecubam significant. *Κερκύων* eadem est quae Alope. vid. Valck. diatr. p. 12. Qui locus tanquam ex Euripidis Capaneo citatus putabatur, est ex eiusdem Suppl. 862. Vid. Valcken. diatr. p. 17. Boeckh de tragicis gr. p. 227. Sic etiam quae fabula Alexander appellabatur, ab aliis vocabatur Alexandra. *Ἑλένης ἀπαίτησιν* confictam esse a Barnesio ostendit Pierson. ad Moerid. p. 172 sq. Heath in Eurip. p. 168. *Oileum* tragoediam Euripidis nullam fuisse docuit Harles ad Fabric. T. II. p. 252. n. 63. alio loco *ἐν Συλεῖ* legendum. Alii fabularum tituli falsis lectionibus originem debent, ut *Αἶγες* pro Aegeo, quod iam monuerunt Meursius et Barnes. P. II. p. 517. *ἐν Διδύμοις* apud Stob. pro *ἐν Λικυμνίῳ*. vid. Valck. diatr. p. 17.

Θεμιστοκλῆς pro Cresphontes, *Κλεοφόντης* pro eodem. *Εὐριπίδης ἐν Κλεισί* pro *ἐν Κρησί* apud Erotian. *Κτύμενος* apud Clementem pro *Τήμενος*. Idem nomen alibi corruptum in *Τίμαιος* abiit. Pro *Κυρίαις* apud Hesych. nunc legitur *Σκυρίαις*. *Ἀλεάδας*, *Εὐρώπην*, *Καρκίνον*, *Μενησίαν*, *Μετουσίαι*, *Νεοπτόλεμον*, *Νιόβην*, *Σκύλλαν*, *Τρῶας* e numero fabularum Euripidis exemerunt Bentleius, Valcken. alii. Vid. Valcken. diatr. c. II. Praeter istas Elmslei. ad Med. argum. p. 71. ed. Oxon. eiicit etiam *Θεριστάς* et *Λαμίαν*. Ita relinquuntur tragoediae deperditae quinquaginta septem, vel. si *Θεριστάς* numeres, 58. (*Αἰγεύς*, *Αἴολος*, *Ἀλέξανδρος*, *Ἀλκμαίων ὁ διὰ Ψωφῖδος*, *Ἀλκμ. ὁ διὰ Κορίνθου*, *Ἀλκμήνη*, *Ἀλόπη*, *Ἀνδρομέδα*, *Ἀντιγόνη*, *Ἀντιόπη*, *Ἀρχέλαος*, *Αὔγη*, *Αὐτόλυκος*, *Βελλεροφόντης*, *Βούσιρις*, *Δανάη*, *Δίκτυς*, *Ἐρεχθεύς*, *Εὐρυσθεύς*, *Θησεύς*, *Ἰνώ*, *Ἰξίων*, *Ἱππόλυτος*, *Κάδμος*, *Κρεσφόντης*, *Κρῆσσαι*, *Κρῆτες*, *Λαμία*, *Λικύμνιος*, *Μελανίππη*, *Μελέαγρος*, *Ξάντριαι*, *Οἰδίπους*, *Οἰνεύς*, *Οἰνόμαος*, *Παλαμήδης*, *Πειρίθους*, *Πελιάδες*, *Πηλεύς*, *Πλεισθένης*, *Πολύϊδος*, *Πρωτεσίλαος*, *Ῥαδάμανθος*, *Σθενέβοια*. *Σίσυφος*, *Σκίρων*, *Σκύριαι*, *Συλεύς*, *Τέννης*, *Τήλεφος*, *Τημενίδαι*, *Ὑψιπύλη*, *Φαέθων*, *Φιλοκτήτης*, *Φοῖνιξ*, *Φρίξος*, *Χρύσιππος*.) quibus si duodeviginti superstites addideris, confeceris summam tragoediarum septuaginta sex. At Suidas septuaginta quinque vel septem ei tribuit, Grammaticus ab Elmsleio editus ad calcem Baccharum septuaginta octo, quarum spurias esse tres, Tennem, Rhadamanthum, Pirithoum. In inscriptione marmoris antiqui, edita a Winckelmanno *monumenti ined.* nr. 168. Cf. *Galerie du Musée Napoléon* par Filhol T. VIII. tab. 540. triginta sex tantum Euripidis tragoediae commemorantur, *Ἄλκηστις*, *Ἀρχέλαος*, *Αἰγεύς*, *Αἴολος*, *Ἀλόπη*, *Ἀντιγόνη*, *Ἀλκμαίων*, *Ἀνδρομέδα*, *Ἀλέξανδρος*, *Αὐγή*, *Ἀνδρομάχη*, *Ἀντιγόνη* (f. *Ἀντιόπη*), *Αὐτόλυκος*, *Βάκχαι*, *Βελλεροφόντης*, *Βούσειρις*, *Δίκτυς*, *Δανάη*, *Εἰφιγένεια*, *Ἑλένη*, *Εἰνώ*, *Ἑκάβη*, *Ἐρεχθεύς*, *Εὐρυσθεύς*, *Ἐπεός*, *Κρῆτες*, *Κρῆσσα* (sic) *Κρεσφόντης*, *Κύκλωψ*, *Λικύμνιος*, *Μελάνιππος*, *Μήδεια*, *Μελέαγρος*, *Οἰνεύς*, *Οἰδίπους*, *Ὀρέστης*, in quibus novem superstites. Sed lapis ille mutilus est et post *Ἐπέος* et post *Ὀρέστης*. *Epei* tragoediae nullum aliud vestigium est, ut hic error eius esse videatur, qui titulos marmori

incidit. Praeterea vero nulla ex iis tragoedia commemoratur, quas suspectas vel confictas esse supra memoravi, ne Lamia quidem vel *Ξάντριαι*, de quarum hac Valcken. quoque dubitabat, ut is, qui hos titulos insculpendos curavit, homo satis peritus fuisse videatur. Memorabile etiam, quod una tantum Iphigenia commemoratur; ex quo colligi potest, Iphigeniam Tauricam pro genuina Euripidis tragoedia habitam esse, Aulidensem omissam esse, quia haec post eius mortem demum in scenam producta sit. Eiusmodi autem inscriptiones a serioribus demum, Romanis hominibus, sed e virorum doctorum tamen libris, compositas esse recte monere videtur Boeckh. ad Inscript. gr. T. I. p. 349 sq. De marmore illo elegans est disputatio Osanni in Wolfii Anal. T. II. p. 527 sqq.

EX AEGEO.

Argumentum fabulae optime illustravit Elmsleius ad Eurip. Med. argum. p. 66. loco Apollodori I, 9, 28. *Μήδεια δὲ ἧκεν εἰς Ἀθήνας, κἀκεῖ γαμηθεῖσα Αἰγεῖ παῖδα γεννᾷ Μῆδον. ἐπιβουλεύουσα δὲ ὕστερον Θησεῖ, φυγὰς ἐξ Ἀθηνῶν μετὰ τοῦ παιδὸς ἐκβάλλεται.* Cf. Diod. Sic. IV, 55 sq. qui capite 56. Medum ex Aegeo susceptum narrasse *τοὺς χαρίζεσθαι βουλομένους Ἀθηναίοις* commemorat, et *διὰ τὴν τῶν τραγῳδῶν τερατείαν ποικίλην τινὰ καὶ διάφορον ἱστορίαν περὶ Μηδείας ἐξενηνέχθαι.* Paulo aliter fabulam ex Cratete narrat Schol. Il. λ', 740. Cf. Heyn. ad Apollod. l. c. Medeae personam in Aegeo fuisse iam Valckenaer. in nota MS. e Schol. Eur. Med. 169 colligit, *τοῦ Εὐριπίδου μήτε ἐνταῦθα, μήτε ἐν τῷ Αἰγεῖ δηλώσαντος τὸν Ἄψυρτον ὀνομαστί.*

I. Schol. Aristoph. Av. 494. *ἐς δεκάτην γάρ ποτε.* *ὅτι τὴν δεκάτην εἱστίων ἐπὶ τοῖς γεννηθεῖσι καὶ ἐν αὐτῇ τὰ ὀνόματα ἐτίθεντο τοῖς παισὶ, καθάπερ Εὐριπίδης ἐν Αἰγεῖ·*

Τίς σε μᾶτερ ἐν δεκάτᾳ τόκον ὠνόμαζεν.

Cf. Suid. v. *δεκατεύειν*, qui versum sic citat (ed. Mediol. Basil.) *τίς σε μάτερ ἐν δεκάτα τοῦ τόκου ὠνόμαζεν.* Verba in unum trimetrum conclusit Scaliger ad Varron. p. 160. *Τίς σ' ὠνόμαζεν τῇ δεκάτῃ μήτηρ τόκον.* Quam emendationem vituperans propter anapaestum in quartam sedem admissum Toup. Emend. in Suid. T. I. p. 113. quia Suidas (non schol. Arist.) habeat *τοῦ τόκου*, legendum censet: *τίς ὠνόμαζέ σε δεκάτῃ μήτηρ τόκου;* *Quae tibi nomen imposuit mater decimo partus die*, quam emendationem recepit Boisson. Scribi vero etiam posse *τίς ὠνόμαζέ σε δεκάτῃ 'πὶ τῷ τόκῳ Μήτηρ;* idem enim esse *δεκάτην τόκου* et *δεκάτην ἐπὶ τῷ τόκῳ.* Porson autem in Append. p. 441. verba Euripidis metri

iambici nullam speciem habere monet, et ex melicis petita esse credit propterea quod Dorismi haud obscura in *μᾶτερ* et *δεκάτᾳ* vestigia appareant. Elmsleius in nota l. c. legendum dicit: *τίς σε μάτηρ ἐν δεκάτᾳ τόκον ὠνόμασε;* i. e. *cuius mulieris filius es?* Mihi aptior videtur interrogatio: *quo te nomine mater appellavit?* -- *Τί σε μάτηρ ἐν δεκάτᾳ Τόκον ὠνόμασεν;* anapaesticus cum dimidio ut haec verba sint chori ad Theseum advenientem, et *τί δέ* habet ed. Ald. Schol. Arist.

II. (X. Musgr.) Clem. Alex. Strom. VI. p. 742, 18. (p. 622. A. Sylb.)

Ποίαν σε φῶμεν γαῖαν ἐκλελοιπότα
πολυξενοῦσθαι; γῆ δὲ τίς πάτρας θ' ὅρος;
τίς ἐσθ' ὁ φύσας; τοῦ κεκήρυξαι πατρός;

Pro *πολυξενοῦσθαι*, „verbo minime Graeco," Valcken. ad Phoen. 34. rescribendum censet *πάλαι ξενοῦσθαι*, et correctionem contra Heathium Lection. in Tragic. T. II. p. 162. defendit ad Hippol. 1085. *πάλαι* cum *ἐκλελοιπότα* iungendum monens. Sed unde sciebat qui sic interrogabat, advenientem *πάλαι γαῖαν ἐκλελοιπέναι?* Facilior est Musgravii lectio *πόλει ξενοῦσθαι.* Ceterum hoc fragmentum cum superiore iungendum esse iam Scaliger vidit ad Varron. l. c. Mihi autem illud praeponendum videbatur, ut haec verba essent Medeae Choro supervenientis.

III. (IV.) Stob. Tit. 38. Gesn. p. 226. Grot. p. 155. et Gaisf.

Τί γὰρ πατρῴας ἀνδρὶ φίλτερον χθονός;

Nam quid paterno dulcius tandem solo? Grotius vertit. Videntur esse verba Thesei, ut et sequentia.

IV. (VI.) Stob. Tit. 45. p. 322. Gesn. 47. p. 181. Grot. Gaisf. ibid.

Ἀνδρὸς δ' ὑπ' ἐσθλοῦ καὶ τυραννεῖσθαι καλόν.

Perferre regnum rege sub iusto iuvat. Lemma e Paris. A. addidit Grotius.

V. (II.) Stob. Tit. 7. p. 86. Gesn. p. 45. Grot.

Ἔστι καὶ πταίσαντ' ἀρετὰν
ἀποδείξασθαι θανάτῳ.

Est ut morte aliquis sua Virtutem doceat cadens. His verbis Theseus animum ad quaevis pericula subeun-

da paratum et vel mortem prae gloria contemnentem declarasse videtur.

VI. (IX.) Stob. Tit. 117. p. 599. Gesn. 119. p. 487. Grot.

— — — — κατθανεῖν δ' ὀφείλεται
καὶ τῷ κατ' οἴκους ἐκτὸς ἡμένῳ πόνων.

Morti debitus Etiam laborum qui sedet liber domi. Verba κατθανεῖν ὀφείλεται illustravit Wyttenbach. ad Plutarch. p. 726.

VII. (VII.) Stob. Tit. 84. p. 493. Gesn. 86. p. 355. Grot. et Gaisf.

ἦ που κρεῖσσον τῆς εὐγενίας
τὸ καλῶς πράσσειν.

Non nobilitas tanti est, quanti Vivere recte. ἦ που pro ἤ που et εὐγενίας Valcken. ad Phoen. 1475. ἦ πολὺ Elmsleius ad Med. p. 66. not. a.

VIII. (III.) Stob. Tit. 34. p. 215. Gesn. p. 141. Grot.

Εἰ μὴ καθέξεις γλῶσσαν, ἔστι σοι κακά.

Linguam nisi tenebis, impendent mala. καθέξῃς toleratum fuit usque ad Porson. qui correxit Advers. p. 274. ubi ἔσται pro ἔστι scribi iubet. „ἔσται praeceperat ed. Francof.“ *Gaisf.* Videntur esse verba Thesei, Medeam post patefactas insidias increpantis. Eodem pertinet

IX. (V.) Stob. Tit. 71. p. 432. Gesn. p. 73. p. 307.

Δειλῶν γυναῖκες δεσποτῶν θρασύστομοι.

Viri paventis uxor audacissima est.

X. (VIII.) Stob. ibid.

Πέφυκε γάρ πως πᾶσι πολέμιον γυνὴ
τοῖς πρόσθεν ἡ ζυγεῖσα δευτέρῳ πόσει.

Odit priores mulier affectus suos, Postquam secundo foederi implicuit fidem. Pro πᾶσι Musgr. παισί, quod res ipsa postulat. Pro πολέμιον Gaisf. e Paris. A. recepit πολέμιος, quod equidem non praetulerim vulgatae. Elmslei. ad Med. p. 66. legendum censet δευτέρα πόσει. Quod vix necessarium videtur.

In hac fabula quid non commemoratum sit, Apsyrti caedes, indicat Schol. Med. 169.

XI. Ex hac fabula in MS. Stob. Paris. A. petitus esse notatur locus apud Stob. tit. 110. p. 581. Gesn. 112. p. 463. Grot. tit. 111. Gaisf.

Πτηνὰς διώκεις, ὦ τέκνον, τὰς ἐλπίδας,
οὐχ ἡ τύχη σε. τῆς τύχης δ' οὐχ εἷς τρόπος.

Spes, nate, volucres sequeris, at non te simul Fortuna; vultus illa multiplicis dea est. Cum Phoen. 897. comparat Valck. ad loc. 904.

Huc retulerunt Barnes. in Add. et Musgr. locum Stephani Byz. v. Ἄντρον, τὸ σπήλαιον. τὸ τοπικὸν ἔδει ἀντρίτης, ὡς λίκνον λικνίτης. εὕρηται δὲ ἀντραῖος, ὡς Εὐριπίδης ἐν Αἰξὶ, καὶ ἀντραία, pro ἐν Αἰξὶ legendum suspicantes ἐν Αἰγεῖ. Valckenaer. autem ad marginem ed. Barnes. adscripsit: „forte est Eupolidis.“ — In eadem fabula illud locum habere potuit apud Stob. Tit. 76. p. 451. Gesn. 78. p. 333. cum lemmate: *Euripidis in Aegeo:* — — τὸ θρέψαι δ' ἐν βροτοῖσι πολλάκις Πλείω πορίζει φίλτρα τοῦ φῦσαι τέκνα. *Saepe educasse quam dedisse exordium Plus vincit, illecebrasque maiores habet:* Haec certe neque in Medea legi, neque in ea locum habere potuisse ait Brunck. ad Med. p. 400. Sed quum in Paris. A. lemma adscriptum sit βιότου ἐκ μηδείας, Elmslei. ad Med. p. 74. scribendum esse suspicatur Διονυσίου τυράννου. Tandem locus apud Stob. tit. 43. p. 302. Gesn. 45. p. 173. Grot. ambiguum est, utrum ad Aegeum, an ad Theseum referendus sit. Vid. fr. Thes. X.

EX AEOLO.

Argumentum fabulae explicat Schol. Aristoph. Nub. 1374. (ad verba poëtae: ὁ δ᾽ εὐθὺς ἦσ᾽ ἐξ Εὐριπίδου ῥῆσιν τίν᾽, ὡς ἐκίνει Ἀδελφὸς, ὦ ᾽λεξίκακε, τὴν ὁμομητρίαν ἀδελφήν.) γέγραπται δὲ δρᾶμα Εὐριπίδου Αἴολος λεγόμενον, ἐν ᾧ παρήγαγε Μακαρέα, τὸν παῖδα Αἰόλου, φθείροντα (imo φθείραντα) Κανακὴν τὴν ἀδελφήν. Cf. id. ad Ran. 873. Dionys. Halic. art. rhet. c. 9. §. 11. (T. II. p. 102, 35. ed. Hudson. T. V. p. 354. ed. Reisk.) Ἀλλὰ καὶ Εὐριπίδης δι᾽ ὅλων λόγων διοικήσεως σχῆμα περαίνει. Πρότερον δὲ δείξωμεν ἐν ὅλῳ δράματι ἐν μέρει τινὶ (an: εἶτα ἐν μέρει τινί) σχῆμα διοικούμενον. ἐν τῷ Αἰόλῳ ὁ Μακαρεύς ἐστιν ὁμιλήσας τῇ ἀδελφῇ καὶ λανθάνων, καὶ συμβουλεύων τῷ πατρὶ τὰς ἀδελφὰς τοῖς ἀδελφοῖς συνοικίσαι, ἵνα τὸ οἰκεῖον διοικήσηται. καὶ οὕτως ἐσχημάτισται ὁ λόγος κοινῇ γνώμῃ καὶ συμβουλῇ. Macareum et sororem se ipsos interfecisse narrat Hyginus fab. 242. 243. At fab. 238. *Aeolus Canacen propter incestum cum fratre Macareo occidit.* Canacen, edito partu, ensi a patre misso incubuisse tradit Ovid. Heroid. 11. Hac epistola ab Ovidio Euripidis Aeolum praecipue expressum esse disputat Grauert in Mus. Rhen. II, 1. p. 50.

Partem Prologi Valcken. ad Hipp. 1303. sibi reperisse visus est in Antiphanis versibus apud Athenaeum X. p. 444. C.

Μακαρεὺς ἔρωτι τῶν ὁμοσπόρων μιᾶς
πληγεὶς τέως μὲν ἐπεκράτει τῆς συμφορᾶς.

I. (XXIII.) Verius e prologo petitos dicas versus apud Dicaearchum βίῳ Ἑλλάδος p. 22. ed. Hudson.

Ἕλλην γὰρ, ὡς ἔοικε, γίγνεται Διὸς,
Τοῦ δ᾽ Αἴολος παῖς, Αἰόλου δὲ Σίσυφος
Ἀθάμας τε Κρηθεύς θ᾽, ὅς τ᾽ ἐπ᾽ Ἀλφειοῦ ῥοαῖς
θεοῦ μανεὶς ἔῤῥιψε Σαλμωνεὺς φλόγα.

quos Valcken. diatr. p. 209 sq. ad Euripidis Sisyphum referebat. Sed ex Aeolo petitos esse probabile fit loco Strabonis VIII. p. 546. B. ed. Almel. quem laudavit Musgr. Ἡ δὲ Σαλμώνη πλησίον ἐστὶ τῆς ὁμωνύμου κρήνης, ἐξ ἧς ῥεῖ ὁ Ἐνιπεύς· ἐμβάλλει δ᾽ εἰς τὸν Ἀλφειὸν, καλεῖται δὲ νῦν Βαρνίχιος. τούτου ἐρασθῆναι τὴν Τυρώ φασιν. — Ἐνταῦθα γὰρ βασιλεῦσαι τὸν πατέρα αὐτῆς Σαλμωνέα, καθάπερ καὶ Εὐριπίδης ἐν Αἰόλῳ φησίν. Sed potest etiam in ea fabulae parte locum habuisse in quo Aeolus generis nobilitatem extollit. Valckenaerio tamen assentiuntur Iacobs. animadv. in Eurip. p. 202. et Grauert in Museo Rhenano II, 1. p. 53.

II. (VI.) Stob. tit. 41. p. 240. Gesn. 43. p. 167. Grot. et Gaisf.

Δοκεῖτ᾽ ἂν οἰκεῖν γαῖαν, εἰ πένης ἅπας
λαὸς πολιτεύοιτο πλουσίων ἄτερ;
οὐκ ἂν γένοιτο χωρὶς ἐσθλὰ καὶ κακά·
ἀλλ᾽ ἔστι τις σύγκρασις, ὥστ᾽ ἔχειν καλῶς.
ἃ μὴ γάρ ἐστι τῷ πένηθ᾽, ὁ πλούσιος
δίδωσ᾽· ἃ δ᾽ οἱ πλουτοῦντες οὐ κεκτήμεθα,
τοῖσιν πένησι χρώμενοι τιμώμεθα.

Possetne summa stare res, locupletibus Si plebs remotis pauper habitaret solum? Seiuncta nolunt a malis poni bona, Quae temperata publicam rem promovent. Quod desit inopi, supplet hoc dives manus; Quod non habemus divites, hoc pauperum Labor ministrans nos honoratos facit. Grot. Duos priores versus ad Aristoph. Equ. 1172. (οἴει γὰρ οἰκεῖσθ᾽ ἔτι τήνδε τὴν πόλιν) adhibuit Bergler. V. 2. Heath. metri scilicet causa scripsit λαός γε πολιτεύοιτο. — Tertius et quartus laudantur etiam a Plutarch. de aud. poet. T. II. p. 25. C. D. de Isid. et Osir. ib. p. 369. B. π. εὐθυμ. ib. p. 474. A. Theophrast. Metaphys. p. 269. quem citant Meric. Casaub. ad M. Antonin. p. 408. H. ed. Gatak. Wyttenb. ad Plut. p. 245. — V. 5. a Lobeckio ad Soph. Ai. 801. p. 344. indicatus propter ι dativi sing. elisam correctus est ab Erfurdtio in Diar. Ien. 1811. n. 17. τῷ πένητι, πλούσιος. Sed mihi quidem articulus non videtur deesse posse. — V. 6. δίδωσ᾽· ἃ δ᾽ οἱ πλ. citat Bergler. ad Aristoph. Plut. 510. et sic edidit Gaisf. ut est in Trincav. et Gesn. ἃ δὲ Grot. et Barnes. — Pro

τιμώμεθα Paris. A. πειθώμεθα. B. πειθόμεθα. Bergler. ad Arist. Plut. p. 510. ad Thesm. 162. θηρώμεθα. quod sibi quoque in mentem venisse narrat Musgrav. Ceterum hanc orationem esse Aeoli, ex eo colligo, quod in fr. IV. (XIII.) is, qui contraria quaedam his opponit, patrem compellat. Fortasse ea pater filium ad matrimonium cum nobili aliqua virgine iungendum excitare voluit; quod hic recusat, non quo ad plebeios amores pronior esset, sed quia sororem amabat, amorem autem dissimulandum censebat. Hanc autem opportunitatem arripuisse videtur Euripides, ut *μελέτην* institueret, in qua aristocratiae et democratiae laudes iuxta se explicarentur.

III. (XX.) Stob. tit. 63. p. 406. Gesn. 65. p. 269. Grot. et Gaisf.

Ἴδοιμι δ᾽ αὐτῶν ἔκγον᾽ ἄῤῥεν᾽ ἀῤῥένων,
πρῶτον μὲν εἶδος ἀξίους τυραννίδος.
πλείστη γὰρ ἀρετὴ τοῦθ᾽ ὑπάρχον ἐν βίῳ,
τὴν ἀξίωσιν τῶν καλῶν τὸ σῶμ᾽ ἔχειν.

Videam meorum liberûm natos mares, Quorum ora celsum praeferant regni decus. Virtutis etenim magna commendatio est Spondens honesta corporis pulchri fides. In primo versu scribendum ἄρσεν᾽ ἀρσένων. V. 2. Athen. XIII. p. 566. B. Porphyrius in εἰσαγωγῇ s. libello περὶ τῶν ἑπτὰ φωνῶν, et ex eo Etymol. M. p. 295. 43. (Cf. Etymol. Gud. p. 163, 28.) Eustath. ad Il. γ′, p. 399, 10. Rom. = 302. 18. citant ἄξιον, sed Stobaei lectionem veriorem esse ostendit Muretus Var. lect. III, 2. Barnes. citat Loensem Epiphyll. V, 1. Seidler. Annam Comn. Alex. praef. Boisson. haec annotavit: „Verba εἶδος ἀξίους τυραννίδος illustravi in Notit. MSS. t. XI, 11. p. 108. ad haec Gregorii Nazianz. Stel. p. 117. τὸ εἶδος ἀληθῶς ἄξιον τυραννίδος. Videndus et Duportus Gnom. p. 18. ad Homerica nobilissima: βασιλῆϊ γὰρ ἀνδρὶ ἔοικεν. Serv. ad Aen. I, 591. *Notandum autem semper reges formosos describi, ut dignitas et auctoritas magis ad sui contemplationem observantiamque alliciat.* Nepos Iphicr. *Fuit autem et animo magno et corpore imperatoriaque forma.* Maxim. Tyr. 26, 1. sic forsan legendus: Σμερδίης Θρᾷξ, ὑπὸ Ἑλλήνων ἁλοὺς, κάλλους μειράκιον βασιλικοῦ. Versum Eurip. respicit Georgius Acrop. Hist. 65. πάντες οἱ μετὰ τοῦ Περσάρχου μεγιστᾶνες τελοῦντες τὸ εἶδος αὐτοῦ (τοῦ Κομνηνοῦ Μιχαὴλ) καὶ τὸ φρόνημα τεθαυμάκασι, καὶ, ὅ φησί τις τῶν παλαιῶν, τυραννίδος ἄξιον ἔκριναν. Adde Chevraeum Misc. p. 329. P. Messiam Div. Lectt. IV, 3.“

IV. (XIII.) Stob. Tit. 89. p. 502 sq. Gesn. 91. p. 369. Grot. et Gaisf.

Τὴν δ᾽ εὐγένειαν, πρὸς θεῶν, μή μοι λέγε·
ἐν χρήμασιν τόδ᾽ ἐστί· μὴ γαυροῦ, πάτερ·
κύκλῳ γὰρ ἕρπει, τῷ μὲν ἔσθ᾽, ὁ δ᾽ οὐκ ἔχει·
κοινοῖσι δ᾽ αὐτοῖς χρώμεθ᾽· ᾧ δ᾽ ἂν ἐν δόμοις
χρόνον συνοικῇ πλεῖστον, οὗτος εὐτυχής.

Ne decora gentis, per Deos oro, pater, Mihi usque iactes; omne id in numis situm est, Quos turbo versat; hic habet, deest alteri: Promiscua est sors ista: sed cuius domo Longissime haeret, nobilem hunc omnes vocant. Nam pro εὐτυχής Grotius legendum suspicabatur εὐγενής, recte, et sic Barnes. συνοικῇ pro συνοικεῖ e Paris. A. dedit Gaisf. His autem verbis et sqq. Macareus videtur respondere ad ea, quae pater dixerat. Sic etiam Grauert p. 56.

V. (XIV.) Sextus Empir. adv. Math. I, 13. s. 271. et s. 278. Plutarch. de aud. poet. p. 34. D. Athenaeus IV. p. 159. D. Stob. Tit. 5. p. 63. Tit. 91. p. 507. Gesn. Tit. 5. p. 35. Tit. 93. p. 377. Grot.

Μὴ πλοῦτον εἴπῃς· οὐχὶ θαυμάζω θεὸν
ὃν χὠ κάκιστος ῥᾳδίως ἐκτήσατο.

Pecuniam ne fare: nil miror deam, Quae pessimorum saepe fit possessio. Grot. Tit. 5. sed 93. *Laudare Plutum parce: non veneror deum. Qui* etc. ὃν καὶ κάκιστος Stob. tit. 5. ὃν καὶ ὁ κάκιστος Plut. Sext. Empir. sed libri scripti ὃν χὠ κάκ. ut habet Stob. Tit. 93. et Barnes. Cf. Schweigh. ad Athen. Animadv. II. p. 541. In fragm. Sophoclis posuit Brunckius. De sententia vid. Wyttenb. ad Plut. p. 287. Macarei haec esse, patrem redarguentis, vidit etiam Grauert p. 57.

VI. (VII.) Stob. Tit. 43. p. 302. Gesn. 45. p. 174. Grot.

Λαμπροὶ δ᾽ ἐν αἰχμαῖς Ἄρεος ἔν τε συλλόγοις
μή μοι τὰ κομψὰ ποικίλοι γενοίατο,
ἀλλ᾽ ὧν πόλει δεῖ, μεγάλα βουλεύοντες εὖ.

Belli domique principes nolim viros In res minutas perdere ingenii decus, Sed ubi necesse est, acre consilium dare. Aristot. Polit. III, 2, 5. partem tantum citat: *Καὶ τὴν παιδείαν εὐθὺς ἑτέραν εἶναι λέγουσι τινὲς τοῦ ἄρχοντος, ὥσπερ καὶ φαίνονται οἱ τῶν βασιλέων υἱεῖς ἱππικὴν καὶ πολιτικὴν παιδευόμενοι. Καὶ Εὐριπίδης φησὶ, Μή μοι τὰ κόμψ', ἀλλ' ὧν πόλει δεῖ· ὡς οὖσάν τινα ἄρχοντος παιδείαν.* In fine Paris. A. *μέγα βουλεύοντες ἀεί.* unde Gaisf. legendum coni. *μεγάλα βουλεύοιντ' ἀεί.* Grauerto p. 55. versus primus post tertium transponendus videtur.

Huc fortasse spectant etiam sqq. versus Macarei, nisi fallor, nuptias alias, praeterquam sororis, recusantis.

VII. (X.) Stob. Tit. 61. p. 386. Gesn. 63. p. 239. Grot.

Τῇ δ' Ἀφροδίτῃ πόλλ' ἔνεστι ποικίλα·
τέρπει τε γὰρ μάλιστα καὶ λυπεῖ βροτούς·
τύχοιμι δ' αὐτῆς, ἡνίκ' ἐστὶν εὐμενής.

Exercet homines sorte diversa Venus; Est quando luctum portat, est quando iuvat: Accedat ad me quum favens est maxime. Versus nutrici Canaces tribuit Grauert. p. 54.

VIII. (XI.) Stob. tit. 69. p. 429. Gesn. 71. p. 292. Grot. et Gaisf.

Κακὸν γυναῖκα πρὸς νέαν ζεῦξαι νέον·
μακρὰ γὰρ ἰσχὺς μᾶλλον ἀρσένων μένει,
θήλεια δ' ἥβη θᾶσσον ἐκλείπει δέμας.

Puella iuveni nupta non recte datur: Nam masculis fert melius aetatem vigor, Muliebre corpus citius in senium cadit. *ἀρσένων* Musgr. et Gaisf. e Par. A. B. pro *ἀῤῥένων*. V. 3. *θηλείας δ'* Gesn. *θηλείας θ'* Paris. A. *θηλεῖα* Barnes. et Grot. *θήλεια δ' ἥβη* iam H. Stephan. schediasm. lib. V, 15. qui annotat. apud Clement. Alex. (Strom. VI. p. 740. 9.) primo versui (in quo ille *γραῖαν* pro *νέαν*) duos alios subiungi a nostris diversos:

ὁ μὲν γὰρ ἄλλης λέκτρον ἱμείρει λαβεῖν,
ἡ δ' ἐνδεὴς τοῦδ' οὖσα βουλεύει κακά.

quos versus alio se referre in nota MS. ait Valcken. vid. fr. incert. CLVII. Musgr.

IX. (XIX.) Plut. T. II. p. 285. B. Stob. tit. 115. p. 592. Gesn. 117. p. 482. Grot. et Gaisf.

Ἀλλ' ἢ τὸ γῆρας τὴν Κύπριν χαίρειν ἐᾷ,
ἥ τ' Ἀφροδίτη τοῖς γέρουσιν ἄχθεται.

Aut dona Veneris abdicant ultro senes, Aut senis amores ipsa fastidit Venus. Grot. ut legisse videatur *ἥ τ' Ἀφρ.* quae coniectura est Theod. Canteri Var. lect. II, 5. quid illud *τ'* post *ἥ* sibi velit, non docentis. Pro *ἀλλ' ἢ* Heath. *ἀλλ' ἦ*, ut esset interrogatio, vix tamen illa huic loco apta. *ἀλλ' ἦ* etiam Grauert. p. 54. sed interpretans *sed profecto.* Si verum est *ἀλλ' ἤ*, *nisi*, *praeterquam* (vid. quos citavi Gramm. gr. p. 1240. not. *i*) sententia negans praecedere debuit. Versum secundum Plutarch. citat etiam T. II. p. 786. A. et 1094. F. quibus locis confirmatur *γέρουσιν*, quod Grotius e Paris. B. pro *ἐρῶσιν* dedit. Hunc etiam locum nutrici tribuit Grauert. l. c.

X. Schol. Venet. Bekk. ad Aristoph. Pac. 113. *Τὸ δέ ἦ ῥ' ἔτυμός γε εἴρηται παρὰ τὸ ἐξ Αἰόλου Εὐριπίδου ἀρ' ἔτυμος φάτειν ἔγνων Αἴολος εὐνάζειν τε τέκνα φίλτατα.* Seidler. corr. sed dubitanter:

Ἆρ' ἔτυμον φάτιν ἔγνων,
Αἴολε, σ' εὐνάζειν τε τέκνα φίλτατα.

Vide loc. Dionys. Halic. supra laudatum.

Iam detecto incesto fratris et sororis amore sequentia locum habuisse videntur, in quibus fr. XI. XIII. XIV. XV. Macarei fuisse suspicor.

XI. (I. et Inc. XV.) Schol. Arist. Ran. 1523. [*Εὐρ. Αἴσχιστον ἔργον μ' ἐργασάμενος προσβλέπεις. Δι. Τί δ' αἰσχρὸν, ἢν μὴ τοῖς θεωμένοις δοκῇ*] *παρὰ τὰ ἐξ Αἰόλου Εὐριπίδου·*

Τί δ' αἰσχρὸν, ἢν μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκῇ;

Plutarch. de aud. poët. p. 33. C. *Ὅθεν οὐδ' αἱ παραδιορθώσεις καλῶς ἔχουσιν, αἷς καὶ Κλεάνθης ἐχρήσατο καὶ Ἀντισθένης, ὁ μὲν εὖ μάλα τοὺς Ἀθηναίους ἰδὼν θορυβήσαντας ἐν τῷ θεάτρῳ, Τί δ' αἰσχρὸν, ἢν μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκῇ; παραβάλλων εὐθύς, Αἰσχρὸν τό γ' αἰσχρὸν, κἂν δοκῇ, κἂν μὴ δοκῇ.* Serenus apud Stob. tit. V. p. 70. Gesn. p. 71. Gaisford. (p. 145. ed. Lips.) *Εὐριπίδης εὐδοκίμησεν ἐν θεάτρῳ εἰπών· Τί δ' αἰσχρὸν, ἂν μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκῇ. Καὶ Πλάτων ἐντυχὼν αὐτῷ, ὦ Εὐριπίδη, ἔφη, Αἰσχρὸν τό γ' αἰσχρὸν, κἂν δοκῇ κἂν μὴ δοκῇ.* Eodem versu ad irridendum Eu-

ripidem usam esse Laidem auctor est Machon apud Athen. XIII. p. 582. C. D. Cf. Porson. ad Eurip. Med. 1343. Grotius in Excerpt. p. 366. vertit: *Quid turpe, nisi quod turpe usus putat?* Haec omnia iam attulerunt Leopard. Emend. I, 7. et Gataker. Advers. misc. posth. c. 10. p. 522. Apud Athen. et in ed. Barnes. est *εἰ - δοκεῖ*. Similis sententia est ut monuit Valcken. in not. Mspta, in Anonymi dissertat. apud Galeum Opusc. mythol. phys. et eth. p. 715. apud Orell. opusc. Graec. vett. sentent. et mor. II. p. 216.

Καὶ γὰρ τὸν ἄλλον ὧδε θνητοῖσιν νόμον
ὄψει διαθρῶν, οὐδὲν ἂν πάντη καλὸν
οὐδ᾽ αἰσχρόν· ἀλλὰ ταῦτ᾽ ἐποίησεν λαβὼν
ὁ καιρὸς αἰσχρὰ καὶ διαλλάξας καλά.

quae Io. North non dubitabat ad Euripidem auctorem referre, cautior Valcken. ad Eurip. Phoen. p. 268. (ut citat Orell. l. c. p. 643.) Cuius ista sint Tragici, inquit, mihi quidem non liquet. Versus autem Grauert. p. 53. tribuit nutrici Canacen, amorem suum fassam, consolanti opemque suam et consilium pollicenti non longe ab initio fabulae.

XII. (II.) Stob. tit. 4. p. 52. Gesn. p. 29. Grot.

Κακῆς ἀπ᾽ ἀρχῆς γίγνεται τέλος κακόν.

Principia finem non bonum exspectant mala.

XIII. (III.) Stob. tit. 20. p. 171. Gesn. p. 102. Grot.

Ὀργῇ γὰρ ὅστις εὐθέως χαρίζεται,
κακῶς τελευτᾷ· πλεῖστα γὰρ σφάλλει βροτούς.

Quicunque praeceps fertur, ira qua rapit, Malos habebit exitus: fallax via est. Videtur esse filii patrem monentis, ne irae indulgeat. Grauert. p. 58. putat familiaris alicuius esse componere iram regis furentis, luctumque solari conantis, ut sequens etiam fr.

XIV. (IV.) Stob. tit. 22. p. 187. Grot. p. 113.

Σιγᾶν φρονοῦντα κρεῖσσον, ἢ εἰς ὁμιλίαν
πεσόντα. Τούτῳ δ᾽ ἀνδρὶ μήτ᾽ εἴην φίλος,
μήτε ξυνείην, ὅστις αὐτάρκη φρονεῖν
πέποιθε, δούλους τοὺς φίλους ἡγούμενος.

V. 1. ἢ in aliis abesse, in marg. monet Gesn. et abest ab uno Schowii. Grotius pro *πεσόντα* e coni. dedit *φέρειν τι*, et locum sic vertit: *Tacere satius est vel in medium sua*

Afferre placita. At ille nec amicus mihi, Nec sit sodalis, qui satis per se sapit, Ducens amicos Marte captorum loco. Ubi pro *vel* verti debebat *quam*. *φρονοῦντα* quomodo acceperit, non assequor; neque enim, puto, iunxit *φρονοῦντα φέρειν τι*, *sua afferre placita*. Heath. vulgatam scripturam defendit, quam sic interpretatur: *tacere meditantem satius est, quam in colloquium incidentem.* Quasi vero *tacere* quis in *colloquium* incidens possit! Non male Musgrav. *σιγᾶν φρονοῦντα, κρείσσον᾽ εἰς ὁμιλίαν πεσόντα*, *Sapientem tacere* [oportet] *in societatem potentioris incidentem.* Ita *σιγᾶν* e proxime praecedentibus pendet. *κρείσσων ὁμιλία* pro *κρεισσόνων ὁμιλία*, ut *ὁμιλίας τὰς γεραιτέρους* Erechth. XX, 21. et *νέα φροντίς* Med. 48. Valckenaerium coniecisse *εἰς ἀτολμίαν πεσόντα*. „Sic Eurip. p. 199, 18. (XXIX, 22.)" narrat Gaisford. ad Stob.

XV. (XII.) Stob. tit. 71. p. 432. Gesn. 73. p. 308. Grot. et Gaisf.

Γυναῖκα δ᾽ ὅστις παύσεται λέγων κακῶς,
δύστηνος ἄρα κοὐ σοφὸς κεκλήσεται.

Onerare probris faeminas qui desinit, Facit hoc miseria auctore, non sapientia. Aeolum his versibus iram in filiam effudisse probabiliter coni. Grauert. p. 55.

XVI. (XXI.) Stob. tit. 113. p. 584. Gesn. 115. p. 472. 114. Gaisf.

Οἴ μοι! τίς ἀλγεῖν οὐκ ἐπίσταται κακοῖς;
τίς ἂν κλύων τῶνδ᾽ οὐκ ἂν ἐκβάλοι δάκρυ;

Eheu! dolorem quis malis tantis neget? Quis audiens tantum ista fletu temperet? Propter verba *οὐκ ἂν ἐκβ. δάκρυ* haec citat Koen. ad Gregor. p. 63. ed. Lips. Videntur esse verba Chori audita narratione de Canacae vel Macarei vel utriusque exitu ita exclamantis. Nutricis in extrema fabula lamentantis esse suspicatur Grauert p. 57.

XVII. (V.) Stob. Tit. 35. p. 216. Gesn. p. 140. Grot.

Παῖδες, σοφοῦ πρὸς ἀνδρός, ὅστις ἐν βραχεῖ
πολλοὺς λόγους οἷός τε συντέμνειν καλῶς.

Illud viri sapientis, o pueri, est opus, Multa efficace proloqui compendio. Hi versiculi sic scripti sunt apud Suid. vv. *οἷος* et *σοῦ* ed. Basil. *σοφοῦ πρὸς ἀνδρὸς ὅστις ἐν βραχεῖ πολλοὺς καλῶς οἷός τε συντέμνειν* (*συντεμεῖν* voc.

σοῦ) *λόγους*, ex Aristophane, qui diserte nominatur v. *σοῦ*, Thesmoph. 184 sq. et sic legi iubebat Porson ad Toup. Em. in Suid. T. IV. p. 503. V. 1. Ad *ὅστις* Valcken. in marg. ed. Floril. Grotii adscripsit *εἴ τις*. sed vid. Gramm. gr. §. 632. 6. Verba videntur esse Aeoli filio respondentis; quamquam non repugnem, si quis ab iis Macareum orationem suam exorsum esse contendat. Grauert. p. 54. ordinem rerum in fabula tractatarum post fr. IX. sic exponit: Sequebantur lamentationes mulieris imminente partu extortae, curaeque nutricis: lege v. 45 sqq. (Ovid. Heroid. XI.) Dolore percitus accurrit frater idemque sponsus, plorat, desperat, consolatur, obsecrat (v. 54 sqq.). Iam, ut videtur, Canace digreditur, partuque levatur. Quorum omnium fragmenta quidem supersunt nulla; sed subsidium Suetonius praebet Neron. 21. qui Neronem testetur inter ceteras tragoedias etiam Canacen parturientem cantasse personatum. Cf. Auson. epigr. 84. Cupid. crucif. 38. At iam novus labor:

Media sedet Aeolus aula:
crimina sunt oculis surripienda patris

v. 65 sq. Rationem invenit callida nutrix, quae sacra simulans institui celat frugibus ramisque olivae et levibus vittis. Quod consilium parans his verbis amantes illa alloquitur: *Παῖδες, σοφοῦ πρὸς ἀνδρός*. Mihi haec ipsa verba *σοφοῦ πρὸς ἀνδρός* virum loqui, non mulierem, significare videntur.

XVIII. (XVIII.) Stob. tit. 115. p. 590. Gesn. 117. p. 477. Grot. tit. 116. Gaisf.

Φεῦ, φεῦ! παλαιὸς αἶνος ὡς καλῶς ἔχει!
γέροντες οὐδὲν ἐσμὲν ἄλλο πλὴν ὄχλος
καὶ σχῆμ᾽, ὀνείρων δ᾽ ἕρπομεν μιμήματα;
νοῦς δ᾽ οὐκέτ᾽ ἐστὶν, οἰόμεσθα δ᾽ εὖ φρονεῖν.

O quam vetusta haec veridica sententia est: Omnes senili aetate plebs tantum sumus Umbraeque rerum somniûmque imagines; Quum nos putemus sapere mens nobis abest. Primus vers. est etiam Dictyis fr. XIV. V. 2. *ἐσμὲν οὐδὲν ἄλλο* Paris. A. et Voss. *ὄχλος* Valcken. ad Ammon. p. 15. in *λόγος* mutari volebat, sed defendit Ruhnken. ad Tim. p. 283 sq. Demosth. de fals. leg. p. 348, 23. *οἱ δ᾽ ἀντιλέγοντες ὄχλος ἄλλως καὶ βασκανία κατεφαίνετο*, cum quo loco Ruhnk. ib. p. 199. comparat Dion. Chrysost. or. LV. p. 561. C. *καὶ ὄχλον ἄλλως καὶ φλυαρίαν ἡγοῦνται.* Seidler conferri iubet Eustath. p. 713, 10. ed. Rom. Goeller ad Dionys. de comp. verb. p. 233. De sententia cf. Wesseling. in nota Erfurdtii ad Soph. Ai. 125. Ab Aeolo haec pronuntiari, post exitum liberorum, recte iudicat Grauert p. 55.

XIX. (Inc. CLXVII.) Galen. de Hippocr. et Plat. dogm. IV, 7. T. V. p. 152. Charter. T. V. p. 418. Kühn.

Εἰ μὲν τόδ᾽ ἦμαρ πρῶτον ἦν κακουμένῳ,
καὶ μὴ μακρὰν δὴ διὰ πόνων ἐναυστόλουν,
εἰκὸς σφαδάζειν ἦν ἄν, ὡς νεόζυγα
πῶλον χαλινὸν ἀρτίως δεδεγμένον·
νῦν δ᾽ ἀμβλύς εἰμι καὶ κατηρτυκὼς πόνων.

Hoc fragmentum H. Steph. in thes. lingu. gr. T. III. p. 1155. B. et Barnes. ad Theseum referebant, fortasse quia paulo ante Galenus locum Thesei commemoraverat, post quem pergit, *οὕτω δὲ εἰρῆσθαί φησι καὶ τά τοιαῦτα· Εἰ μέν* etc. Sed Aeoli esse probabile fit e loco Gramm. Sangerman. in Bekkeri Anecd. p. 105, 25. *Κατηρτυκέναι ἐλέγοντο οἱ μηκέτι βόλον ἔχοντες ἵπποι. Εὐριπίδης Αἰόλῳ.* Latine vertit Cicero Tusc. III, 28. aliter Grotius in Excerptis p. 389. *Si me ista miserum prima spectaret dies, Pernavigassem multa nec pridem mala, Esset gemendi causa, iuvenes equulei Sicut recepto iam recens freno dolent: At iam subactus miseriis occallui.* Vocabulum *καταρτύειν* e schola Pythagorica petitum, ubi de ratione formandi componendique per disciplinam ingenii usurpabatur, illustravit Wyttenbach. ad Plut. de recta audiendi ratione p. 38. C. (p. 320 sqq. ed. Oxon.) Cf. Schneideri lex. graec. s. v. *Κατηρτυκὼς κακῶν*, (cui Valcken. in marg. ed. Barn. adscripsit: L. *κακοῖς*) dictum est, ut *ναυτιλίης σεσοφισμένος* et similia, de quibus vid. Gramm. gr. §. 346. not. 1. p. 655. His versibus illa subiicit Galenus: *Ἔσθ᾽ ὅτε τὰ τοιαῦτα μακρὸς Χρόνος μαλάξει· νῦν δ᾽ ἔθ᾽ ἡβάσκει κακόν.* quorum ultima ex Alcest. 1095. petita sunt, sed hic etiam ab eo, qui conquerentem consolaretur, dici potuerunt.

XX. (XVII.) Stob. tit. 106. p. 568. Gesn. 108. p. 451. Grot. et Gaisf.

Μοχθεῖν ἀνάγκη· τὰς δὲ δαιμόνων τύχας
ὅστις φέρει κάλλιστ᾽, ἀνὴρ οὗτος σοφός.

Pati necesse est; at quod immittunt dii Bene ferre quisquis didicit, is vere sapit.

XXI. (XVI.) Stob. tit. 102. p. 558. Gesn. 104. p. 429. Grot. et Gaisf.

Ἀεὶ τὸ μὲν ζῇ, τὸ δὲ μεθίσταται κακὸν,
τὸ δ᾽ οὐκ ἔφηνεν αὖθις ἐξ ἀρχῆς νέον.

Hoc viget et ardet, illud effluxit malum; At quod futura sors trahit, cerni vetat. Haec Aeoli esse Grauerto quoque videntur p. 56. Gesn. *τὸ μέν γε ζῇ.* at *γε* deest in Trincav. et Pariss. A. B. Pro *τὸ δ᾽ οὐκ ἔφηνεν* Paris. B. *τὸ δ᾽ ἐξέφηνεν.* Recte Musgr. *τὸ δ᾽ ἐκπέφηνεν.* *αὖτις* Gesn. *αὐτῆς* Paris. A. *αὖθις* Grot.

XXII. (XV.) Stob. tit. 96. p. 531. 98. p. 406. et Gaisf.

Γλυκεῖα γάρ μοι φροντὶς οὐδαμῆ βίου.

Me nulla vitae cura delectat meae. Non Aeoli, sed Macarei, mortem parantis, haec esse videntur Grauerto p. 57. Huc idem refert locum apud Stob. tit. 37. p. 226. Gesn. (nam Grotius eum omisit tit. 39. p. 155. quia in Paris. A. non legitur) Gaisf. tit. 39, 5. qui in Paris. B. ex Euripidis Aeolo sumtus esse dicitur:

ἀλλ᾽ ὅμως
οἰκτρός τις αἰὼν πατρίδος ἐκλιπεῖν ὅρους.

Mihi Macarei esse videtur, a patre in exsilium abire iussi.

XXIII. (VIII.) Stob. tit. 49. p. 352. Gesn. 50. p. 188. et Gaisf.

Τὰ πόλλ᾽ ἀνάγκη διαφέρει τολμήματα.

Audere cogit saepe nos necessitas. Grotius pro *διαφέρει* de coniectura dedit *παραφέρει.* *Διαφέρειν* videtur esse *huc illuc ferre, in diversas partes rapere.* Cf. ad Herc. fur. 565. Hoc versu, quem fr. XVII. subiicit, nutricem conatus suos excusasse suspicatur Grauert p. 54.

XXIV. (IX.) Plutarch. de fort. T. II. p. 98. E. de solert. anim. p. 959. D.

Ἦ βραχὺ σθένος ἀνέρος·
ἀλλὰ ποικιλίᾳ πραπίδων
δεινὰ μὲν φῦλα πόντου
χθονίων τ᾽ ἀερίων τε
δάμναται παιδεύματα.

Ex Aeolo haec esse docuit Stob. tit. 52. p. 360. Gesn. 54. p. 205. Grot. et Gaisf. Probabiliter locis duobus Plutarchi inter se collatis ita ut cum Musgravio dedi constituit Valcken. diatrib. p. 146 sq. *Ἦ βραχύ,* quod e secundo loco sumsit Valck. priore etiam e cod. D. edidit Wyttenbach. *ἀνέρος* Plut. 2. *ἀνδρὸς* id. 1. Stob. *ποικιλίᾳ* Plut. 1. *ποικιλίαι* Stob. *ποικιλίαις* Plut. 2. Tum Plut. 1. *δεινὰ μὲν πόντου χθονίων τ᾽ ἀερίων τε δάμναται παιδεύματα.* at 2. *δαμᾷ φῦλα πόντου χθονίων τ᾽ ἀερίων τε παιδεύματα.* in quibus *ἀερίων* e Grotii coniectura dedit Wytt. pro *ἐανά.* Ad locutionem *χθονίων παιδεύματα* Seidlero respexisse videtur Lucian. Iove trag. T. VI. p. 224. Bip. *Ὦ παγκάκιστοι, χθόνια γῆς παιδεύματα.* In Excerpta p. 367. retulit Grotius et vertit: *Vis exigua est, quamcunque homini Natura dedit, sed consiliis Variis artes, quae nata mari Et quae terra coeloque domant.* Si coniecturae locus est, suspicer Chorum in hoc carmine ab animi ac corporis viribus hominis eo progressum esse, ut amori tamen eum succumbere exemplo Macarei et Canaces demonstraret. Grauert fraudes nutricis a choro celebrari hoc cantico coni. p. 55.

XXV. Stob. ecl. phys. p. 143. Grot. I, 9. p. 232. ed. Heeren.

Ὁ χρόνος ἅπαντα τοῖσιν ὕστερον φράσει.
Λάλος ἐστὶν οὗτος, οὐκ ἐρωτῶσιν λέγει.

Narrare tempus visa post natis solet. Valde loquax est, nec tacet dum interroges. Codd. Vat. Aug. Escur. ap. Heeren. in marg. habent *Εὐριπίδου Αἰόλῳ.* *λάλος* est e Canteri coni. pro *ἄλλος.*

XXVI. Schol. Venet. ad Arist. Pac. 118. *καὶ τοῦτο παρὰ τὸ ἐξ Αἰόλου Εὐριπίδου ἔπος·*

Δοξάσαι ἔστι, κόραι, τὸ δ᾽ ἐτήτυμον οὐκ ἔχω εἰπεῖν.

XXVII. (XXII.) Suidas v. *κλῆρος Ἑρμοῦ.* Photius p. 125. Herm. p. 169. Pors. *κλῆρος Ἑρμοῦ. συνήθεια ἀρχαία· ἔβαλλον οἱ κληροῦντες εἰς ὑδρίαν ἐλαίας φύλλον, ὃ προσηγόρευον Ἑρμῆν· καὶ πρῶτον ἐξῄρουν* (Suid. *ἐξῄρει*) *τοῦτο, τιμὴν τῷ θεῷ ταύτην ἀπονέμοντες· ἐλάγχανεν δὲ ὁ μετὰ τὸν θεόν. Εὐριπίδης ἐν Αἰόλῳ μνημονεύει τοῦ ἔθους τούτου.*

XXVIII. Hesych. *Ἀκρατὲς, ἀσθενές. Εὐριπίδης Αἰόλῳ.*

EX ALCMAEONE.

Fabulae argumentum exposuit Bentlei. epist. ad Mill. p. 467 sq. ed. Lips. *Alcmaeonem, quem antea contortorum anguium et ardentium taedarum verbera nunquam consistere paterentur, aliquando tandem ad sanam mentem in Psophide Arcadiae rediisse.* Apollod. III, 7. 5. *Ἀλκμαίωνα δὲ μετῆλθεν Ἐριννὺς τοῦ μητρῴου φόνου. καὶ μεμηνὼς πρῶτον μὲν εἰς Ἀρκαδίαν πρὸς Οἰκλέα παραγίνεται, ἐκεῖθεν δὲ εἰς Ψωφῖδα πρὸς Φηγέα* (vid. fr. III.). *καθαρθεὶς δὲ ὑπ' αὐτοῦ Ἀρσινόην γαμεῖ τὴν τούτου θυγατέρα.* Hinc ductus fabulae titulus *Ἀλκμαίων ὁ διὰ Ψωφῖδος*, commemoratus ab Hesychio vv. *ἀργαίνειν* et *ἀτενής*. Ceteri simpliciter *Ἀλκμαίωνα* vocant. Huc igitur referenda videntur fr. I. II. III. in quibus caedes Eriphyles matris memoratur, etiam fragm. ex Ennii Alcmaeone apud Ciceronem. Vid. P. Scriverii collect. p. 9 sq. Bothii poet. Lat. scenic. V, 1. p. 31 sq. Furore correptum ea in fabula Alcmaconem in scenam prodiisse colligas etiam e locis Comicorum apud Bentl. l. c. Alia narratio est apud Apollod. l. c. de morte Alcmaeonis, et apud Pausan. VIII, 24, 4. p. 646. Kuhn. (Cf. Hygin. fab. 245.) Sed eius nullum in fragmentis indicium deprehendi. At in hoc argumento vix intelligas, quomodo locum invenire potuerint ea, quae ad Corinthum spectant, fr. VII. et XVIII. Sed his locum suum assignat narratio Apollodori III, 7, 7. a Barnesio iam memorata: *Εὐριπίδης δέ φησιν, Ἀλκμαίωνα*

κατὰ τὸν τῆς μανίας χρόνον ἐκ Μαντοῦς Τειρεσίου (*τῆς Τειρ.*) *παῖδας δύο γεννῆσαι, Ἀμφίλοχον καὶ θυγατέρα Τισιφόνην· κομίσαντα δὲ εἰς Κόρινθον τὰ βρέφη δοῦναι τρέφειν Κορινθίων βασιλεῖ Κρέοντι. καὶ τὴν μὲν Τισιφόνην διενεγκοῦσαν εὐμορφίᾳ ὑπὸ τῆς Κρέοντος γυναικὸς ἀπεμποληθῆναι δεδοικυίας, μὴ Κρέων αὐτὴν γαμετὴν ποιήσηται· τὸν δὲ Ἀλκμαίωνα ἀγοράσαντα ταύτην ἔχειν, οὐκ εἰδότα τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα, θεράπαιναν· παραγενόμενον δὲ εἰς Κόρινθον ἐπὶ τὴν τῶν τέκνων ἀπαίτησιν καὶ τὸν υἱὸν κομίσασθαι.* Quod igitur iam suspicatus est Bentleius, duplex Euripidis tragoedia fuit, Alcmaeonis nomine inscripta, altera *Ἀλκμαίων ὁ διὰ Ψωφῖδος*, altera *ὁ διὰ Κορίνθου* sec. fr. XVIII. ex quo idem collegit Creuzer. meletem. I. p. 65. not. 15. Duplicem eiusdem fabulae recensionem fuisse ex eo recte colligit Boeckh. de gr. trag. principp. p. 20. 222. quod ad Alcmaeonem respexisse Aristoph. Equ. 1299. quae fabula acta est Ol. 88, 4. Schol. ad eum l. narrat, a Schol. Arist. Ran. 67. autem Alcmaeon Ol. 93, 3. post mortem Euripidis cum Iphig. Aulid. et Bacchis acta esse traditur: *οὕτω δὲ καὶ αἱ διδασκαλίαι φέρουσι, τελευτήσαντος Εὐριπίδου, τὸν υἱὸν αὐτοῦ δεδιδαχέναι ὁμωνύμως ἐν ἄστει Ἰφιγένειαν τὴν ἐν Αὐλίδι, Ἀλκμαίωνα, Βάκχας.* Quum autem argumenta fabularum eodem nomine inscriptarum tam diversa fuerint, mihi non duplex eiusdem fabulae recensio, sed duae diversae fabulae fuisse videntur, ut Iphig. Aulid. et Taur. Priorem autem censeo fuisse eam, quae *διὰ Ψωφῖδος* inscribebatur, utpote celebriorem et saepius ab antiquis citatam.

Ἀλκμ. ὁ διὰ Ψωφῖδος.

I. (XVI.) Aristot. Eth. III, 1, 8. *Ἔνια δ' ἴσως οὐκ ἔστιν ἀναγκασθῆναι, ἀλλὰ μᾶλλον ἀποθνητέον παθόντα τὰ δεινότατα· καὶ γὰρ τὸν Εὐριπίδου Ἀλκμαίωνα γελοῖα φαίνεται τὰ ἀναγκάσαντα μητροκτονῆσαι.* ad quem locum Aspasius seu Eustratius: *τὸν Ἀμφιαράου παῖδα τοῦτον, ᾧ ὁ πατὴρ ἀνελεῖν τὴν μητέρα ἐπέσκηψεν· εἰ δὲ μή, ἔσται τὸν πατέρα λυπῶν, ὅς οὐ δι' ἀξίας αἰτίας ποιῶν τοῦτο ἱστορεῖται. Ἄλλως. παρατίθεται τὸν παρ' Εὐριπίδην Ἀλκμαίωνα, ὡς δι' εὐτελῆ τινὰ ὑπομείναντα μητροκτονῆσαι· λέγει γὰρ παρ' αὐτῷ ὁ Ἀλκμαίων·*

μάλιστα μέν μ' ἐπῆρεν ἐπισκήψας πατὴρ,
ὅθ' ἅρματ' εἰσέβαινεν εἰς Θήβας ἰών.

διὰ γὰρ τούτων ἐντολὰς πατρὸς διηγεῖται, ὡς ἐντειλαμένου αὐτοῦ κτεῖναι τὴν μητέρα καὶ καταρασομένου αὐτοῦ, εἰ μὴ ἀποκτείνῃ, ἀκαρπίαν τε γῆς καὶ ἀτεκνίαν, ὧν οὐδὲν ἦν ἄξιον τοιοῦτον κακὸν ἀναγκάσαι ποιῆσαι τινά. Grot. Exc. p. 368. *At me incitavit maxime exhortans pater Tunc quum ipse currum scanderet Thebas petens.* In graecis habet ἐπῆρεν ἐπισκ. λόγοις, Ὅταν ἅρμ.

II. (XVII.) Schol. Pind. Nem. 4, 32. *Ἀμφιτρύωνος* ἀντὶ πατρωνυμικοῦ τοῦ Ἀμφιτρυωνίδου· — — ὡς Ὅμηρος λέγει Ὑπερίονος Ἠελίοιο ἀντὶ τοῦ Ὑπεριονίδου, καὶ Εὐριπίδης·

Ὅ σοι χρυσοῦν ἀπώλεσ', Οἰδίπους δ' ἐμὲ,
χρυσοῦν ἐνεγκὼν ὅρμον εἰς Ἄργους πόλιν.

Valcken. diatr. p. 151. C. „Sed quo tandem modo nobis persuadebit, qui tot suae nobis dedit imperitiae documenta, Pindari Scholiastes, Euripidem filio dedisse nomen paternum Oedipodis, toties in suis fabulis commemorati? Corrige Grammatici peccatum vel Codicis quo fuit usus: nam mihi vix dubium est, quin scripserit Euripides - - ἀπώλεσ'· Ὠιδίπου δ' ἐμὲ Χρυσ. ἐν. ὅ. Χρυσός γέ τοί σ' impleret forsan minus absurde versum primum." Ὠιδίπου pro ὁ Οἰδ. (ut ὦνος ὠνοχόος pro ὁ οἶνος, ὁ οἰνοχόος) probat etiam Boeckh. ad Pind. Schol. p. 452. Sed σ' si verum esset, haec verba essent Alcmaeonis ad patrem vel matrem, quorum neutrum nec in hac fabula locum habere potuit, nec in alia, quum Alcmaeo infelix factus sit interfecta demum post mortem patris matre, ut absurdum fuisset, alterutrum ex his tanquam vivum alloquentem ea addere quae non nisi post mortem eorum facta sunt. Itaque legendum videtur ὅ τοι χρυσός σφ' ἀπώλεσ' vel ὅ τοι χρυσός νιν ὤλεσ.' σφε vel νιν, Amphiaraum. χρυσοῦν quidem e sq. versu facile huc transferri potuit. Barnes. in Add. dederat ὅ, σοι πατέρα γ' ἀπώλεσ', Ὀ. a quo deceptus Toup. Em. in Suid. T. II. p. 11. legendum coni. οὔ σοι πατέρα γ' ἀπώλεσ', verba esse Eriphylae ad filium ratus. De aureo monili a Polynice Argos delato Valck. laudat Columnam ad Ennii fragm. p. 282. Ex Alcmaeone autem haec petita esse recte Barnes. suspicatus esse videtur.

III. (XI.) Suidas v. πενθερά. Photius ib. p. 300. Herm. p. 410. Pors. *Πενθερὰ τῷ νυμφίῳ ἡ τῆς κόρης μήτηρ, καὶ πενθερὸς ὁ πατήρ. Εὐριπίδης δὲ γαμβρὸν αὐτὸν παρὰ τάξιν λέγει· ὁ γοῦν Ἀλκμαίων τῷ Φηγεῖ φησί·*

Καί σ', ὦ γεραιὲ, τήν τε παῖδα μὴ δοὺς ἐμοὶ
γαμβρὸν νόμιζε καὶ πατὴρ σωτήρ τ' ἐμός.

Rectius Photius γαμβρὸς νομίζῃ, quod et e Suidae explicatione patet et e sqq. nominativis. V. 1. Photius μὴ δῷς, sed recte cod. D. παῖδα δοὺς, omisso μή. Grotius in Exc. p. 369. em. καὶ σύ γε, γεραιὲ, σήν γε παῖδ' ἣν δῷς ἐμοὶ Γαμβρὸς νομίζῃ - - *Ego te, mihi si colloces natam, senex, Socerum putabo, sospitatorem et patrem.* et sic dedit Barnes. omisso tamen γε post σύ. Toup. ad Suid. T. II. p. 46. σὺ δ', ὦ γεραιὲ, παῖδα τὴν σὴν δοὺς ἐμοὶ γαμβρὸς νομίζῃ. Heath. p. 163. σὺ δ' ὦ γερ. Valcken. ad Phoen. 431. p. 160. καὶ σύ γε, γεραιὲ, τήνδε παῖδα δοὺς ἐμοὶ γαμβρὸς νομίζου. Porson Append. Toup. Em. T. IV. p. 466. σὺ δ' ὦ γεραιὲ, τήνδε παῖδα δοὺς ἐμοί. „In altero νομίζῃ recte habet Photius MS." tandem V. D. in *Edinb. review* XXI. p. 333. σὺ δ', ὦ γερ. τήν τε π δοὺς ἐμοὶ Γ. νομίζει, καὶ πατὴρ σωτήρ τ' ἐμός. ut τε ante παῖδα positum referatur ad καὶ πατ.

IV. Hesych. *Ἀργαίνειν, λευκαίνειν. Εὐριπίδης Ἀλκμαίωνι διὰ Ψωφῖδος.* ubi Musur. dedit διὰ ψηφίδος, Codex autem, teste Schowio p. 133. habet: διὰ . . φίδος. Ψωφῖδος Bentl. Eustath. ad Od. β p. 1430, 62. Rom. = 75, 18. Basil. ἐκεῖθεν καὶ ἀργᾶντες ταῦροι παρὰ Πινδάρῳ, καὶ ἀργαίνειν τὸ λευκαίνειν παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἀλκμαίωνι.

V. (XV.) Hesych. *Ἀτενής.*

Ἥκω δ' ἀτενὴς ἀπ' οἴκων

Εὐριπίδης Ἀλκμαίωνι τῷ διὰ Ψωφῖδος. (sic Salmas. Cod. ψοφίδος), συντείνασα. *contento gradu*, ut recte Kuster. non, ut Musgrav. *recta ab aedibus venio.*

Ἀλκμ. ὁ διὰ Κορίνθου.

VI. Schol. Hesiod. Sc. Herc. in cod. Schellersheim. p. 61. recta apud Creuzer. meletem. p. 65. ὥσπερ ἐν Ὀρέστῃ· σίγα σίγα, λευκὸν ἴχνος ἀρβύλης· καὶ ἐν Ἀλκμαίωνι τῷ διὰ Κορίνθου·

Φίλε φίλε πρόβατε μόλε τίς· ὁ δὲ σποδαπὸς ὁ ξένος Κορίνθιος ἔμολε ἀγχίαλος.

quae sic emendavit Hermann. in litteris ad me datis, quibus primus illud fragm. mecum communicabat:

φίλαι, φίλαι,
πρόβατε, μόλετε· τίς ὅδε, ποδαπὸς ὁ ξένος
Κορινθίοις ἔμολεν ἀγχίαλος;

e quibus ultimus versus e dipodia iambica constat cum dochmio. Chori verba esse etiam e metro apparet.

VII. (VIII.) Stob. tit. 88. p. 500. Gesn. 90. p. 363. Grot. et Gaisf.

Ὦ παῖ Κρέοντος, ὡς ἀληθὲς ἦν ἄρα,
ἐσθλῶν ἀπ' ἀνδρῶν ἐσθλὰ γίγνεσθαι τέκνα,
κακῶν δ' ὅμοια τῇ φύσει τῇ τοῦ πατρός.

Fili Creontis, quam vetus sententia Est vera, fortes procreari fortibus, Maloque ab ortu proseri sobolem malam. Barnes. huic fragm. subiunxerat aliud, quod ibidem legitur, sed a nostro distinctum in ed. Gesn. nam in Trincavell. deest. Musgrav. inter incerta retulit LXIII. Boissonad. Barnes. sequitur.

Sequentia ad utram fabulam spectent, non ausim definire.

VIII. (I.) Aristoph. Eq. 1299.

Οὐδὲ πυνθάνεσθε ταῦτ', ὦ παρθένοι, τἀν τῇ πόλει;

ubi Schol. *ὁ στίχος δὲ παρὰ τὰ ἐξ Ἀλκμαίωνος Εὐριπίδου.* Itaque, si vera est coniectura mea supra proposita, Alcmaeonem *τὸν διὰ Ψωφῖδος* priorem fuisse, ad hanc fabulam fragmentum referendum erit. Pausan. l. c. *Τέθαπται δὲ καὶ Ἀλκμαίων ἐν Ψωφῖδι ὁ Ἀμφιαράου, καί οἱ τὸ μνῆμά ἐστιν οἴκημα οὔτε μεγέθει οὔτε ἄλλως κεκοσμημένον. περὶ δὲ αὐτὸ κυπάρισσοι πεφύκασιν ἐς τοσοῦτον ὕψος ἀνήκουσαι, ὥστε καὶ τὸ ὄρος τὸ πρὸς τῇ Ψωφῖδι κατεσκιάζετο ὑπ' αὐτῶν. ταύτας οὐκ ἐθέλουσιν ἐκκόπτειν ἱερὰς τοῦ Ἀλκμαίωνος νομίζοντες· καλοῦνται δὲ ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων παρθένοι.* Quid? si Euripides in has arbores, mutata forma, transisse virgines, quas hoc versu compellat, finxit et ita Aristophani sui irridendi ansam dedit: nam is *παρθένους* vocat triremes *τὰς μήπω πλεύσασας.*

IX. (II.) Stobaeus tit. 22. p. 188. Gesn. p. 115. Grot. et Gaisf.

*Ταπεινὰ γὰρ χρὴ τοὺς κακῶς πεπραγότας
λέγειν, ἐς ὄγκον δ' οὐκ ἄνω βλέπειν τύχης.*

Demissa fari cladibus pressos decet, Non pristinae respicere fortunae decus. Similis sententia est versiculi ap. Plutarch. de aud. poët. p. 28. C. *Μικρὸν φρονεῖν χρὴ τὸν κακῶς πεπραχότα.* (leg. *πεπραγότα.*) de quo Wyttenb. ad l. p. 259.

X. (IX.) Stob. ib. p. 187. Gesn. p. 113. Grot.

*Ὁρᾶτε τὸν τύραννον, ὡς ἄπαις γέρων
φεύγει· φρονεῖν δὲ θνητὸν ὄντ' οὐ χρὴ μέγα.*

Spectate regem, qui senex, orbus fugit. Spirare nimium magna mortalem nefas. Cic. Fin. 4, 23, 62. - - *qui aeque vir bonus* multis modis *esset, ut Ennii Alcmaeo,* Circumventus morbo, exsilio atque inopia. Haec de Alcmaeone dici potuerunt in Ennii fabula, cuius quum fragmenta plurima ad furorem Alcm. exhibendum spectent, ex Alcm. *τῷ διὰ Ψωφῖδος* ducta esse videtur; at Euripidis Alcmaeo quomodo iam tum *γέρων* appellari potuit? Nec in altera fabula haec verba locum habere potuerunt, quum nusquam memoratum legamus, Alcmaeonem regno eiectum et liberis orbum Corinthum venisse. An igitur de Creonte illa valent? etsi huius fortuna quae fuerit in ea fabula, non magis constat.

XI. (III.) Stob. tit. 47. p. 343. Gesn. 49. p. 187. Grot. et Gaisf.

Φεῦ φεῦ, τὰ μεγάλα μεγάλα καὶ πάσχει κακά.

Heu magna magnis sunt malis obnoxia. Ad *πάσχει* Valck. annotavit: alibi *τίκτει.*

XII. (Inc. XXIX.) Stob. tit. 22. p. 187. Gesn. p. 111. Grot. et Gaisf.

*Βροτοῖς τὰ μείζω τῶν μέσων τίκτει νόσους·
θεῶν δὲ θνητοὺς κόσμον οὐ πρέπει φέρειν.*

Salubre non est quidquid excessit modum, Nec divûm honores capere mortales decet. Ad Alcmaeonem refertur in Codd. Schow.

XIII. (IV.) Stob. tit. 60. p. 384. Gesn. 62. p. 235. Grot. et Gaisf.

Μέτεστι τοῖς δούλοισι δεσποτῶν νόσου.

In servum herilis magna pars recidit mali.

XIV. (V.) Stob. ibid.

Ὅστις δὲ δούλῳ φωτὶ πιστεύει βροτῶν,
πολλὴν παρ' ἡμῖν μωρίαν ὀφλισκάνει.

Quicunque servo praebet aures credulus, Supplicia magna debet imprudentiae.

XV. (VI.) Stob. tit. 67. p. 423. Gesn. 69. p. 286. Grot. et Gaisf.

Γυναῖκα καὶ ὠφέλειαν καὶ νόσον ἀνδρὶ φέρει μεγίσταν, ἐδίδαξα τοὐμῷ λόγῳ. Init. Gesn. corrigebat *γυνή*, quod receperunt Grotius et Barnes. hic etiam ed. *γυνὴ γὰρ ὠφέλ.* Tum Grotius et Barnes. *ἐκδιδάσκετ' ἐμῷ λόγῳ*, quasi *ἐκδιδάσκειν* idem esset quod *ἐκμανθάνειν*. Paris. A. *τῷ ἐμῷ*. Valcken. in diatrib. p. 149. sic versus scribit e choro petitos:

Γυναῖκα δ' ὠφέλειαν
καὶ νόσον ἀνδρὶ φέρειν μεγίσταν,
ἐδίδαξα τὠμῷ λόγῳ.

in quibus eum scribere voluisse censeo *γυναῖκα κὠφέλειαν*, ut edidit Musgrav.

XVI. (VII.) Stob. tit. 77. p. 454. Gesn. 79. p. 339. Grot. et Gaisf.

Τὰ τῶν τεκόντων ἅς μετέρχεται θεὸς
μιάσματα.

Commissa quae sunt in parentes, haec deus Persequitur ultor. Quam interpretationem damnans Valcken. ad Hippol. 826. haec monet Graecis significari, *ab ipsis parentibus commissa, quae deus ultor in liberis persequitur.* Plutarch. de sera num. vind. II. p. 556. E. *ἃ γὰρ Εὐριπίδης ἐγκαλεῖ καὶ παῤῥησιάζεται πρὸς τοὺς θεοὺς τὰ τῶν τεκόντων σφάλματα εἰς τοὺς ἐγγόνους* (scr. *ἐκγόνους*) *τρέποντας, αἰτιᾶσθαι νόμιζε καὶ τοὺς σιωπῶντας ἡμῶν.* Ibid. p. 562. F. *Ὅθεν οὐδὲ πάντα τὰ τῶν τεκόντων σφάλματα εἰς τοὺς ἐκγόνους οἱ θεοὶ τρέπουσιν.* Haec Grotius in Excerpta retulit p. 422. sic versa: *In posterorum capita mos Dis vertere Culpas parentum.* Cf. Wyttenb. ad Plut. p. 63. (p. 381. ed. Oxon.) Sed hic locus a nostro diversus esse videtur. Vid. fr. inc. trag. CXXXIII.

XVII. (XII. XIII.) Erotianus v. *σκεθροτέραν* p. 342. *Βακχεῖος ἐν ά φησὶν ἀληθεστέραν, ἀλλ' ουκ ὀρθῶς. Κεῖται καὶ ὅτὲ μὲν ἀντὶ τοῦ ἀληθοῦς, ὅτε δὲ ἀντὶ τοῦ ἀκριβοῦς λογισμοῦ τὸ σκεθρόν· ὡς καὶ Εὐρ. ἐν Ἀλκμαίωνι φησί·*

Γυναῖκες, ὁρμήθητε, μήδ' ἀθυμίαν
σχέθῃ τις ὑμῶν· ταῦτα γὰρ σκεθρῶς ὁρᾶν
ἡμᾶς ἀνάγκη τοὺς νομίζοντας τέχνην.

Iam pergite ergo, feminae, nec cuipiam Delinquat animus; ista cum cura omnia Speculanda nobis artis hoc profitentibus. Grot. Exc. p. 368. Scripsit enim *μήδ' ἀθυμίᾳ Σχεθῇ τις ὑ.* V. 1. Erot. *ἀτιμίαν*. Secundo v. apud Erotian. est *σκεθρήν τις ὑμῶν. ταῦτα* (Al. *ταύτης*) *γὰρ σκεθροβόραν*. Pierson ap. Valcken. diatr. p. 149. duo haec fragmenta esse suspicabatur, quorum prius sic esset constituendum: *Γυν. ὁρμ. μήδ. ἀτιμίαν Σκεθρήν τις ὑμῶν* (*καταχεῇ* vel simile quid.) Eum secutus est Musgrav. Scalig. emend. *ἀθυμία*, eumque secutus Grotius. Elmsl. ad Eur. Heracl. 272. em. *μήδ' ἀθυμία Σχέθῃ τις ὑμᾶς.* Cf. id. ad Med. 995. Loqui videtur extispex aliquis.

XVIII. (X.) Stob. tit. 77. p. 455. Gesn. 79. p. 339. Grot. et Gaisf.

Ἢ τί πλέον εἶναι παῖδας ἀνθρώποις, πάτερ,
εἰ μὴ 'πὶ τοῖς δεινοῖσιν ὠφελήσομεν;

Nam quo parentes liberos optent sibi, Si non feramus rebus afflictis opem? Valck. diatr. p. 150. em. *τί πλεῖον εἶναι π. ἀ. π.* litteram *η* e sq. *τί* ortam dicens

XIX. (XIV.) Priscian. lib. XVIII, 25. p. 205. T. II. ed. Krehl.

Ἐπεὶ τεκόντος οὐδὲν ἐντρέπῃ πατρός.

Quando nihil verere genitorem tuum. Grot. Exc. p. 368. Sic Grot. Barn. et Krehl. ex ed. Ascens. quae habet *ἔπ' οὔτεκοντος* etc. *ἐπ'* etiam rell. libri. Ald. al. *ἐπ' οὔτ' ἐκόντος οὐδὲν ἐντρέπει* (sic etiam Iunt.) *πατρός.* Putsch. p. 1182. *Τί τοῦτ' ἐκόντος οὐδὲν ἐντρέπει πατρός.* Sed articulus vix omitti poterat. Itaque recte Musgr. *Τί; τοῦ τεκόντος οὐδὲν ἐντρέπει πατρός.* Valck. ad Phoen. 576. et diatr. p. 149. em. *Πιθοῦ· γέροντος οὐδὲν ἐντρέπει πατρός;* Videtur haec loquentem patrem inducere Alcmaeon.

EX ALCMENA.

In tanta fabularum Alcmenae varietate difficile est dicere, quae res argumentum huic tragoediae dederit. Quum tamen Sthenelus commemoretur, mihi quidem probabile est, exsilium Amphitryoni et Alcmenae post mortem Electryonis a Sthenelo impositum in ea explicatum fuisse; de quo Apollod. II, 4, 6. ὁ Ἠλεκτρύων τὸν τῶν παίδων θάνατον βουλόμενος ἐκδικῆσαι, παραδοὺς τὴν βασιλείαν Ἀμφιτρύωνι καὶ τὴν θυγατέρα Ἀλκμήνην, ἐξορκίσας ἵνα μέχρι τῆς ἐπανόδου παρθένον αὐτὴν φυλάξῃ, στρατεύειν ἐπὶ Τηλεβόας διενοεῖτο. ἀπολαμβάνοντος δὲ αὐτοῦ τὰς βόας, μιᾶς ἐκθορούσης, Ἀμφιτρύων ἐπ᾽ αὐτὴν ἀφῆκεν ὃ μετὰ χεῖρας εἶχε ῥόπαλον· τὸ δὲ ἀποκρουσθὲν ἀπὸ τῶν κεράτων εἰς τὴν Ἠλεκτρύωνος κεφαλὴν ἐλθὸν ἀπέκτεινεν αὐτόν. ὅθεν λαβὼν ταύτην τὴν πρόφασιν Σθένελος παντὸς Ἄργους ἐξέβαλεν Ἀμφιτρύωνα καὶ τὴν ἀρχὴν τῶν Μυκηνῶν καὶ τῆς Τίρυνθος αὐτὸς κατέσχε.

I. Schol. Arist. Ran. 540. Suidas v. ταῦτα πρὸς ἄλλον. Μετακυλινδεῖν. ὅμοιον τῷ ἐν Ἀλκμήνῃ Εὐριπίδου·

Οὐ γάρ ποτ᾽ εἴων Σθένελον εὐτυχῆ
χωροῦντα τοῖχον τῆς δίκης ἀποστερεῖν.

παροιμία δέ ἐστι πρὸς τὸν εὖ πράττοντα τοῖχον ῥέπειν ἐπὶ τῶν περὶ τὸ λυσιτελοῦν αὐτοῖς ἀεὶ στρεφομένων. εἴρηται δὲ ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἐπιβατῶν τῆς νεὼς, ὅταν θατέρου μέρους αὐτοῖς κατακλυζομένου πρὸς τὸ ἕτερον οὗτοι μεθίστανται. Grot. Exc. p. 368. *Nunquam siissem Sthenelon ego partes sequi Feliciores et tibi esse iniurium.* Küster. ad h. l. versum 1. supplet legens οὐ γάρ ποτ᾽ εἴων τὸν Σθέν.

πρὸς εὐτυχῆ Χ. τ. rectius Grotius. οὐ γάρ ποτ᾽ εἴων Σθέν. εἰς τὸν εὐτ. ut habet Suid. quod et recepit Musgr. et sic citat Porson. ad Eurip. Or. 885. In altero versu σ᾽ ante ἀποστερεῖν inseruit Grot. Cf. Gataker. Advers. p. 523. G. Wyttenbach. ad Plut. p. 210.

II. Schol. ad Arist. Ran. 93. Suid. v. χελιδόνων μουσεῖα. Χελιδόνων μουσεῖα. παρὰ τὰ ἐν Ἀλκμήνῃ Εὐριπίδου·

Πολὺς δ᾽ ἐνεῖρπε κισσὸς, εὐφυὴς κλάδος,
χελιδόνων μουσεῖα.

(ἀντὶ τοῦ βάρβαρα καὶ ἀσύνετα. καὶ γὰρ παροιμία ἐπὶ τῶν βαρβάρων καὶ πολυλόγων καὶ ἐπαχθῶν ἐστι ταττομένη. Haec ad Arist. locum spectant. Suid. habet ἀνεῖρπε pro ἐνεῖρπε. Cod. Ravenn. ἂν εἶρπε. idem ἐκ φυῆς. V. 2. μουσεῖον Suid. et Rav.

III. Stob. tit. 39. p. 241. Gesn. 43. p. 167. Grot. et Gaisf.

Ἀτρέκεια δ᾽ ἄριστον ἀνδρὸς
ἐν πόλει δικαίου πέλει.

Res est optima veritas Iusti in principis urbe.

IV. Stob. tit. 43. p. 302. Gesn. 45. p. 175. Grot. et Gaisf.

Ἴστω δ᾽ ἄφρων ὢν, ὅστις ἄνθρωπος γεγὼς
δῆμον κολούει, χρήμασιν γαυρούμενος.

Desipere cesset, se quoque esse hominem memor, Qui fretus opibus patriae insultat suae.

V. (XIV.) Stob. ibid.

Τὸν εὐτυχοῦντα χρὴ σοφὸν πεφυκέναι.

Hominem beatum sapere praecipue decet.

VI. (V.) Stob. tit. 60. p. 384. Gesn. 62. p. 234. Grot. et Gaisf.

Ἀεὶ δ᾽ ἀρέσκειν τοῖς κρατοῦσι· ταῦτα γὰρ
δούλοις ἄριστα· κἀφ᾽ ὅτῳ τεταγμένος
εἴη τις, ἁνδάνοντα δεσπόταις ποιεῖν.

Domino placendum est: hoc enim servo expedit. Quic-

quid laboris imperatur, hoc suae Efficere fidei specimen atque industriae. Musgr. v. 3. τοῖς φίλοις pro δεσπόταις, quod a Grotio pro τοῖς φίλοις repositum dicit, sed falso.

VII. (VI.) Stob. tit. 81. p. 474. Gesn. 83. p. 347. Grot. et Gaisf.

Δεινόν τι τέκνων φίλτρον ἔθηκεν
θεὸς ἀνθρώποις.

Insevit homini maximos stimulos deus In prolem amoris. Sic recte versus descripsit Musgr. quum in Trinc. Gesn. unus versus fuisset; quo inductus Grotius, ut iambicos efficeret, scripsit: Δ. τι φίλτρον τέκνων ἀνθρώποις θεὸς Ἔθηκεν. spondeum quarto loco ponens.

VIII. (VII.) Stob. tit. 90. p. 505. Gesn. 92. p. 373. Grot. et Gaisf.

Ἀλλ' οὐδὲν ηὑγένεια πρὸς τὰ χρήματα·
τὸν γὰρ κάκιστον πλοῦτος εἰς πρώτους ἄγει.

Contendere opibus clara nobilitas nequit: Namque infimos ad summa divitiae vehunt.

IX. (VIII.) Stob. tit. 91. p. 507. Gesn. 93. p. 379. Grot. et Gaisf.

σκαιόν τι χρῆμα πλοῦτος ἥ τ' ἀπειρία.

Odiosa res est imperita opulentitas. Valcken. annotavit, in MS. Stob. Leid. esse χρῆμ' ὁ πλοῦτος, in quo verus esse potest articulus, potest vero etiam a Grammatico additus tum propter locos ibidem a Stobaeo allatos, δεινόν ἐστ' ὁ πλοῦτος e Carcino, ὁ πλοῦτος ἀμαθία, Ἄδικον ὁ πλοῦτος etc. (at sine artic. Eur. Hipp. fr. X. Ino fr. IV.) tum propter sequens ἥ τ' ἀπειρία. At vid. Gramm. gr. p. 553 sq.

X. (IX.) Stob. tit. 97. p. 538. Gesn. 99. p. 417. Grotius et Gaisf.

Ἀλλ' οὐ γὰρ ὀρθῶς ταῦτα, γενναίως ἴσως
ἔπραξας, αἰνεῖσθαι δὲ δυστυχῶν ἐγὼ
μισῶ· λογισμὸς τοὔργον οὐ νικᾷ ποτέ.

Generosa sunt tua forte, sed prudentia Carent facinora: non placet laudabilis Miseria: praestat quippe res rumoribus. V. 1. legendum videtur γενναίως δ' ἴσως. De ἀλλὰ γὰρ vide quae monui ad Phoen. 371. Pro λογισμός marg. Gesn. Paris. A. B. λογισμούς. Post hanc vocem in A. Voss. Trincav. sequitur γάρ, hinc Porsonus, teste Gaisf. λόγος γάρ. recte. *sermones hominum laudantium nunquam potiores sunt re ipsa* i. e. infelici eius, qui laudatur, conditione. λογισμός est *consideratio*, *deliberatio rei*, non *sermocinatio*, ut Heath vertit. Verba esse videntur Amphitryonis.

XI. (X.) Stob. tit. 106. p. 568. Gesn. 108. p. 451. Grot. et Gaisf.

Ἀλλ' εὖ φέρειν χρὴ συμφορὰς τὸν εὐγενῆ.

Adversa recte ferre generosum decet. εὐγενῆ Paris. A. B. Grot. Barn. pro εὐμενῆ.

XII. (XI.) Stob. tit. 110. p. 581. Gesn. 112. p. 465. Grot. 111. Gaisf.

Θάρσει· τάχ' ἂν γένοιτο· πολλὰ τοῖς θεοῖς
κἀκ τῶν ἀέλπτων εὔπορ' ἀνθρώποις πέλει.

Fortem indue animum: saepe sunt a dis bona Exorta hominibus unde non speraverant. Musgrav. legendum coni. πολλοί τοι θεὸς — τέμει vel ἐλᾷ, (τοι etiam Valcken. adscripsit supra τοῖς) Iacobs Exercit. p. 214. πολλά τοι θεὸς κἀκ τῶν ἀέλπτων εὔπορ' ἂν βροτοῖς τέκοι. Lobeck ad Soph. Ai. 716. πολλά τοι θεὸς — τελεῖ. Erfurdt, teste Herm. nihil nisi πολλὰ σὺν θεοῖς mutabat.

XIII. (XII.) Stob. tit. 113. p. 584. Gesn. 115. p. 473. Grot. et Gaisf.

Σοφώτεροι γὰρ συμφορὰς τὰς τῶν πέλας
πάντες διαιρεῖν, ἢ τύχας τὰς οἴκοθεν.

Aliena cuncti rectius multo solent Diiudicare quam sua ipsorum mala. Valck. adscripsit: an διαθρεῖν, et ad Grotii interpretationem: Terent. respiciens fortasse ad illa ex Andria II, 1, 9. *Facile omnes quum valemus, recta consilia aegrotis damus.* Qui apud Stob. sequuntur quatuor versus, quorum quartum iam separaverat Grotius, ex Eurip. Alcest. 1081. sumtum, eos e comoedia aliqua petitos esse et Grotius apud Gaisf. et Valck. in nota MS. ad h. l. monuerunt; seclusit etiam Musgr.

XIV. (inc. XVI.) Stob. tit. 8. p. 97. Gesn. p. 53. Grot. et Gaisf.

Ὁ φόβος, ὅταν τι σώματος μέλη πέρι,
λέγειν καταστὰς εἰς ἀγῶν᾽ ἐναντίον
τό τε στόμ᾽ εἰς ἔκπληξιν ἀνθρώπων ἄγει,
τόν νοῦν τ᾽ ἀπείργει μὴ λέγειν ἃ βούλεται·
τῷ μὲν γὰρ ἔνι κίνδυνος, ὁ δ᾽ ἀθῷος μένει·
ὅμως δ᾽ ἀγῶνα τόνδε δεῖ μ᾽ ὑπεκδραμεῖν·
ψυχὴν γὰρ ἆθλα τιθεμένην ἐμὴν ὁρῶ.

Quoties periclum cernitur vitae, timor Causae tuendae ductus in certamina Os hominis ipsum cogit obstupescere, Mentemque prohibet, quae loqui cuperet, loqui, Ut quae periclum non subit par corpori. Exhauriendus est mihi tamen hic labor, Cui posita merces aut mea est mors aut salus. Schow. e Codd. B. C. ad Alcmenen retulit. V. 2. pro λέγειν Valcken. diatr. p. 220. legendum coni. λόγων, ut iungerentur εἰς ἀγῶνα ἐναντίον λόγων. Vulgatum defendit Wyttenbach. ad Plut. p. 148. E. i. e. p. 924. vertens *ad dicendum consistens.* At tunc εἰς ἀγῶν᾽ ἐναντίον nimis nude positum est, ut quis ἀγὼν significetur, vix intelligas. — εἰς ἀγῶν᾽ ἐ. Grotius dedit e Scalig. emendat. pro ἐπ᾽ ἀγ. Musgr. ed. ὅταν τις σώματος μέλλει πέρι λέγειν, κατ. τὶς et μέλλει est in Paris. B. illud a m. sec. V. 5. τῷ μέν nim. τῷ νῷ, ὁ δὲ sc. φόβος quo significatur ὁ φοβούμενος, sicut νοῦς eum declarat, *qui ratione et consilio fortis est.* V. 6. legendum videtur ὑπερδραμεῖν, ut est in Paris. a m. sec. ὑποδραμεῖν a m. prima, etsi ὑπερδραμεῖν ἀγῶνα pro νικᾶν ἀγ. sola analogia tuetur: nam ὑπεκδραμεῖν ἀγ. est *vitare certamen*, quod vix aptum est sententiae. Vid. Valck. ad Phoen. 581. Schaef. ad Soph. Antig. 455. V. 7. pro τιθεμένην Valck. τεθειμένην, Lobeck. ad Soph. Ai. p. 345. κειμένην. Neutro opus esse videtur.

XV. Stob. tit. 96. p. 530. Gesn. 98. p. 405. Grot. et Gaisf.

Ἀλλ᾽ ἡμέρα τοι πολλὰ καὶ μέλαινα νὺξ
τίκτει βροτοῖς. — —

Sed plurima Dies et atra nox ferunt mortalibus. Ad Alcmenen refert Cod. Vossian. et Arsen. apud Gaisf.

XVI. (XIII.) Pollux X, 117. πανὸς καὶ φανὸς ἡ λαμπάς, ὡς ὅταν φῇ ἐν Ἀλκμήνῃ Εὐριπίδης·

Πόθεν δὲ πεύκης πανὸν ἐξεῦρες λαβεῖν.

Sic MS. apud Iungerm. non φανόν, ut vulgo. De voce πανός vid. Nunnes. ad Phryn. p. 59 sq. ed. Lobeck. Pierson. Veris. p. 3 sqq. Blomfield. gloss. Agam. 275.

XVII. Hesych. Ἀμολγὸν νύκτα Εὐριπίδης Ἀλκμήνῃ ζοφερὰν καὶ σκοτεινήν. Vid. Buttmann. Lexil. II. p. 43.

EX ALEXANDRO.

Alexandrum fabulam inscriptam fuisse, non Alexandram, optime demonstravit Osann. in Wolfii analectis T. II. p. 529. ex eo, quod in inscriptione marmoris a Winkelmanno editi (vid. supra p. 2.) Ἀλέξανδρος memoratur; quo accedit quod in Stobaei Cod. Paris. apud Gaisf. ubique est Εὐρ. Ἀλεξάνδρου vel Ἀλεξάνδρῳ. Aelianus etiam V. H. II, 8. Euripidem Ol. 91. vicisse ait Ἀλεξάνδρῳ, et Clem. Alex. Strom. IV, p. 483. citat Euripidem ἐν Ἀλεξάνδρῳ. IV. p. 621. ἐξ Ἀλεξάνδρου. Ἀλεξάνδρος etiam Boisson. Argumentum fabulae exponi ab Hygino fab. 91. idem acute vidit Osann. Hygini verba haec sunt: *Priamus Laomedontis filius quum complures liberos haberet ex concubitu Hecubae, Cissei sive Dymantis filiae, uxor eius praegnans in quiete vidit se facem ardentem parere, ex qua serpentes plurimos exisse. Id visum omnibus coniectoribus quum narratum esset, imperant quidquid pareret necaret, ne id patriae exitio foret. Postquam Hecuba peperit Alexandrum, datur interficiendus; quem satellites misericordia exposuerunt. Eum pastores pro suo filio repertum expositum educarunt, eumque Parim nominaverunt. Is quum ad puberem aetatem pervenisset, habuit taurum in deliciis; quo quum satellites missi a Priamo, ut taurum aliquis adduceret, venissent, qui in athlo funebri, quod ei fiebat, poneretur, coeperunt Paridis taurum abducere. Qui perse-*

cutus est eos et inquisivit, quo eum ducerent. Illi indicant se eum ad Priamum adducere, qui vicisset ludis funebribus Alexandri. Ille amore incensus tauri sui descendit in certamen et omnia vicit (πάντα ἐνίκα), *fratres quoque suos superavit. Indignans Deiphobus gladium ad eum strinxit; at ille in aram Iovis Hercei insiluit. Quod quum Cassandra vaticinaretur eum fratrem esse, Priamus eum agnovit regiaque recepit.* Cf. Apollodor. III, 12, 5. Hinc illustrantur ea, quae sunt in scholiis ad Hippol. 67. ἕπεσθ᾽ ᾄδοντες. Τοῦτο ἔνιοι τὸν Ἱππόλυτον φασὶν ᾄδειν. ἄμεινον δὲ τοὺς ἑπομένους τῷ Ἱππολύτῳ ἀπὸ τῶν κυνηγεσίων ταῦτα λέγειν. ἕτεροι δέ εἰσι τοῦ χοροῦ, καθάπερ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ (Musgr. Ἀλεξάνδρᾳ) ποιμένες. ἐνταῦθα μὲν οὖν δύναται προαποχρήσασθαι τοῖς ἀπὸ τοῦ χοροῦ, ἐκεῖ δὲ συνεστῶτος τοῦ χοροῦ ἐπεισάγει τοῦτο τὸ ἄθροισμα. Cf. Reinesii var. lect. p. 374.

I. (XX.) Stob. tit. 123. p. 616. Gesn. 125. p. 511. Grot. tit. 124. Gaisf.

Παλαιὰ καινοῖς δακρύοις οὐ χρὴ στένειν.

Mala flere vetera lacrimis noli novis. His verbis aliquis videtur consolatus esse Priamum et Hecubam, Paridis interitum in ludis eius funebribus deplorantes. Eiusdem argumenti sunt sequentia fragm.

II. (XIX.) Stob. tit. 113 p. 584. Gesn. 115. p. 473. Grot. 114. Gaisf.

A. *Οἶδ᾽· ἀλλὰ κάμπτειν τῷ χρόνῳ λύπας χρεών.*
B. *Χρή· τοῦτο δ᾽ εἰπεῖν ῥᾷον, ἢ φέρειν κακά.*

Scio; sed dolores tempore inflecti decet. Decet; at monere levius est quam perpeti. Imperite in diario class. II. p. 340. tentat nescio quis ἐν χρόνῳ. vid. Aristoph. Nub. 66.

III. (XVI.) Stob. tit. 103. p. 562. Gesn. 105. p. 439. et Gaisf.

Ὥστ᾽ οὔ τις ἀνδρῶν εἰς ἅπαντ᾽ εὐδαιμονεῖ.

Ut nemo felix undique est mortalium. quasi legeretur ὡς οὔτις. Cf. Stheneb. fr. I.

IV. (XVII.) Stob. tit. 106. p. 568. Gesn. 108. p. 451 Grot. et Gaisf.

Πάντων τὸ θανεῖν· τὸ δὲ κοινὸν ἄχος
μετρίως ἀλγεῖν σοφία μελετᾷ·

Commune mori; sed rite malum Commune pati sapientis opus.

V. Stob. tit. 38. p. 222. Gesn. p. 150. Grot. et Gaisf.

Οἴμοι! θανοῦμαι διὰ τὸ χρήσιμον φρενῶν,
ὃ τοῖσιν ἄλλοις γίγνεται σωτηρία.

Heu pereo mentis propter excellentiam, Aliis saluti quae fuit mortalibus. θανοῦμαι Trinc. Gesn. MS. apud Valcken. et MS. bibl. coll. nov. Oxon. apud Musgrav. θανοῦμεν soloece Grot. et ex eo Barnes. V. 2. ἃ τοῖσιν Gesn. Grot. secundum quod mox σωτήρια scribendum suspicabatur Valcken. ὃ τοῖσιν Trincav. MS. bibl. coll. nov. Oxon. ap. Musgr. Vid. Gramm. gr. §. 439. not. 1. c. p. 822. §. 475. c. p. 891. Barnes. ἣ τοῖσιν e Troad. 745. Verba mihi videntur esse Alexandri post victoriam reportatam ara Iovis a Deïphobi ferro se tutantis: Osann. l. c. p. 534. Cassandrae tribuit. Sed haec quomodo in mortis periculum adducta sit, non video.

VI. (VI.) Stob. tit. 60. p. 383. Gesn. 62. p. 235. Grot. et Gaisf.

Σοφὸς μὲν οὖν εἶ, Πρίαμ᾽, ὅμως δέ σοι λέγω·
δούλου φρονοῦντος μᾶλλον, ἢ φρονεῖν χρεών,
οὐκ ἔστιν ἄχθος μεῖζον, οὐδὲ δώμασιν
κτῆσις κακίων οὐδ᾽ ἀνωφελεστέρα.

Sapis tu quidem, Priame, tamen audi precor, Plus quam necesse est sapere qui servus sapit, Onus est molestum, nec domi possessio est Quae plus mali producat et frugis minus. Oratio videtur esse Deiphobi Alexandrum manibus suis elapsum, ut servum pastorem, criminantis, quod plus saperet liberis hominibus, id est in certamine ipsos vicisset. Osann. p. 533. Priamum agnito filio, his verbis servos, quod mandatum de filio necando posthabuissent, increpasse suspicabatur; quod mihi vix credibile videtur. Idem de sequentibus etiam valet.

VII. (IV.) Stob. tit. 4. p. 53. Gesn. p. 31. Grot.

Ὅθεν δὲ νικᾶν χρῆν σε, δυστυχεῖς, ἄναξ,
ὅθεν δέ σ᾽ οὐ χρῆν, εὐτυχεῖς· δούλοισι γὰρ
τοῖς σοῖσιν ἥκεις, τοῖς δ᾽ ἐλευθέροισιν οὔ.

Qua parte te, rex, vincere ex usu fuit, Non vincis, at ibi vincis ubi non est opus: Servis nihil non cedis, ingenuis nihil. V. 1. χρῆν, ut coni. Heath. prob. Valck. habet Paris. A. V. 3. Gesner. τόσοισιν ἥκεις et in marg. Lego εἴκεις. τοῖς σοῖσιν Paris. A. εἴκεις receperunt Grot. Barn. Boisson. τοῖς σοῖσι νικᾷς Musgr. quod verum videtur.

VIII. (X.) Stob. tit. 60. p. 384. Gesn. 62. p. 234. Grot. et Gaisf.

— — — — δούλους γὰρ οὐ
καλὸν πεπᾶσθαι κρείσσονας τῶν δεσποτῶν.

Servos enim Non utile est habere qui praestent heris.

IX. (VII.) Ibid.

Ὦ παγκάκιστοι καὶ τὸ δοῦλον οὐ λόγῳ
ἔχοντες, ἀλλὰ τῇ τύχῃ κεκτημένοι.

Pravi, quibus non servitus expenditur Ratione, sed fortuna res diiudicat. Si in his hariolari licet, pastores suspicor Alexandri defensionem suscepisse; quos his verbis increpat sive Deiphobus sive alius quis: *qui servi non appellamini quidem, sed* ποιμένες, *sed servili tamen conditione estis.* Cf. Schaef. melet. crit. p. 117. not. ὦ παγκάκιστοι hinc fortasse sumsit Lucian. Iov. trag. T. VI. p. 224. Bip.

X. (VIII.) Ibid.

Ἤλεγχον· οὕτω γὰρ κακὸν δοῦλον γένος·
γαστὴρ ἅπαντα, τοὐπίσω δ' οὐδὲν σκοπεῖ.

Merito reprendi; pessimum servi genus; Nil in futurum consulunt, ventres meri. De vv. γαστὴρ ἅπαντα vid. Gramm. gr. §. 437. not. 3. p. 818.

XI. (IX.) Ibid.

Δούλων ὅσοι φιλοῦσι δεσποτῶν γένος,
πρὸς τῶν ὁμοίων πόλεμον αἱροῦνται μέγαν.

Quicunque dominis exhibent servi fidem Crudele parium excitant odium sibi. Elmsl. ad Heracl. 505. pro αἱροῦνται legendum censet αἴρονται ex Aesch. Suppl. 346. 448. Sed ut πόλεμον αἴρεσθαι per se vel πρός τινά recte dicatur, ex eo non sequitur, etiam αἴρεσθαι πόλεμον πρὸς τινός dicendum esse *bellum s. inimicitias ab aliquo sibi concitare;* cui sententia emihi qu dem

aptius esse videtur αἱρεῖσθαι πόλεμον πρὸς τινός, *sponte suscipere.* Cf. ad Heracl. 504.

XII. (XI.) Stob. tit. 67. p. 424. Gesn. 69. p. 289. Grot. et Gaisf.

ἐκ τῶν ὁμοίων οἱ κακοὶ γαμοῦσ' ἀεί.

Mali malarum se applicant connubio: — Illis, quae sequuntur, Alexander contra Deiphobi criminationes et se et suos defendere videtur.

XIII. (III.) Stob. tit. 40. p. 238. Gesn. 42. p. 161. Grot. et Gaisf.

Ἄναξ, διαβολαὶ δεινὸν ἀνθρώποις κακόν·
ἀγλωσσίᾳ δὲ πολλάκις ληφθεὶς ἀνὴρ
δίκαια λέξας ἧσσον εὐγλώσσου φέρει.

Calumnia res nulla pestilentior. O rex malorum maximum calumnia est. Nam saepe qui superatur eloquentia, Utcunque iusta dixerit, causa cadit. V. 2. et 3. citat etiam Clemens Alex. Strom. I. p. 290. unde ἀγλωσσίᾳ scribendum monuit Th. Canter. var. lect. II, 5. pro εὐγλωσσίᾳ. — ληφθείς Stob. Trinc. et Gesn. et Clem. pro quo Grotius e Scaligeri coniectura scripsit εὐγλωσσίᾳ — λειφθείς. Cf. Valck. diatr. p. 147.

XIV. (XIV.) Stob. tit. 91. p. 507. Gesn. 93. p. 377. Grot. et Gaisf.

Ἄδικον δ' ὁ πλοῦτος, πολλὰ δ' οὐκ ὀρθῶς
ποιεῖ.

Divitiae iniqua multa meditari solent.

XV. (XV.) Stob. tit. 95. p. 518. Gesn. 97. p. 389. Grot. et Gaisf. Duos priores versus citat etiam Clem. Alex. Strom. IV. p. 483.

Κακόν τι βούλευμ' ἦν ἄρ' εἰς εὐανδρίαν
ὁ πλοῦτος ἀνθρώποισιν αἵ τ' ἄγαν τρυφαί.
πενία δὲ δύστηνον μὲν, ἀλλ' ὅμως τρέφει
μοχθοῦντ' ἀμείνω τέκνα καὶ δραστήρια.

Consilia nunquam animosa suppeditant opes, Nec auctor esse luxus audendi solet. At contra egestas triste; sed prolem educat Patientiae maioris atque audaciae. Versus primus apud Clement. scribitur κακὸν μὲν ἦν τὸ παίδευμ' εἰς εὖ. unde Musgrav. scripsit: κακόν τι παίδευμ' ἦν ἄρ εἰς εὖ. quod verum videtur.

XVI. (XII.) Stob. tit. 84. p. 492. Gesn. 86. p. 351. Grot. et Gaisf.

Περισσόμυθος ὁ λόγος, εὐγένειαν εἰ
βρότειον εὐλογήσομεν.
Τὸ γὰρ πάλαι καὶ πρῶ-
τον ὅτ' ἐγενόμεθα, διὰ δ' ἔκρι-
νεν ἁ τεκοῦσα γᾶ βροτούς,
6 *ὁμοίαν χθὼν ἅπασιν ἐξεπαίδευσεν ὄψιν.*
Ἴδιον οὐδὲν ἔχομεν· μία [δὲ] γονὰ
τό τ' εὐγενὲς καὶ τὸ δυσγενές· νόμῳ
δὲ γαῦρον αὐτὸ κραίνει χρόνος.
10 *Τὸ φρόνιμον εὐγένεια, καὶ τὸ συνετὸν*
θεὸς δίδωσιν, οὐχ ὁ πλοῦ-
τος. — —

Inane nomen nobilis fulgor domus, Et stirpis excelsum decus. Cum separavit alma mortales parens, Os finxit aequalem in modum Foecunda tellus: nil habemus proprium. Sunt semen unum nobiles Ignobilesque, lege sed discrimina Reperta perfecit dies. Mens cauta vere nobiles reddit, Dei Quae dote, non censu datur. Versus descripsi ex sententia Hermanni, quem per litteras consului. V. 6. hoc metrum habet

⏑ –́ –́ – | ⏑ –́ ⏑ – ⏑ – | –́ ⏑ – ⏑

V. 7. e tribus paeonibus quartis constat. V. 8. post dipodiam iambicam sequitur systema trochaicum desinens in creticum — *νει χρόνος*. A v. 10. antistropha incipit, addito in fine *ᾧ*. Varietatem scripturae enotare ex ed. Stob. Gaisf. vix tanti est. V. 6. Heath scribendum indicabat *ἴδιον οὐδὲν ἄρ' ἔχομεν· μία δὲ γ.* ut esset troch. trim. catal. et v. 8. *νόμῳ δὲ γαῦρον ὁ χρόνος αὐτὸ κραίνει*, qui esset iamb. trim. catal.

XVII. (XIII.) Stob. ib. p. 493. Gesn. p. 353. Grot.

Οὐκ ἔστιν ἐν κακοῖσιν εὐγένεια,
παρ' ἀγαθοῖσι δ' ἀνδρῶν.

Bonis adhaeret vera nobilitas; malos A se relegat.

XVIII. (II.) Clem. Alex. Strom. VI. p. 621.

Χρόνος δὲ δείξει σ', ᾧ τεκμηρίῳ μαθὼν
ἢ χρηστὸν ὄντα γνώσομαι σέ γ' ἢ κακόν.

Dies docebit; ille te ostendet mihi Veriloquus index, sisne bonus, an sis malus. Grotius in Exc. p. 368. V. 1.

σ' post *δείξει* et v. 2. *γ'* post *σέ* addidit Grotius. De sententia vid. Valcken. ad Hippol. 428. Verba esse videntur Priami, Alexandrum, defensione audita, poena liberantis. In extrema fabula agnoscitur Paris, Cassandra monente. — Hoc loco collocandum esset fragm. XXII. Musgr. apud Plutarch. *πολιτ. παραγγέλμ.* p. 821. B. C. *Ὥσπερ οὖν τῆς Κασάνδρας ἀδοξούσης ἀνόνητος ἦν ἡ μαντικὴ τοῖς πολίταις,*

Ἄκραντα γάρ με, (φησὶν) ἔθηκε θεσπίζειν θεός,
καὶ πρὸς παθόντων κἀν κακοῖσι κειμένων
σοφὴ κέκλημαι, πρὶν παθεῖν δὲ μαίνομαι.

οὕτως κ. τ. λ. quod Toup. etiam huc retulit ad Longin. p. 316. ed. Oxon. si certum esset, Euripidis esse ex Alexandro et si a Plut. nomen fabulae additum esset. Eodem spectare videtur illud Longin. c. 15.

XIX. ap. Longin. c. 15. *Ὅμοια καὶ τὰ ἐπὶ τῆς Κασάνδρας αὐτῷ, (Εὐριπίδῃ)*

Ἀλλ' ὦ φίλιπποι Τρῶες - -

Agnito Paride, Priamus haec dicit:

XX. (XVIII.) Stob. tit. 110. p. 581. Gesn. 112. p. 465. Grot. 111. Gaisf.

Ἑκάβη, τὸ θεῖον ὡς ἄελπτον ἔρχεται
θνητοῖσιν, ἕλκει δ' οὔποτ' ἐκ ταὐτοῦ τύχας.

Spes praeter, Hecuba, res agunt hominum dii, Nunquamque eadem fata devolvunt via.

XXI. (I.) Schol. Aristoph. Ran. 100. (*αἰθέρα Διὸς δωμάτιον, ἢ χρόνου πόδα.*) *ἐξ Ἀλεξάνδρας Εὐριπίδου·*

Καὶ χρόνου πρόβαινε πόδα.

ubi Elmslei. ad Eurip. Bacch. 887. fuisse suspicatur: *καὶ χρόνου προὔβαινε πούς.* et *ποῦς* habet Cod. Ravenn. ap. Invern.

XXII. (XXI.) Hesych. *Ἄῤῥητος κόρη, ἡ Περσεφόνη. Εὐριπίδης Ἀλεξάνδρᾳ.*

Huc Barnes. in Add. p. 517. retulit etiam locum ex Galeni vitae scriptore, quem ipsum Renatum Charterium esse monet Porson. Advers. p. 277. ed. Angl. senarium scilicet

Δεῖ δ' οὐ ταῖς φήμαις τῶν ὀνομάτων
ἐξελέγχεσθαι τρόπους.

Locus petitus est, quod indicavit Porson. l. c. e Caio ὑπὲρ *Λουκίλλης* apud Stob. tit. 67. p. 427. Gesn. tit. 69. Gaisf. *Φυλάττομαι δέ τι πικρότερον εἰπεῖν διὰ τὸ τῆς μητρυιᾶς ὄνομα. Πολλὰ γὰρ προείληπται τῶν ὀνομάτων εἰς πίστιν ἀπεχθείας, καὶ μητρυιὰ δυσκόλοις ἀληθεύειν πιστεύεται. Δεῖ δὲ οὐ ταῖς φήμαις τῶν ὀνομάτων ἐξελέγχεσθαι τοὺς τρόπους.*

Tandem Barnesius in Add. ad hanc fabulam retulit tres locos tragici Latini non nominati apud Cicer. de Divin. I, 31. *Sed quid oculis* etc. *Adest, adest* etc. *Iamque mari magno*, tum locum commemoratum ibidem c. 50. *Eheu, videte* etc. tandem tertium ibid. II, 56. *O sancte Apollo* etc. Et tres priores quidem locos a Cassandra pronuntiari et ex sententia eorum patet, et Cicero ipse testatur; et possunt ex Ennii Alexandro petita esse. Ennius vero vel alius tragicus utrum fabulam suam ex una Euripidis Alexandro expresserit, an plures coniunxerit aut de suo aliquid addiderit, incertum est. Eodem iure ad Alexandrum referri etiam possit illud quod legitur ibid. c. 21. *Quia mater gravida* etc. quod huc retulit etiam Heath. et c. 31. *Praesagibat animus* etc. Minus etiam certum est, ad quam fabulam spectet locus commemoratus ibid. c. 50, 114. *Eheu videte* etc. et II, 56. *O sancte Apollo* etc. quem utrumque Barnesius ad Euripidis fabulam pertinere censuit. Osann. autem l. c. p. 534. versus incerti tragici a Cicerone de orat. III, 26. et 58. laudatos, *Nam sapiens* etc. *Ecquid video?* etc. *Quid petam praesidi* etc. *O pater* ad hanc fabulam refert, quorum duo posteriora fragmenta ex Andromacha Ennii petita esse rectius indicat Bentlei. ad Tuscul. disp. III, 19.

EX ALOPA.

Ἀλόπην fabulae titulum fuisse, non *Κερκυόνα*, etsi quinquies sic ab Eustathio laudetur, probare studuit Valcken. diatr. p. 12. cuius sententia egregie confirmatur marmore illo antiquo, in quo *Ἀλόπη* tantum in Euripidis fabulis commemoratur. Historiam Alopes persequitur Hygin. fab. 187. *Alope, Cercyonis filia formosissima quum esset, Neptunus eam compressit; qua ex compressione peperit infantem, quem inscio patre nutrici dedit exponendum. Qui quum expositus esset, equa venit et ei lac praestabat. Quidam pastor equam persecutus vidit infantem atque eum sustulit; qui veste regia indutum quum in casam tulisset, alter compastor rogavit, ut sibi eum infantem donaret. Ille ei donavit sine veste. Quum autem inter eos iurgium esset, quod qui puerum acceperat insignia ingenuitatis reposceret, ille autem non daret, contendentes ad regem Cercyonem venerunt et contendere coeperunt. Ille autem qui infantem donatum acceperat, repetere insignia coepit. Quae quum allata essent et agnosceret Cercyon ea esse ex veste scissa filiae suae Alopes, nutrix timens regi indicium fecit infantem eum Alopes esse; qui filiam iussit ad necem includi, infantem autem proiici. Quem iterum equa nutriebat, pastores iterum inventum infantem sustulerunt, sentientes eum deorum numine educari, atque nutrierunt, nomenque ei imposuerunt Hippothoum. Theseus quum ea iter faceret a Troezene, Cercyonem interfecit. Hippothous autem ad Theseum venit, regnaque avita rogavit. Cui Theseus libens dedit, quum sciret eum Neptuni filium esse, unde ipse genus ducebat, Alopes autem corpus in fontem mutavit, qui ex nomine Alopes est cognominatus.* Harpocr. Ἀλόπη. *Λυκοῦργος ἐν τῷ περὶ ἱερείας. Κερκυόνος θυγάτηρ, ἐξ ἧς καὶ Ποσειδῶνος Ἱπποθόων ὁ τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς ἐπώνυμος, ὡς Ἑλλάνικός τε ἐν δευτέρᾳ Ἀτθίδος καὶ Εὐριπίδης ἐν τῷ ὁμωνύμῳ.*

De Cercyonis nece cf. etiam Diod. Sic. IV, 59. Eum inter luctatores nobiles commemorat Plat. Leg. VII. p. 796. A.

I. (VI.) Eustath. ad Il. ζ′ p. 656, 58. ed. Rom. p. 522, 15. Basil. Od. ι′ p. 1640, 60. Rom. λ′ p. 1681, 41. *εὕρηταί που κῦμα καὶ τὸ κύημα, ὡς δηλοῖ καὶ Εὐριπίδης ἐν Κερκυόνι, οὗ τὴν θυγατέρα γέμειν ἔφη κύματος θεοσπόρου. τοῦ ἐκ Ποσειδῶνος δηλαδή. γέμουσαν* est Iliad. ζ. Od. λ.

II. (VII.) Eustath. ad Od. φ′. p. 1902. in. *Σημείωσαι δὲ ὅτι Ὁμήρου εἰπόντος τὸ Μεμνήσεσθαι ὀΐομαι ἔν περ ὀνείρῳ, λαβὼν ἐκεῖθεν Εὐριπίδης ἀνάπαλιν ἔφη ἐν Κερκυόνι ἐπὶ φίλου ἀμελοῦς (Ποσειδῶν δὲ ἦν ἐκεῖνος) τὸ*

Πλήσας δὲ νηδὺν οὐδ' ὄναρ κατ' εὐφρόνην
φίλοις ἔδειξεν αὑτόν.

Cf. ad Od. ϑ′ p. 1607. in. ubi *πλήσας δὲ νηδὺν* explicat *ἀντὶ τοῦ ἐγκύμονα ποιήσας*.

III. (I.) Etymol. M. p. 420, 16. *Εὐριπίδης Ἀλύπη* (sic).

Οὐ μὴ σύ γ' ἡμᾶς τοὺς τεκόντας ᾐδέσω.

Tu nos parentes reveritus nil es tuos. Grot. Exc. p. 370. Recte Porson. ad Eurip. Phoen. 1638. (cf. Advers. p. 30.) em. *Οὐ μήν σύ γ'*.

IV. (II.) Stob. tit. 71. p. 432. Gesn. 73. p. 309. et Gaisf.

Γυνὴ γυναικὶ σύμμαχος πέφυκέ πως.

Mulier mulieri ferre suppetias solet. Dictum videtur de nutrice.

V. (III.) Stob. tit. 77. p. 455. Gesn. 79. p. 341. Grot. et Gaisf.

Ἐγὼ δ', ὃ μὲν μέγιστον, ἄρξομαι λέγειν
ἐκ τοῦδε πρῶτον· πατρὶ πείθεσθαι χρεὼν
παῖδας, νομίζειν τ' αὐτὸ τοῦτ' εἶναι δίκην.

Sic locum interpunxit primum Grotius, sublato commate in fine primi versus, deinde Heath, versum 2 cum tertio continuans et pro *νομίζειν ταὐτό* scribens *νομίζειν τ' αὐτό*. Hos secuti sunt Musgr. et Gaisf. Grotius vertit: *Quod est in hac re maximum, incipiam loqui. Primum illud esto: filios patribus suis Parere ius est atque fas certissimum.*

VI. (IV.) Ammonius π. διαφ. λέξ. v. *τροχοί* p. 137. Valck. *τρόχους βαρυτόνως λέγουσι τοὺς δρόμους. ἀναγινώσκωμεν γὰρ ἐν Ἀλόπῃ Εὐριπίδου·*

Ὁρῶ μὲν ἀνδρῶν τόνδε γυμνάδα στόλον
στείχοντα θεωρὸν ἐκ τρόχων πεπαυμένον.

Cf. Med. 45. c. n. Porsoni. Valck. Animadv. p. 216. pro *ἐν Ἀλόπῃ* legendum suspicatur *ἐν Μεναλίππῃ*.

VII. Stob. tit. 72. p. 439. Gesn. 74. p. 321. Grot. et Gaisf.

Τί δῆτα μοχθεῖν δεῖ γυναικεῖον γάμον
φρουροῦντας; αἳ γὰρ εὖ τεθραμμέναι πλέον
σφάλλουσιν οἴκους τῶν παρημελημένων.

Quo nuptiarum tanta consultatio, Bene educatae quum magis foedent domos, Leviusque peccet vita quae neglectui est? Sed Grotius adscripsit *Euripides Aerope*, dubito an casu: nam nec Euripidis Aërope ulla commemoratur pro Cressis, et in Paris. A. etiam ad Alopen refertur, teste Gaisf. Ea tamen auctoritate motus Musgr. omisit.

VIII. Photius: *Ὀδῆσαι, τὸ ὠνήσασθαι. Εὐριπίδης Ἀλόπῃ καὶ Κύκλωπι.*

Ad hanc fabulam Musgrav. nr. V. retulit etiam fr. Stob. tit. 29. p. 199. Gesn. p. 127. Grot.

Οὐδεὶς ἔπαινον ἡδοναῖς ἐκτήσατο.

Clarum voluptas nemini peperit decus. Sed hoc in edd. Stob. etiam in MS. Paris. A. tribuitur Carcino; in hoc tamen supra scriptum *γρ. Εὐριπίδου.* cuiusmodi aliquid Gesnero etiam fortasse e cod. innotuit, lemma adscribenti *Euripides in Cancro.*

EX ANDROMEDA.

Eratosth. Cataster. 17. *Αὕτη κεῖται ἐν τοῖς ἄστροις, διὰ τὴν Ἀθηνᾶν, τῶν Περσέως ἄθλων ὑπόμνημα, διατεταμένη τὰς χεῖρας, ὡς καὶ προετέθη τῷ κήτει· ἀνθ᾽ ὧν σωθεῖσα ὑπὸ τοῦ Περσέως οὐχ εἵλετο τῷ πατρὶ συμμένειν οὐδὲ τῇ μητρὶ, ἀλλ᾽ αὐθαίρετος εἰς τὸ Ἄργος ἀπῆλθε μετ᾽ ἐκείνου εὐγενές τι φρονήσασα. Λέγει δὲ καὶ Εὐριπίδης σαφῶς ἐν τῷ περὶ αὐτῆς γεγραμμένῳ δράματι.*

I. (XXVIII.) Aristoph. Thesm. 1074 sqq. (1065. Br.)

Ὦ νὺξ ἱερά,
ὡς μακρὸν ἵππευμα διώκεις
ἀστεροειδέα νῶτα διφρεύου-
σ᾽ αἰθέρος ἱερᾶς
τοῦ σεμνοτάτου δι᾽ Ὀλύμπου.

O nox, sacra nox, quam tu longos Agitas cursus super astrigerum Vecta aetherii dorsum templi Et per Olympi veneranda loca. Grot. Exc. p. 370. Schol Rav. *ὁ Μνησίλοχος ὡς Ἀνδρομέδα. τοῦ προλόγου Ἀνδρομέδας εἰσβολή.* Schol. Theocr. 2, 166. *ὅτι δὲ ἐπὶ ἅρματος ὀχεῖται ἡ νὺξ, Εὐριπίδης· Ὦ νὺξ ἱερὰ κ. τ. λ.* In secundo v. post *μακρόν* Heath. inserit *γ᾽*, ne post primum versum sequatur statim paroemiacus. Seidler. post *ἵππευμα* excidisse aliquid suspicatur.

II. (om. Musgr.) Aristoph. ib. 1079. (1070.)

Τί ποτ᾽ Ἀνδρομέδα περίαλλα κακῶν
μέρος ἐξέλαχον;

His equidem ad explendum secundum versum addiderim ea quae sequuntur: — *θανάτου τλήμων.* ad quae Schol. Rav. *λείπει μέλλουσα τυχεῖν,* quae verba in Eurip. fabula lecta fuisse suspicor. E prologo fabulae ea sumta esse iam Porson. ad Eurip. Med. 284. coniectura assecutus est, et Schol. Rav. Bekk. *καὶ τοῦτο ἐκ τοῦ προλόγου.* Ad primam fabulae partem referenda etiam sunt, quae

Heath fragmentis addi voluit, apud Plutarch. de aud. poët. p. 22. E. *τῷ θοάζειν τὸ κινεῖσθαι σημαίνουσιν, ὡς Εὐριπίδης,*

Κῆτος θοάζον ἐξ Ἀτλαντικῆς ἁλός.

quod apud Musgrav. est incert. CXIV. et apud eumdem Sympos. IX, 15. p. 747. D.

ὁ πετόμενος ἱερὸν ἀνὰ Διὸς αἰθέρα γοργο-
φόνος,

apud Musgr. incert. CXXXVIII. quamquam hoc in aliis etiam fabulae partibus locum habere potuit. De eo cf. Valck. diatr. p. 49. B. Denique versus a Zenobio V, 45. citatus

Οἴῳ μ᾽ ὁ δαίμων θηρίῳ συνῴκισεν.

quem cum versu Theogneti Comici apud Athen. III. p. 104. C. confert Casaubon. Animadv. p. 203, 40. „Sextus versus, *Οἴῳ μ᾽ ὁ δαίμων φιλοσόφῳ συνῴκισεν* parodia est Euripidei versus ex Andromeda: ubi clamabat misella ceto alligata: *οἴῳ μ᾽ ὁ δ.* - - -“ Cf. Valcken. ad Hipp. 1389.

III. Schol. Ravenn. ad Thesm. 1018. *πάλιν ἐξ Ἀνδρομέδας. πρὸς τὴν Ἠχὼ Ἀνδρομέδα λέγει· προσαιδοῦσσαι τὰς ἐν ἄντροις ἀπόπασον ἔασον ἀχοῖ με σὺν φίλαις γόου πόθον λαβεῖν.* quem locum Seidler. sic emendat:

πρὸς Αἰδοῦς σε τὰν ἐν ἄντροις,
ἀπόπαυσον, ἔασον
Ἀχοῖ με σὺν φίλαις γόου πόθον λαβεῖν.

Nam etiam apud Aristoph. Cod. Rav. *προσαιδοῦσσαι,* Cod. Brunck. *προσαιδοῦσσα,* Brub. *προσεδοῦσσαι.* De *ἀπόπαυσον* dubito; apud Aristoph. est *κατάνευσον.* sed hoc longius abit. Eodem spectat scholion. ad v. 1059. *ἐπεὶ εἰσήγαγε κακοστένακτον τὴν Ἠχὼ ὁ Εὐριπίδης ἐν τῇ Ἀνδρομέδᾳ, εἰς τοῦτο παίζει.*

IV. Schol. Rav. ad v. 1022. *παρὰ τὰ τοῦ χοροῦ ἐν Ἀνδρομέδᾳ·*

ἄνοικτος ὅς τεκών σε τὴν
πολυπονωτάτην βροτῶν
μεθῆκεν ᾅδᾳ πατρὸς ὑπερθανεῖν.

V. Schol. Ravenn. ib. 1015. *παρὰ τὰ ἐξ Ἀνδρομέδας Εὐριπίδου·*

φίλαι παρθένοι, φίλαι μοι - - -

τὰ δὲ ἐπιφερόμενα πρὸς τὸ αὐτὸ χρήσιμον.

VI. VII. (I. III. IV.) Schol. Arist. Av. 347. *Καὶ δοῦναι ῥύγχει φορβάν] Ἀσκληπιάδης φησὶν ἀπὸ Ἀνδρομέδας εἶναι, ὡς καὶ τὸ*

Σὰ γὰρ ταῦτα πάντα

καὶ ἐκεῖσε δεῦρο. - - Ἄλλως. παρὰ τὸ Εὐριπίδου ἐξ Ἀνδρομέδας (fr. I.), *ἐκθεῖναι κήτεϊ φορβάν, ὡς Ἀριστοφάνης, τὰ μηδὲ διδαχθείσης τῆς τραγῳδίας παρατιθέμενος. καὶ τὸ Σὰ γὰρ ταῦτα πάντα. καὶ τὸ τῇδε καὶ τὸ κεῖσε, παρὰ τὰ ἐκ τῶν μηδέπω διδαχθεισῶν Φοινισσῶν φησίν· καὶ ἐκεῖσε καὶ δεῦρο μηδόλως τίσσῃ.* Versus *ἐκθ. κήτ. φ.* est paroemiacus. Eum locum respicere videtur Aristoph. Thesm. 1042. ubi Schol. Ravenn. *καὶ τοῦτο ἐξ Ἀνδρομέδας.* ut omnino in toto illo cantico a v. 1015. Mnesilochum modo ex sua, modo ex Andromedae persona loqui recte ad v. 1022. monuit Brunck.: nam v. 1010. Mnesilochus, *Ἁνήρ*, inquit, *ἔοικεν οὐ προδώσειν, ἀλλά μοι Σημεῖον ὑπεδήλωσε Περσεὺς ἐκδραμών, Ὅτι δεῖ με γίγνεσθ' Ἀνδρομέδαν*, ubi rursus Schol. Rav. *ἀντὶ τοῦ ὡς Περσεύς. πιθανῶς, συνδίδακται γὰρ τῇ Ἑλένῃ.* Sed in iis Aristophanea cum Euripideis ita commixta sunt, ut inter se vix dignosci queant. In v. 1029. 31. Br. Valcken. in nota MS. et Kuster. ad loc. vestigia fabulae Euripideae agnoverunt; mihi etiam verba v. 1029 sqq. Br. *ὁρᾷς; οὐ χοροῖσιν οὐδ' ὑφ' ἡλίκων νεανίδων* (similia iis, quae in Phoen. 1265. leguntur) - - *ἀλλ' ἐν πυκνοῖς δεσμοῖσιν ἐμπεπλεγμένη* imprimis v. 1050 sqq. colorem Euripideae dictionis habere videntur. Suspicionem meam confirmavit Schol. Rav. ad v. 1029. *πάλιν ἐξ Ἀνδρομέδας.* et ad 1033. *καὶ τοῦτο ἐξ Ἀνδρομέδας.* Schol. ad Av. 424. *τὸ τῇδε καὶ τὸ κεῖσ' ἔτι] ἤγουν τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. τοῦτο ἐκ τῶν μηδέπω διδαχθεισῶν Φοινισσῶν φησὶ καὶ τὸ κεῖσε καὶ τὸ δεῦρο. Ἐκεῖσε καὶ τὸ δεῦρο* est in Phoen. 315. nec videtur ex Andromeda citari.

VIII. Schol. Rav. ad v. 1040. *ἀπὸ κοινοῦ λάβωμεν πέπονθα ἄνομα πάθεα. καὶ ταῦτα ἐξ Ἀνδρομέδας δεομένη*

(- νης) τοῦ βαρβάρου. προεῖπε δὲ γοᾶσθέ μ' ὦ γυναῖκες κ. τ. λ. (v. 1036.) Videntur igitur haec dicta esse, quum Perseus iam advenisset.

Proxime sequi videntur ea, quae apud Aristoph. Thesmoph. 1109 sq. Euripides loquitur, haud dubie ex parte quidem ex Andromeda et eius initio sumta. Quae omnia verum colorem tragicae orationis, et quidem Euripideae, habent, ita tamen ut e diversis poetae locis contexta esse possint. Itaque Barnes. etiam in Add. inter Andromedae fragmenta ea posuit.

IX. *Περσ. Ὦ θεοί, τίν' ἐς γῆν βάρβαρον ἀφίγμεθα*
ταχεῖ πεδίλῳ; διὰ μέσου γὰρ αἰθέρος
τέμνων κέλευθον πόδα τίθημ' ὑπόπτερον
Περσεὺς πρὸς Ἄργος ναυστολῶν, τὸ Γοργόνος
κάρα κομίζων. - - - -

Ad haec Schol. Ravenn. *εἰς Περσέα ἐξ Ἀνδρομέδας τρία τὰ πρῶτα, καὶ λοιπὸν ἐπέζευξε τὰ ἑξῆς.* Num igitur versus quartus cum dimidiato quinto non est ex Andromeda?

(1116.) *Ἔα τίν' ὄχθον τόνδ' ὁρῶ καὶ παρθένον*
θεοῖς ὁμοίαν, ναῦν ὅπως ὡρμισμένην;

Pergit Aristoph. v. 1118.

Ἀνδρ. Ὦ ξένε, κατοίκτειρόν με τὴν παναθλίαν·
λῦσόν με δεσμῶν. - - - - -

Sed ipsum fragm. servatum est.

X. (XXIX.) Schol. Ravenn. ad Thesm. 1116.

Ἔα· τίν' ὄχθον τόνδ' ὁρῶ περιῤῥυτον
ἀφρῷ θαλάσσης, — — παρθένου τ' εἰκώ τινα
ἐξ αὐτομόρφων λαΐνων τειχισμάτων
σοφῆς ἄγαλμα χειρός.

Hos versus a verbis *παρθένου τ' εἰκώ* primus e Maximo in Dionys. Areop. T. II. p. 28. ed. Corder. et Pachymere ibid. p. 30. protulit Heath. et Andromedae assignavit. Sic etiam Porson. ad Eur. Phoen. 466. Verba sunt Persei Andromedam e longinquo spectantis et hanc imaginem esse ex ipso saxo, cui alligata est, sculptam sibi fingentis. Cf. Iacobs Exercit. crit. p. 214. qui comparat Ovid. Metam. IV, 671. Musgrav. coniecturam *εἰκώ* pro *εἰκόνα* pro-

batam Porsono confirmat Cod. Rav. Quae post *εἰκώ τινα* sequuntur desunt in Cod. V. 2. *αὐτομόρφου* habet Pachym. Pro *τειχισμάτων* Iacobs Exercit. crit. I. p. 215. emendat *τυκισμάτων*, quod probat Seidler, Monk. ad Eur. Alc. 358. *τεχνασμάτων*.

(1121.) *Περσ. Ὦ παρθέν', οἰκτείρω σε κρεμαμένην ὁρῶν.*

1124. [*Αὕτη γάρ ἐστιν Ἀνδρομέδα παῖς Κηφέως.*] Ultimus versus ab Aristophane adiectus esse videtur: Perseus enim apud Euripidem haec dicere non potuit, qui nunquam antea vidisset Andromedam; melius quadret, si eum cum interrogatione prolatum esse statuamus; quamquam tunc quoque Perseo nunc primum advenienti, nec Andromedam nec Cepheum notum fuisse verisimile est. Post versum vero 1121. Aristoph. Barnesius hunc tanquam ab Andromeda apud Euripidem prolatum addidit 1067.

Σὺ δ' εἶ τίς, ἥτις τοὐμὸν ᾤκτειρας πάθος;

de quo tamen Heath. p. 164. dubitari dicit Aristophanisne sit an Euripidis; mihi huic optime convenire videtur.

Apud Aristoph. v. 1127. sequuntur haec, etiam, ut videtur, ex Andromeda sumpta, quae ad hanc fabulam iam retulit Barnes. in Add.

— — — — — ἀνθρώποισι γὰρ νοσήματα
ἅπασιν ἐστίν· ἐμὲ δὲ καὐτὸν τῆς κόρης
ταύτης ἔρως εἴληφεν:

tum v. 1133. [*τί δ' οὐκ ἐᾷς λύσαντά μ' αὐτήν, ὦ Σκύθα,*]

πεσεῖν ἐς εὐνὴν καὶ γαμήλιον λέχος.

qui Porsono etiam ad Hec. 1018. ex Andromeda desumtus videbatur. Sed hic versus in sequentibus quoque sedem suam habere potuit, ubi Cepheus et Agenor, cui desponsa fuerat Andromeda (vid. Hygin. fab. 64.) eam a Perseo abstrahere conantur, ad quem locum refero Aristophanea v. 1139.

XI. (VII.) Athen. XIII. p. 561. B. C. *Ἕτερος δέ τις προσέθηκε τῶν Εὐριπίδου τάδε·*

Σὺ δ' ὦ τύραννε θεῶν τε κἀνθρώπων, Ἔρως,
ἢ μὴ δίδασκε τὰ καλὰ φαίνεσθαι καλά,

ἢ τοῖς ἐρῶσιν, ὧν σὺ δημιουργὸς εἶ,
μοχθοῦσι μόχθους εὐτυχῶς συνεκπόνει.
καὶ ταῦτα μὲν δρῶν τίμιος θεοῖς ἔσῃ,
μὴ δρῶν δ' ὑπ' αὐτοῦ τοῦ διδάσκεσθαι φιλεῖν
ἀφαιρεθήσῃ χάριτας, αἷς τιμῶσί σε.

Ex Euripidis Andromeda haec sumta esse et a Perseo pronuntiata, docet Lucian. de conscr. histor. 1. *ἅπαντες ἐς τραγῳδίαν παρεκινοῦντο καὶ ἰαμβεῖα ἐφθέγγοντο καὶ μέγα ἐβόων, μάλιστα δὲ τὴν Εὐριπίδου Ἀνδρομέδαν ἐμονῴδουν καὶ τὴν τοῦ Περσέως ῥῆσιν ἐν μέλει διεξῄεσαν, καὶ μεστὴ ἦν ἡ πόλις ὠχρῶν ἁπάντων καὶ λεπτῶν τῶν ἑβδομαίων ἐκείνων τραγῳδῶν,*

Σὺ δ' ὦ θεῶν τύραννε κἀνθρώπων Ἔρως καὶ τἄλλα.

Grotius in Excerptis p. 421. vertit: *O inter homines et deos dominans Amor, Aut ne videri coge quae mala sunt bona, Aut certe amantum, causa tu quorum malis, Iuva labores usque ad optatum exitum. Curabis hoc si facere, dî te ipsi colent; Sin hoc ob ipsum suasor ad amandum quod es, Rapietur a te nunc honorum quod capis.* Aliter priora citat Stobaeus tit. 62. p. 399. Gesn. 64. p. 261. Grot. et Gaisf.

Σὺ δ' ὦ κάκιστε πάντων θεῶν τε κἀνθρώπων
ἢ μὴ δίδασκε τὰ κακὰ φαίνεσθαι καλά,
ἢ τοῖς ἐρῶσιν εὐμενὴς παρίστασο.

in quorum primo versu Grotius dedit quod coniecerat Scaliger: *σὺ δ', ὦ κάκ. παῖ θεῶν τε καὶ βροτῶν. At o deorum pessime atque hominum puer, Rerum bonarum non dares speciem malis, Aut facilis esses ac favens amantibus;* Gaisford. autem expuncto *πάντων* addidit *Ἔρως*. Mihi versus ab alio poëta, fortasse Comico, ex Euripideis leviter detorti esse videntur. — V. 2. Barnes. in Add. et e membranis explevit Schweighaeuser, quum in edd. Athen. ultima *φαίνεσθαι καλά* deessent. — V. 5. Dobree ad Aristoph. Vesp. 396. „*τίμιος θεοῖς ἔσῃ.* Imo *θνητοῖς*. Sed lenius *θεῶν*." ut sensus sit *τιμιώτατος θεῶν*. Musgrav. coniecerat *τιμ. νέοις ἔσῃ* qui etiam *δεδίσκεσθαι* pro *διδάσκεσθαι* legendum censebat, verbo Homerico in scenam Atticam illato.

XII. (VI.) Diog. L. IV, 29. *Ἀρκεσιλάου Κράντωρ ἐρωτικῶς διατεθεὶς ἐπύθετο τὰ ἐξ Ἀνδρομέδης Εὐριπίδου προσενεγκάμενος·*

Ὦ παρθέν', εἰ σώσαιμί σ', εἴσῃ μοι χάριν;
καὶ ὅς τὰ ἐχόμενα·

Ἄγου με, ὦ ξένε, εἴτε δμωΐδ' ἐθέλεις εἴτ' ἄλοχον.

Prior est etiam apud Suid. v. *εἴσῃ* sed corrupte: *εἴσῃ, γνώσῃ, λογίσῃ. Εὐριπίδης· εἰ σώσαιμί σε ἐξ Ἀνδρομέδας· ὦ παρθένε, εἴσῃ μοι χάριν.* corruptius etiam Schol. Med. 473. *παρθενεύσης ἕξει μοι χάριν* ex Eubulo comico. Barnes. dedit *εἴη μοι χάρις* nescio unde. Alterum idem Suidas citat v. *ἄλοχος.* ex quo *δμωΐδ'* scripsi pro *δμῶτ'* apud Laert. Hoc sic emendasse sibi visus est Toup. Em. in Suid. T. III. p. 25. *ἄγε μ', ὦ ξέν', εἴτε δμωΐδ' εἴτ' ἄλοχον θέλεις.* Sed recte Porson App. ad Toup. Em. T. IV. p. 496 sq. praefert scripturam Herodiani apud Villoison anecd. gr. II. p. 94. *παρὰ τῷ Εὐριπίδῃ παρεισάγεται ἡ Ἀνδρομάχη (-- μέδη) λέγουσα τῷ Περσεῖ·*

Ἄγου δέ με, ὦ ξεῖνε, εἴτε πρόσπολον θέλεις,
εἴτ' ἄλοχον, εἴτε δμωΐδα — —

Leg. *Ἄγου δέ μ', ὦ ξέν'* - - Valcken. in nota MS. comparat Catull. epithal. P. et Th. 161. *Quae tibi iucundo famularer serva labore.* Cf. Virgil. Cir. 443 sqq. Propius etiam accedit, quod Helena Veneri dicit Iliad. γ', 408. *ἀλλ' αἰεὶ περὶ κεῖνον ὀΐζυε καί ἑ φύλασσε, εἰσόκε σ' ἢ ἄλοχον ποιήσεται, ἢ ὅγε δούλην.*

XIII. (Inc. LXXIV.) Stob. tit. 110. p. 581. Gesn. 112. p. 463. Grot. 111. Gaisf.

Μή μοι προτείνων ἐλπίδ' ἐξάγου δάκρυ·
γένοιτο δ' ἂν πόλλ' ὧν δόκησις οὐκ ἔνι

Ne spes inanes fletui opponas meo. At multa nec sperata proveniunt tamen. Ad Andromedam hi versus in Paris. A. referuntur. *ἐξάγου* iam Valcken. in marg. ed. Barnes. scribendum iudicavit p. 509. v. 184. pro *ἐξ ᾅδου*, et sic edidit Musgr. tum *γένοιτο δ' ἂν πόλλ', ὧν δόκ.* Grotius; Musgr. scripsit *γένοιτό τ' ἄν,* quod pro *τἂν* i. e. *τοι ἄν* accipit Gaisf. Mihi prior versus Andromedae, alter Persei esse videtur.

XIV. (XII.) Stob. tit. 61. p. 388. Gesn. 63. p. 245. Grot. et Gaisf.

Ὅσοι γὰρ εἰς ἔρωτα πίπτουσιν βροτῶν,
ἐσθλῶν ὅταν τύχωσι τῶν ἐρωμένων,
οὐκ ἔστι ποίας λείπεται τόδ' ἡδονῆς.

Amore quisquis captus est mortalium, Si forte amores commodos invenerit, Desiderabit gaudii nullum genus.

XV. (XIII.) Stob. tit. 69. p. 399. Gesn. 71. p. 261. Grot. et Gaisf.

Ἔρωτα δεινὸν ἔχομεν, ἐκ δὲ τῶν λόγων
ἑλοῦ τὰ βέλτισθ'· ὥστ' ἄπιστόν ἐστ' ἔρως,
κἂν τῷ κακίστῳ τῶν φρενῶν οἰκεῖν θέλει.

Grotius haec inter duas personas distribuit: A. *Heu durum amorem patimur.* B. *E dictis tibi Quod optimum sumatur; infidum est amor, Animique partem pessimam habitandam eligit.* At respondenti non satis aptum est *δέ, ἐκ δὲ τῶν λόγων.* Locum intelligerem, si praecederet *μὴ λέγε, Ἔρ. δεινὸν ἔχομεν* etc. *noli gravem amorem, quo correptum te esse dicis, factis tuis praetexere, sed* etc. V. 2. pro *ὥστ' ἄπιστον* Pierson. apud Valcken. diatr. p. 159. coni. *ὡς κάκιστον.* recte *ὡς.* nam *ὥστε* pro *quoniam* vel *nam* non usurpatur. vid. Herm. et Reisig ad Soph. Oed. C. 45. V. 3. Paris. A. *ναρκεῖν* pro *οἰκεῖν.*

Haec fragm. XIV. et XV. in ea tragoediae parte sedem suam habuerunt, in qua Cepheus Perseo Andromedam in matrimonium petenti negat, fortasse iam desponsatam eam esse Agenori, ut est apud Hyginum, dicens. Quae coniectura si vera est, praeterea suspicor, verba Euripidis apud Aristoph. Thesm. 1139 sqq. ex Andromeda vel sumpta vel expressa esse.

αἶ αἶ! τί δράσω; πρὸς τίνας στρεφθῶ λόγους;
ἀλλ' οὐκ ἂν ἐνδέξαιτο βάρβαρος φύσις.
σκαιοῖσι γάρ τοι καινὰ προσφέρων σοφὰ
μάτην ἀναλίσκοις ἄν. ἀλλ' ἄλλην τινὰ
τούτῳ πρέπουσαν μηχανὴν προσοιστέον.

e quibus versus tertius est etiam Medeae 302.

XVI. (VIII.) Stob. ecl. phys. et eth. p. 131. Grot. T. II. p. 166. Heer.

Τὸ δαιμόνιον οὐχ ὁρᾷς
ὅπῃ μοίρας διεξέρχεται,
στρέφει δ' ἄλλους
ἄλλως εἰς ἁμέραν.

Nam quae fata paret Deus, Nunc huc nunc alium cito Versans turbine, non valet Humani vigor ingeni Ullis viribus assequi. Ex Euripidis Andromeda locum hunc desumtum esse, annotant Codd. V. A. E. apud Heeren. — V. 21. Canter. *μοῖραι*, V. A. E. *μοῖρα*, Grotius *μοίρας*. Musgr. coni. *ὅπη μοιρίδι' ἐξέγρεται*, *ut mortalia expergefaciat*, infeliciter. *διεξέρχεσθαι* est *persequi, non interrupto ordine progredi.* Itaque verto: *non vides, quousque numen divinum in rebus fato constitutis* (ut *ποῦ γῆς* et sim.) *progrediatur, quomodo institutum suum persequatur.* Sed nec *μοῖρα* alienum est: *Vides numen divinum*, nimirum *quo fatum progrediatur*, ut *τὸ δαιμόνιον* et *μοῖρα* vocabula sint *ἰσοδυναμοῦντα*. — V. 3. *στρέφει* pro *στρέφεις* scripsit Barnes. et sic scribendum esse, Valcken. etiam in exemplo suo Stob. Grot. indicavit, littera ς transverso calamo deleta. Pro *εἰς ἁμέραν* Musgr. coni. *ὁσαμεραί*· *εἰς ἁμέραν* recte *quotidie* interpretatur Heeren, citans Bacch. 1006.

XVII. (IX.) Stob. tit. 29. p. 199. Gesn. p. 127. Grot.

εὔκλειαν ἔλαβον οὐκ ἄνευ πολλῶν πόνων.

Non sine labore multo peperi gloriam. Verba esse Persei Valcken. in margine ed. Barnes. annotavit.

XVIII. (X.) Stob. tit. 29. p. 200. Gesn. p. 131. Grot.

Οὐκ αἰσχρὸν οὐδὲν τῶν ἀναγκαίων βροτοῖς,
ἀλλ' ἡδύ τοι σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων.

Nil quod necesse est ferre, mortali probro est. Dulcem relinquit memoriam exactus dolor. Lemma Andromedam habet Gesn. Andromacham Grot. quod correxit Gatak. in Advers. p. 515. A. Sed prior versus in Paris. B. nihil habet nisi *Εὐριπίδου*, omissus in Paris. A. Unde non iniuria Gaisford. alterum ab altero separavit, 56. *Εὐριπίδου. Οὐκ αἰσχρὸν κ. τ. λ.* 57. *Τοῦ αὐτοῦ Ἀνδρομέδᾳ. Ἀλλ' ἡδύ τοι.* priorem omisit Boissonad. Alter versus citatur etiam ab Aristot. Rhet. I, 11, 8. sine nomine auctoris, et a Plutarch. Symp. II, 1. p. 630. E. *ὁ δ' Εὐριπίδης τοὐναντίον ὡς Ἡδύ τι* (sic) *τὸν σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων.* ubi *ὡς* est citantis philosophi ut ap. Macrob. Saturn. VII, 2.

Versum latine vertit Cicero de fin. 2, 32. *nec male Euripides (concludam, si potero, Latine; Graecum enim hunc versum nostis omnes)*

Suavis laborum est praeteritorum memoria.

ubi vid. Davis. Ex hoc loco et altero Archippi colorem duxisse Epictetum apud Schweigh. T. III. p. 104. *ὡς ἡδὺ τὴν θάλασσαν ἀπὸ γῆς ὁρᾶν, οὕτως ἡδὺ τῷ σωθέντι μεμνῆσθαι τῶν πόνων* monuit Meineke ad Menandr. p. 86.

XIX. (XI.) Stob. tit. 50. p. 357. Gesn. 52. p. 201. Grot. et Gaisf. Lucian. Necyomant. §. 2.

Νεότης μ' ἐπῆρε καὶ σθένος τοῦ νοῦ πλέον.

Suasit iuventa, vi potens, mente impotens. Lucian. pro *σθένος* citat *θράσος*.

XX. (XIV.) Stob. tit. 65. p. 411. Gesn. 67. p. 275. Grot. et Gaisf.

Τῶν γὰρ πλούτων ὅδ' ἄριστος
γενναῖον λέχος εὑρεῖν·

Pars maxima divitiarum Generosa uxore potiri. Apud Grot. lemma est *Incertus:* sed Gesn. et Paris. A. ex Euripidis Andromeda locum petitum indicant.

XXI. (XV.) Stob. tit. 79. p. 469. Gesn. 81. p. 343. Grot. et Gaisf.

Ὦ τλῆμον, ὥς σοι τὰς τύχας μὲν ἀσθενεῖς
ἔδωχ' ὁ δαίμων, μέγα φρονοῦσι δ' οἱ λόγοι.

Ah quam premente numine afflictae tibi Res sunt, at alti spiritus oratio! Perseum his verbis alloqui videtur Cepheus.

XXII. (XXI.) Stob. tit. 111. p. 582. Gesn. 113. p. 467. tit. 112. Gaisf. Ammon. π. διαφ. λέξ. υ. *ἀῤῥωδεῖν*

Τὰς συμφορὰς γὰρ τῶν κακῶς πεπραγότων
οὐ πώποθ' ὕβρισ', αὐτὸς ὀῤῥωδῶν παθεῖν.

Aliena numquam nam mala irrisi, timens Nequid mihi olim eveniat ipsi humanitus. In Gesn. et Grot. lemma est *Euripides Andromacha;* sed e verbis Ammonii, *Εὐριπίδης τὸν Περσέα λέγοντα εἰσάγει· Τὰς συμφορὰς* Valcken. ad Ammon. p. 37. haec ex Andromeda petita esse intellexit, (cf. id. ad Phoen. 1549.) quo iam Barnes. sola coniectanti sagacitate ductus re-

tulerat; et ex Andromeda petita esse, lemma in Paris. A. apud Gaisf. indicat. Iidem versus sunt apud Stob. tit. 5. p. 63. Gesn. p. 37. ubi Grot. vertit: *Suas nec exprobravit infelicibus Clades, et ipse tale quid metuens pati.* Ceterum pro *πεπραγότων* Ammon. male *πεπραχότων*. Obiurgare Perseus videtur eum (Cepheum) qui sibi calamitatem exprobraverat.

XXIII. (XVI.) Stob. tit. 89. p. 502. Gesn. 91. p. 369. Grot. et Gaisf.

Χρυσὸν μάλιστα βούλομαι δόμοις ἔχειν.
καὶ δοῦλος ὢν γὰρ τίμιος πλουτῶν ἀνήρ·
ἐλεύθερος δὲ χρεῖος ὢν οὐδὲν σθένει.
χρυσοῦ νόμιζε σαυτὸν οὕνεκ᾽ εὐτυχεῖν.

Ante omnia aurum laribus exoptem meis. Fortuna dives addit et servis decus; At libero inopi nulla vis aut gratia est. Hoc te beatum crede, quod rem possides. *βούλομαι* Gesn. sed in marg. *βούλομ᾽ ἐν*, quod receperunt Grotius, Barnes. Musgrav. recte improbatum Erfurdtio ad Soph. Ai. p. 516.

XXIV. (XVII.) Stob. tit. 96. p. 531. Gesn. 98. p. 407. Grot. et Gaisf.

— — — — — — — *χρήμασιν γὰρ εὐτυχῶ,*
ταῖς συμφοραῖσι δ᾽, ὡς ὁρᾷς, οὐκ εὐτυχῶ.

Sum felix opum: Sed, ut vides, sors saeva me miserum facit. Videntur esse Cephei verba.

XXV. (XVIII.) Stob. tit. 97. p. 538. Gesn. 99. p. 417. Grot. et Gaisf.

Ἦ που τὸ μέλλον ἐκφοβεῖ καθ᾽ ἡμέραν·
ὡς τοὖγε πάσχειν τοὐπιὸν μεῖζον κακόν.

Malum futurum nulla non metuit dies, Graviusque torquet ille venturus dolor. Memorabilis confusio locutionum pro *τοὐπιὸν κακὸν δεδιέναι μεῖζον κακόν ἐστι τοῦ πάσχειν.*

XXVI. (XIX.) Stob. tit. 93. p. 561. Gesn. 95. p. 435. Grot. et Gaisf.

Ὁ μὲν ὄλβιος ἦν, τὸν δ᾽ ἀπέκρυψεν
θεός· ἐκ κείνων τῶν ποτὲ λαμπρῶν
νεύει βίοτος, νεύει δὲ τύχα
κατὰ πνεῦμ᾽ ἀνέμων.

Fuit hic felix, sed vertit opes Deus, et clari nominis olim Fortuna labat, vitaque venti Diffluit instar. V 1. legebatur *τόδ᾽ ἀπέκρυψεν*. Heath scribi iussit *τὸ δ᾽ ἀπ.* rectius Valck. in marg. ed. Barnes. *τὸν δ᾽* etiam ob metrum, ne secunda syllaba brevis verbi *ἀπέκρυψεν* contra morem produceretur. *ἀποκρύπτειν τινα* est *splendorem alicuius e secunda fortuna ortam obscurare*, cui respondeat *οἱ ποτὲ λαμπροί*. Sic apud Pind. Ol. 7, 170. *μὴ κρύπτε σπέρμα*. V. 2. legebatur *θεός· ἐκείνων*. Grotius in notis p. 555. *ἐκ κείνων*, Valck. in marg. ed. Barn. *ὁ θεός· κείνων*, quod est contra metrum. Pro *ποτέ* Musgr. *τότε* operarum errore: nam ipse vertit *quondam*.

XXVII. (XX.) Stob. tit. 103. p. 562. Gesn. 105. p. 439. Grot. et Gaisf.

Οὐκ ἔστιν ὅστις εὐτυχὴς ἔφυ βροτῶν,
ὃν μὴ τὸ θεῖον ὡς τὰ πολλὰ συνθέλει.

Gesn. *σὺν τέλει*. Grot. e coni. *ὃν μὴ τὸ θεῖον ὡς τὸ τέλος ἀπολλύει* et vertit: *Adeo usque felix nullus est mortalium, Divina quem non proruat tandem manus.* Itaque *ὡς τὸ τέλος* dici posse credidit pro *πρὸς τῷ τέλει*. Heath. coni. *οὗ μὴ τὸ θεῖον ὡς τὰ πολλὰ συντελεῖ*, *ubi vel cuius ad plurima non confert numen*, sententia vix apta. Porson. advers. p. 274. *ᾧ μή*, explicatione non addita. Gaisf. e Pariss. A. B. dedit *συνθέλει*, i. e. *ὃν μὴ τὸ θ. ὡς τὰ πολλὰ εὐτυχῆ εἶναι συνθέλει.* quod, etsi vix verum, tamen, si non commodum, at aliquem sensum habet, et Codd. auctoritate nititur. Seidler citat Heyn. ad Eratosth. Catast. p. XXIII sq.

XXVIII. (XXII.) Stob. tit. 112. p. 183. Gesn. 114. p. 469. Grot. tit. 113. Gaisf.

Συνάλγησον· ὡς ὁ κάμνων
δακρύων μεταδοὺς
ἔχει κουφότητα μόχθων.

Iunge dolorem: nam qui pariter Lachrymant, miseros ex parte levant. Post *ἔχει* Grotius e Paris. A. addidit *τινά*. idem est in B. et receptum a Gaisf. Mihi *τινά* additum vim frangere sententiae videtur, et sine eo versus ad amussim respondet primo; nam uterque constat e dochmio et bacchio.

XXIX. (XXIII.) Stob. tit. 122. p. 613. Gesn. 124. p. 505. Grot. tit. 123. Gaisf.

A. *Τὸ ζῆν ἀφέντες τὸ κατὰ γῆν τιμῶσί σου.*
B. *Κενόν γ'· ὅταν γὰρ ζῇ τις, εὐτυχεῖ, Κρέων.*

Exanime terra quod tui positum colunt. Res vana: nam qui vivit, est felix, Creon. Inter duas personas versus distribuit Musgrav. V. 1. Grot. et Boisson. ἀφέντος. Quis Creon fuerit, quem alius h. l. alloquitur, vix dicas. Ad Alcmaeonem hoc fragmentum retulisse videtur Valcken. nam in marg. ed. Barnes. adscripsit: *Alcmaeon v. 24. (recte ibi inter personas est Creon)* qui versus in nostra editione est fr. VII. apud Musgr. VIII. V. 2. Musgrav. *κενοί γ'*. Tum Paris. A. ὅτου *γὰρ* pro quo Gaisf. leg. coni. ὅπου *γάρ*. Hoc recepit Boisson. At verum non est, ubi quis vivat, ibi eum felicem *esse*, non *tantum esse posse.* At quum τὸ *κατὰ γῆς εἶναι κενὸν* dicatur, consentaneum erat addi: *vita sola felicitatis capax est.* Musgr. pro εὐτυχεῖ, *Κρέων* edidit *εὐτυχεῖν χρεών*, quod vertit *praestat laeta experiri,* sententiam incommodam callida interpretatione velans: nam ubi *χρεών* unquam est *praestat?*

XXX. (XXIV.) Stob. tit. 75. p. 453. Gesn. 77. p. 333. Grot. et Gaisf.

Ἐγὼ δὲ παῖδας οὐκ ἐῶ νόθους λαβεῖν·
τῶν γνησίων γὰρ οὐδὲν ὄντες ἐνδεεῖς
νόμῳ νοσοῦσιν· ὅ σε φυλάξασθαι χρεών.

Me non piget parare progeniem notham. Quae parte nulla sobole legitima minor, sed lege premitur; quod cavendum existimo. Sed *οὐκ ἐῶ*, *veto*, verti potest *me piget*, non *me non piget.* Hinc autem fortasse fluxit, quod Valck. in ed. Barn. ad *λαβεῖν* adscripsit: f. *λαθεῖν.* Verba esse videntur alicuius (Agenoris apud Hyg.?) qui Cepheum a filia cum Perseo matrimonio iungenda deterrere cupiebat.

XXXI. (XXV.) Stob. tit. 34. p. 215. Gesn. Gaisf. ibid. Omisit Grotius.

Σιγᾷς; σιωπὴ δ' ἄπορος ἑρμηνεὺς λόγων.

A Perseo versum dictum esse coniicit Valcken. ad Hippol. 911. Idem in marg. ed. Barn. citat Musgrav. Exercitat. p. 126.

XXXII. (XXVI.) Stob. ecl. eth. p. 123. Grot. T. I. p. 118. Heer.

Τήν τοι Δίκην λέγουσι παῖδ' εἶναι Διὸς,
ἐγγύς τε ναίειν τῆς βροτῶν τιμωρίας.

Iustitia proles esse perhibetur Iovis, Quam proxime hominum poena comitari solet. In codd. et edd. ex Eurip. Andromacha petitum esse dicitur; probabiliter Musgr. ad Andromedam retulit. Idem dedit *τῶν βροτῶν, et poenas in vicinia hominum habitare.*

XXXIII. (XXVII.) Athenaeus XI. p. 477. A. Eustath. ad Od. ι', p. 1632, 9. Macrob. Saturn. V, 21.

——————— πᾶς δὲ ποιμένων ἔῤῥει λεὼς,
ὁ μὲν γάλακτος κίσσινον φέρων σκύφος
πόνων ἀναψυκτῆρ', ὁ δ' ἀμπέλων γάνος.

Apud Eustathium vitiose legitur: *ἔῤῥοι λαός — — πίνων ἀνὰ ψυκτ. — — ἀμπελέων.* Recte Casaub. ad Athen. p. 796, 63. cum Macrobio et Dalechampio post *ἀναψυκτῆρ'* distinguendum esse monuit, „ut *πόν. ἀναψ.* ad vinum referamus, non ad lac. Varro de vino: *Hoc aegritudinem ad medendam invenerunt.*" De poculo hederaceo cf. Victor. V. L. 16, 23. Describi videtur conventus pastorum in nuptiis Persei et Andromedae.

XXXIV. Tiberius rh. §. 47. ed. Boissonade

Ὁρῶ δὲ πρὸς τῆς παρθένου θοινάματα.

XXXV. Ad Andromedam referendum etiam videtur, quod est ap. Schol. Aristoph. Ran. 105. ad verba poetae: *Μὴ τὸν ἐμὸν οἴκει νοῦν· ἔχεις γὰρ οἰκιάν.] Καὶ τοῦτο παρὰ τὸ ἐν Ἀνδρομάχῃ* (*Εὐριπίδου* addit Suid. v. *μὴ τὸν ἐμόν*)

Μὴ τὸν ἐμὸν οἴκει νοῦν· ἐγὼ γὰρ ἀρκέσω.

Non multum abhorret, quod est Bacch. 312. *οἴκει μεθ' ἡμῶν, μὴ θύραζε τῶν νόμων.*

XXXVI. (II.) Schol. Arist. Lysistr. 962. *Ποιά ψυχή] Παρὰ τὸ ἐξ Ἀνδρομέδας·*

Ποία λιβὰς, σειρήν.

pro quibus Schol. Ravenn. habet: *πῶς δύνῃ αὐτὸν ἐπισχεῖν οὐκ ἠρεθισμένος. παρὰ τὸ ἐξ Ἀνδρομέδας·*

ποῖαν αἰλιβάδ', ποῖος εἰρήν.

An: *ποῖαι λιβάδες, ποία σειρήν?*

XXXVII. Schol. Platon. p. 43. Ruhnk. p. 383. Bekk. *ἐκιρνῶντο ἐν αὐταῖς (ταῖς συνουσίαις) κρατῆρες τρεῖς. καὶ τὸν μὲν πρῶτον Διὸς Ὀλυμπίου καὶ θεῶν Ὀλυμπίων ἔλεγον,*

τὸν δὲ δεύτερον ἡρώων, τὸν δὲ τρίτον σωτῆρος, ὡς ἐνταῦθά τε καὶ δὴ καὶ ἐν πολιτείᾳ. ἔλεγον δὲ αὐτὸν καὶ τέλειον, ὡς Εὐριπίδης Ἀνδρομέδᾳ καὶ Ἀριστοφάνης Ταγηνισταῖς.

XXXVIII. Bekk. anecd. I. p. 339, 5. *Ἄγορος καὶ ἄγοροι. Εὐριπίδης Ἀνδρομέδᾳ· οἱ κατ' οἶκον ἀμφὶ δαῖτα καὶ τράπεζαν. Αἰθίοπας σημαίνει.* Ex Euripide nihil, nisi una vox, *ὄγοροι*, petita videtur, qua ille Aethiopes designaverit, in convivio nuptiali mensae assidentes: nam verba *οἱ κατ' οἶκον — τράπεζαν* etsi e meris trochaeis constant, humiliora sunt, quam ut pro verbis poetae habere possim.

XXXIX. Bekk. ibid. p. 78, 21. *Αἰσχροκερδής: Εὐριπίδης Ἀνδρομέδᾳ.*

XL. Hesych. *Ἀμείβεται, παραιτεῖται. Εὐριπίδης Ἀνδρομέδᾳ.* Corrigunt *περαιοῦται.*

EX ANTIGONA.

De argumento haec monet Schol. Soph. Antig. extr. (ἰστέον) ὅτι διαφέρει τῆς Εὐριπίδου Ἀντιγόνης αὕτη, ὅτι φωραθεῖσα ἐκείνη, διὰ τὸν Αἵμονος ἔρωτα ἐξεδόθη πρὸς γάμον· ἐνταῦθα δὲ τοὐναντίον Aristoph. Gramm. argum. Antig. Soph. *Κεῖται δὲ ἡ μυθοποιΐα καὶ παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἀντιγόνῃ· πλὴν ἐκεῖ φωραθεῖσα μετὰ τοῦ Αἵμονος δίδοται πρὸς γάμου κοινωνίαν καὶ τίκτει τὸν Μαίμονα.* Quae verba largam dubitandi materiam praebent. Haemoni quidem quin in matrimonium data sit, dubitari vix licet; sed invita an sponte? Sponte, ut videtur: quid enim aliud sibi volunt verba *διὰ τὸν Αἵμ. ἔρωτα ἐξεδόθη πρὸς γάμον* et *φωραθεῖσα μετὰ τοῦ Αἵμονος δίδοται πρὸς γάμου κοινωνίαν.* Sed qualis haec est poena? nam *φωραθεῖσα* aliter accipere non possum, nisi *in sepeliendo fratre Polynice deprehensa.* Invitam collocatam esse Haemoni, coniicere licet e Phoen. 1672 sqq. sed si fratris cadaver contra edictum Creontis sepelivit, eo minus etiam Haemoni eam uxorem tradi conveniebat, ut eodem loco significat Creon. Itaque argumentum quomodo explicem, non habeo. Secundum Hygin. fab. 72. Haemoni, cuius sponsa fuerat, interficienda tradita est, sed ab eodem propter amorem servata. Postea demum, quum, agnito filio, peccati veniam impetrare non potuissent a patre, *Haemon se et Antigonam coniugem interfecit.*

I. Arist. Ran. 1212 sq. post verba Bacchi *ἀλλ' ἀκουστέα τῶν σῶν προλόγων τῆς ὀρθότητος τῶν ἐπῶν·* Euripides incipit:

Ἦν Οἰδίπους τὸ πρῶτον εὐτυχὴς ἀνήρ.

ubi Schol. *Ἐξ Ἀντιγόνης Εὐριπίδου. ἔστι δὲ ἀρχὴ τοῦ δράματος.* Pro *εὐτυχής* Ms. apud Valck. ad Phoen. 1591. *εὐδαίμων.* Versum citant etiam Dio Chrysost. p. 593. C. et Schol. Aeschyl. S. c. Th. 781. (760. Schütz.) Cohaerere cum eo videtur v. 1218. quem idem recitat Euripides

εἶτ' ἐγένετ' αὖθις ἀθλιώτατος βροτῶν.

Utrumque coniunxit Grot. Exc. p. 371. *Felix initiis Oedipus, felix fuit, Qui postea hominum factus est miserrimus.*

II. Aristoph. Ran. 1438. *Οὐκ ἔστι πειθοῦς*, ubi Schol. *ἐξ Ἀντιγόνης Εὐριπίδου.* Cum secundo etiam versu laudat Tzetz. ad Hesiod. *ἔργ. κ. ἡ.* 135. quod indicavit Porson. adv. p. 274.

Οὐκ ἔστι Πειθοῦς ἱερὸν ἄλλο πλὴν λόγος,
καὶ βωμὸς αὐτῆς ἔστ' ἐν ἀνθρώπου φύσει.

Sermo est, nec aliud, Suada quo templo utitur, Et eius ara est ipsa mens mortalium. Grot. Exc. p. 372. Prior versus affertur ab Heracl. alleg. Hom. p. 483. ed. Gale in Opusc. mythol. phys. et eth. Barnes. post Grotium dedit: *Καὶ βωμὸς αὐτῆς ἐστιν ἀνθρώπου φύσις.* Porson. comp. Helen. 1002. *ἔνεστι δ' ἱερὸν τῆς δίκης ἐμοὶ μέγα ἐν τῇ φύσει.*

III. Stob. tit. 46. p. 325. Gesn. 48. p. 183. Grot. et Gaisf.

Δεῖ τοῖσι πολλοῖς τὸν τύραννον ἁνδάνειν.

Regi placere plurimis tutissimum.

IV. Stob. tit. 41. p. 241. Gesn. 43. p. 167. Grot. et Gaisf.

Οἰκεῖος ἀνθρώποισι γίγνεσθαι φιλεῖ
πόλεμος ἐν ἀστοῖς, ἂν διχοστατῇ πόλις.

Domestica odia civibus nasci solent, Quum factiones civitatem distrahunt. Leg. ἢν διχοστ. prout edidit Gaisf.

V. Stob. tit. 47. p. 343. Gesn. 49. p. 185. Grot. et Gaisf.

Οὔτ' εἰκὸς ἄρχειν, οὔτ' ἐχρῆν εἶναι νόμον·
τύραννον εἶναι μωριά δὲ καὶ θέλειν,
ὃς τῶν ὁμοίων βούλεται κρατεῖν μόνος.

Utinam nec ulla imperia nec leges forent. Regnare velle maxima imprudentia est: Nam cur habebit unus imperium in pares? Secundus versus nullam interpunctionem habet apud Gesn. cett. post *εἶναι* interpunxit Musgrav. Iacobs. et Eichstaedt legendum coniecerunt (vid. Iacobs. lection. Stob. Praef. p. XVI.) *τύραννον εἶναι μωρία· δίκη θ' ἑλεῖ. Ὃς τῶν ὁμ. Iustitia comprehendet eum, qui solus imperium in homines ipsi pares vult exercere.* In quo miror VV. DD. non offensioni fuisse futurum ἑλεῖ, cuius perexigua est auctoritas. vid. Herm. ad Soph. Oed. C. 1454. Videtur vocabulum semel positum bis sumendum esse; *Τύραννον εἶναι μωρία· μωρία δὲ καὶ θέλειν,* ut infr. fr. Belleroph. Musgr. XVII. *ἐπίσταμαι μὲν οὔ, φέρειν δ' ἀνάγκη* pro *ἐπίσταμαι μὲν οὐ φέρειν, φέρειν δ' ἀν.* de qua consuetudine vid. Wyttenbach. ad ecl. hist. p. 400. et quae ipse monui in Gramm. gr. §. 634. 1.

VI. Stobaeus tit. 61. p. 386. Gesn. 63. p. 239. Grot. et Gaisf.

Ἀνδρὸς δ' ἐρῶντος εἰς Κύπριν νεανίου
ἀφύλακτος ἡ τήρησις· ἄν γὰρ φαῦλος ᾖ
τἄλλ', εἰς ἔρωτα πᾶς ἀνὴρ σοφώτερος·
ἢν δ' ἄν προσῆται Κύπρις, ἥδιστον λαβεῖν.

Iuvenem calentem Veneris indomita face Arcere vigiles non valent custodiae; Amor ipse quamvis rudibus ingenium facit. Dulce et salubre quae modum novit Venus. Pro ἐρῶντος Musgrav. Exercit. p. 100. ὁρῶντος, quod probatum Valcken. diatr. p. 198. 242. idem recepit. Ita ὁρᾶν ἐς *Κύπριν* dictum est ut Antiop. fr. X. *ἐς ἀργίαν βλέπειν, Veneri, ignaviae se dedere.* Neque enim ἐρᾶν εἰς *Κύπριν* dici posse videtur, nec *εἰς Κύπριν* cum ἀφύλ. ἡ τήρησις coniungi, quia interiectum est *νεανίου*. V. 2. ἄν pro *κἄν* ob metrum dedit Grot. Scrib. ἤν. V. 3. τἄλλ' „τὰ δ' ἀλλ' Voss. τὰ δ' ἄλλα A. m. pr. Trinc. τά γε A. m.

sec. τά γ' εἰς ἔρωτα B. ἔρωτας A." *Gaisf.* V. 4. pro ἢν δ' ἄν Gesn. in marg. lego αὖ, quod recepit Grot. At Valck. ἢν δ' οὐ προσῆται, Κύπριν ἥδ. λ. *quod si non admiserit* vel *admittere recusaverit*, nolentis *flore frui iucundissimum*, in quo soloecum est ἢν οὐ pro ἢν μή, nec sententia iis, quae praecesserunt, accommodata. Peius etiam Heath. vertit *Quod si commoda adsit Venus*, quasi προσῆται sic a προσεῖναι. Musgr. edidit: ἥν δ' ἄν προσῆται K. *quamcunque autem appetiverit Venus.* προσίεσθαι est *admittere, asciscere, probare. Κύπρις προσίεται* eum, cui in amore favet eumque adiuvat. Itaque sensus esse videtur: *etiamsi quis in ceteris rebus contemnendus sit, in amore tamen satis callidus est* et ad artificia ac dolos, quibus amore potiatur, sollers, *sin vero placida ei afflat Venus*, ut artificiis illis non indigeat, *iucundissimum est.* Legendum igitur: ἢν δ' αὖ προσῆται *Κύπρις*. Boisson. ἢν δ' αὖ προσῆται, Κύπριν ἥδ. λ.

VII. Stob. tit. 62. p. 398. Gesn. 64. p. 261. Grot. et Gaisf. Plutarch. apud Stob. ib. p. 503. Gesn. seu ed. Wyttenb. T. V. p. 854.

ἤρων· τὸ μαίνεσθαι δ' ἄρ' ἦν ἔρως βροτοῖς·

Amabam; hominibus maximus furor est amor. Falsum est, quod in ed. Beck. adscriptum est, apud Barn. hoc fragm. esse in Incertis. Est enim et inter fr. Antig. p. 452. v. 18. et inter incerta p. 515. v. 419.

VIII. Stobaeus tit. 65. p. 411. Gesn. 67. p. 277. Grot. et Gaisf.

Ζευχθεὶς γάμοισιν οὐκέτ' ἔστ' ἐλεύθερος,
ἀλλ' ἕν γ' ἔχει τι χρηστόν· ἐν κήδει γὰρ ὢν
ἐσθλῷ δέδοικε μηδὲν ἐξαμαρτάνειν.

Haud liber ultra est, nuptiae quem vinciunt. Sed adest bonum istud, a malis quod actibus Affinitatis abstrahit reverentia. Primus versus tribuitur Hippothoo apud Stob. tit. 66. p. 421. Gesn. 68. p. 283. Grot.

IX. Clem. Alex. Strom. VI. p. 741. Stob. tit. 75. p. 452. Gesn. 77. p. 333. Grot. et Gaisf.

Ὀνόματι μεμπτὸν τὸ νόθον, ἡ φύσις δ' ἴση.

Natura par est, nomen invisum notho. Cf. Androm. fr. XXXII. Pro δ' ἴση Clem. Al. δοίη.

X. Stob. tit. 85. p. 496. Gesn. 87. p. 355. Grot. et Gaisf.

Ἡ γὰρ δόκησις πατράσι παῖδας εἰκέναι
τὰ πολλὰ ταύτῃ γίγνεται τέκνων πέρι.

Prolem parentum quod ferunt mores sequi Falsum revincit saepe natorum indoles. *πατράσι* e coniectura Gesn. dedit Grot. pro *ἅπασι*. *εἰκέναι* em. Pierson. ad Moer. p. 148. pro *ἐοικέναι*, et sic Paris. A. apud Gaisf. V. 2. pro *τά* Gesn. coni. *οὐ*, non *σύ*, ut est in exemplo Lips. ed. Gaisf. *φαύλῃ* e coni. scripsit Grotius pro *ταύτῃ*, quod cur mutaverit, non satis causae videt Heath.

XI. Stob. tit. 88. p. 500. Gesn. 90. p. 363. Grot. et Gaisf.

Τὸ μωρὸν αὐτῷ τοῦ πατρὸς νόσημ᾽ ἔνι·
φιλεῖ γὰρ οὕτως ἐκ κακῶν εἶναι κακούς.

Paternus illi morbus insipientia est: Quippe ex malis plerumque generantur mali. *αὐτῷ*, ut pro *αὐτὸ* Valck. in margine et Stobaei Grot. et Eurip. Barnes. legendum monuit, e Paris. A. B. recepit Gaisf. Sed constructionem *φιλεῖ εἶναι κακούς* pro *φιλοῦσιν εἶναι κακοὶ* vix alibi reperias. Poëta dicere voluisse videtur *φιλεῖ γὰρ οὕτω γίγνεσθαι ὥστε ἐκ κακῶν εἶναι κακούς*. Videntur esse verba Creontis de Antigona, ad quae respondet alter fr. X.

XII. Stob. tit. 91. p. 507. Gesn. 93. p. 377. Grot. et Gaisf.

Ἀνδρὸς φίλου δὲ χρυσὸς ἀμαθίας μέτα
ἄχρηστος, εἰ μὴ κἀρετὴν ἔχων τύχοι.

Opulens amicus, cui deest sapientia, Virtus nisi adsit, usui nulli est bono. *τύχοι* pro *τύχῃ* habet Paris. A.

XIII. Stob. tit. 102. p. 558. Gesn. 104. p. 429. Grot. et Gaisf.

- - - ἐπ᾽ ἄκραν ἥκομεν γραμμὴν κακῶν.

Redacti sumus ad ipsas incitas. Sic Paris. A. B. Trinc. pro *ἐπ᾽ ἄκρων ἥκ. κακῶν γραμμήν* Gesn.

XIV. Stob. tit. 106. p. 567. Gesn. 108. p. 447. Grot. et Gaisf.

Μὴ οὖν θέλε λυπεῖν σαυτὸν, εἰδὼς πολλάκις
ὅτι τὸ λυποῦν ὕστερον χαρὰν ἄγει,
καὶ τὸ κακὸν ἀγαθοῦ γίγνεται παραίτιον.

Versus corrupti, in quibus emendandis Grotius, Valcken. diatr. p. 155 sqq. Hermann. ad Soph. El. v. 355. extr. elaborarunt. Grotius versum satis immodulatum effinxit:

Μὴ οὖν ἔθελε λυπεῖν σαυτὸν, εἰδὼς πολλάκις

μὴ οὖν in unam syllabam coalescere dicens. Rectius Valck. *μή νυν θέλε*, quod in fine versus posuit. „*Μὴ οὐ* Tragicis et Comicis Atticis in unam semper syllabam contrahuntur, nusquam, si bene memini, *μὴ οὖν*.“ Sequentia ita corrigere voluit Valcken.

Μή νυν θέλε
λυπεῖν σεαυτὸν, Αἷμον, εἰδὼς, πολλάκις
ὅτι καὶ τὸ λυποῦν ὕστερον χαρὰν ἄγει.

in quibus *ὅτι καί*, a Grotio acceptum, a Tragicorum more abhorret, qui anapaestum in prima sede ponere non solent, nisi una voce conclusum. Eleganter, ut solet, Hermann.

λυπεῖν σεαυτὸν, τοῦτό γ᾽ ἐξειδὼς, ὅτι
πολλοῖς τὸ λυποῦν — — —

Hoc eo confirmatur, quod Paris. A. Trinc. habent *εἰδὼς ὅτι πολλάκις*, B. autem *εἰδὼς τοῦθ᾽ ὅτι πολλάκις*. Similiter Gaisf. coni. *λυπ. σεαυτὸν, τοῦτό γ᾽ εὖ εἰδὼς ὅτι Πολλάκι τὸ λ. ὕ. χ. ἄ.* turpi hiatu in *εὖ εἰδὼς* et voce epica *πολλάκι* non deterritus. Recepit tamen Boissonad. Ultimum versum omisit Musgravius. Ceterum locum sic vertit Grotius: *Laxare habenas parce tristitiae, memor Saepe ex dolore gaudium mortalibus Et ex malorum segete progigni bona.*

XV. Stob. tit. 106. p. 568. Gesn. 108. p. 449. Grot. et Gaisf.

Ὅστις δὲ πρὸς τὸ πίπτον εὐλόγως φέρει
τὸν δαίμον᾽, οὗτος ἧσσον ἐστ᾽ ἀνόλβιος.

Quicunque casus atque fortunae vices Ratione tolerat, hic multo minus est miser. *εὐλόφως* pro *εὐλόγως* legendum censebat Brunck. ad Soph. Phil. 872. *ἧσσόν ἐστ᾽ ἀνόλ.* e Scalig. coni. edidit Grotius pro *ἧσσόν ἐστιν ὄλβιος*. De sententia vid. Wyttenbach. ad Plut. p. 77+.

XVI. Stob. append. e Cod. Flor. apud Gaisf. T. IV. p. 396. ed. Lips.

Ἄκουσον· οὐ γὰρ οἱ κακῶς πεπραγότες
σὺν ταῖς τύχαισι τοὺς λόγους ἀπώλεσαν.

XVII. (XVI.) Stob. tit. 124. p. 619. Gesn. 126. p. 513. Grot. 125. Gaisf.

Θάνατος γὰρ ἀνθρώποισι νεικέων τέλος
ἔχει· τί γὰρ τοῦδ᾽ ἐστὶ μεῖζον ἐν βροτοῖς;
τίς γὰρ πετραῖον σκόπελον οὐτάζων δορὶ
ὀδύναισι δώσει; τίς δ᾽ ἀτιμάζων νέκυς,
εἰ μηδὲν αἰσθάνοιντο τῶν παθημάτων;

Mors iurgiorum finis est mortalibus; Nam maius aliud quid potest leto dari? Molem quis autem saxeam hasta verberans Cieat dolorem, mortuumve iniuriis Frustra lacessens nulla sensurum mala? Valcken. in marg. Eurip. Barnes. haec adscripsit: aliter legitur p. 602. (haud dubie ed. Stob. Gesner.) in margine MS. Grotii: *Θάνατος γὰρ ἀνθρώποισι νεικείας τέλος Ἔχει· μαθεῖν δὲ πᾶσίν ἐστιν εὐμαρές.* et v. 5. ad *εἰ:* an *οἵ.*

XVIII. (XVII.) Schol. Pind. Pyth. 3, 176. *Θυώνη τῇ Σεμέλῃ φησί· διωνυμίᾳ γὰρ ἐκέχρητο. εἰσὶ δὲ οἵ καὶ τὴν αὐτὴν Διώνην λέγουσιν, ὥσπερ Εὐριπίδης ἐν Ἀντιγόνῃ·*

Ὦ παῖ Διώνης, ὡς ἔφυς μέγας θεὸς,
Διόνυσε, θνητοῖς τ᾽ οὐδαμῶς ὑπόστατος.

Nate o Diones, magnus o quam tu deus, Lyaee, quem nec ferre mortales queant. Grot. Exc. p. 370. ὑπόστατος ex em. Andr. Schotti scripsit Grot. pro ὑποστάτης. Dionen pro Thyone Semelen dictam esse, vel Bacchum pro Veneris filio habitum non credentes Scholiastae Valckenaerius, Ruhnkenius, Piersonus pro *Διόνυσε* scribendum iudicaverunt vel *Μόνος τε,* vel *Δεινός τε* vel *θεοῖσι* ap. Valcken. diatrib. p. 156. Sed res nimis obscura est. Itaque Boeckh. ad Schol. non audet disertam scholiastae narrationem istiusmodi argumentis refutare, praesertim quum Dione non unius deae nomen fuerit, de quo vide Buttmannum ad Demosth. Midian. ed. Spalding. p. 128 sqq. Accedit locus Hesychii a Valcken. laudatus: *Βάκχου Διώνης, οἱ μὲν βακχευτηρίας Σεμέλης, οἱ δὲ Βάκχου τοῦ Διονύσου καὶ Ἀφροδίτης τῆς Διώνης, παρόσον διωνυμία περὶ τὰς θεάς. Πράξιλλα δὲ ἡ Σικυωνία Ἀφροδίτης παῖδα τὸν θεὸν ἱστορεῖ.* qui locus etsi obscurus, significat tamen, praeter Praxillam fuisse, qui Bacchum Diones vel Veneris filium facerent. Bacchus autem, inquit Boeckh., ab Antigona ut patrius Thebarum deus invocari potuit; addo

Bacchum Veneris filium e religione Thebanorum propria credi potuisse.

XIX. Schol. Eurip. Phoen. 1130. *ἐν τῇ Ἀντιγόνῃ·*

ἐπὶ χρυσεόνωτον ἀ-
σπίδα τὰν Καπανέως.

Cf. Eustath. p. 707, 60. coll. 678, 23. Praeterea Heath huc refert versum qui ap. Stob. praecessit, *οὐ γὰρ ἐσθλὰ κατθανοῦσι κερτομεῖν ἐπ᾽ ἀνδράσι,* in errorem inductus, quod in ed. Grot. lemma *Euripides Antigona* ad hunc versum appictum est. Eum tanquam Archilochi, cuius eum esse ed. Gesner. indicat, cum fr. XVII. comparavit Barnes.

XX. Stob. Append. Flor. p. 20 = 389. ap. Gaisf. T. IV.

Νέοι νέοισι συννοσοῦσι τἀφανῆ.

ANTIOPA.

Antiopes fabulam multi explicarunt, quos commemorat Heynius ad Apollod. V, 5, 5. ex Euripide Hygin. fab. 8. *Nyctei regis in Boeotia fuit filia Antiopa. Eius formae bonitate Iupiter adductus gravidam fecit. Quam pater quum punire vellet propter stuprum minitans, periculum Antiopa effugit. Casu in eodem loco, quo illa pervenerat, Epaphus* (aliis est Ἐπωπεύς) *Sicyonius stabat. Is mulierem advectam domo matrimonio suo iunxit. Id Nycteus aegre ferens quum moneretur, Lyco fratri suo per obtestationem mandat, cui tum regnum relinquebat, ne impune Antiopa ferret. Huius post mortem Lycus Sicyonem venit. Interfecto Epapho Antiopam vinctam abduxit in Cithaeronem; parit geminos et relinquit. Quos pastor educavit, Zetum et Amphionem nominavit, Antiopa Dircae uxori Lyci data erat in cruciatum. Ea, occasionem nacta, fugae se mandavit; devenit ad filios suos. Ex quibus Zetus existimans fugitivam non recepit. In eundem*

locum Dirce per bacchationem Liberi illuc delata est. Ibi Antiopam repertam ad mortem extrahebat. Sed ab educatore pastore adolescentes certiores facti, eam esse matrem suam, celeriter consecuti matrem eripuerunt; Dircen ad taurum crinibus religatam necant. Lycum cum occidere vellent, vetuit eos Mercurius et simul iussit Lycum concedere regnum Amphioni. Simillima tradit Apollod. l. c. Idem argumentum accurate persecutus est Valcken. diatr. c. 7. p. 58 sqq.

I. Etymol. M. p. 411, 11. *Ζῆθος - - εἴρηται - - ὅτι ἡ μήτηρ αὐτοῦ ἐζήτει εὐμαρῶς τεκεῖν αὐτὸν, ὥς φησιν Εὐριπίδης·*

Τὸν μὲν κικλήσκει Ζῆθον· ἐζήτησε γὰρ
Τόκοισιν εὐμάρειαν ἡ τεκοῦσά νιν.

Etymol. Gud. p. 230, 57. *Εὐριπίδης σαφῶς ἐτυμολογεῖ ἐν Ἀντιόπῃ. ζητῆσαι γὰρ τόκοισιν εὐμάρειαν ἡ τεκοῦσα γυνή.* In Etymol. est *κίκλησκε.* E prologo haec petita esse vix negari potest; eum vero agere non potuisse Antiopen apparet, nec pastorem eum, qui pueros educavit, si vera lectio est *κικλήσκει.* Nihil igitur relinquitur, nisi ut a deo aliquo, fortasse Mercurio, qui etiam exitum fabulae expedivit sec. Hygin. prologum actum esse statuamus. Eodem haud dubie pertinet

II. Etymol. M. p. 92, 4. *λέγει Εὐριπίδης ὁ τραγικὸς ἐτυμολόγος* (leg. *ἐτυμολογῶν* cum Valcken. diatr. p. 62.) *τὸ Ἀμφίων, ὅτι Ἀμφίων ἐκλήθη παρὰ τὴν ἄμφοδον, ἤγουν παρὰ τὸ παρὰ* (sic MS. apud Valck.) *τὴν ὁδὸν γεννηθῆναι.* quam etymologiam irrisit Aristoph. apud Polluc. IX, 36. Utraque notatio est apud Hygin. fab. 7. *quos pastores pro suis educarunt et appellarunt Zeton ἀπὸ τοῦ ζητεῖν τόπον, alterum autem Amphionem, ὅτι ἐν διόδῳ ἢ ὅτι ἀμφὶ ὁδὸν αὐτὸν ἔτεκεν.* Nam pro *Ζῆθος* scriptum etiam reperitur *Ζῆτος.* In prologo memoratae etiam videntur Hysiae, de quibus est apud

III. Stephan. Byz. v. *Ὑρία. χώρα πλησίον Αὐλίδος, - Ἡσίοδος δὲ ἐν Ὑρίᾳ τὴν Ἀντιόπην φησὶ γενέσθαι, Εὐριπίδης δ' ἐν Ὑσίᾳ,* ubi ne cum Valcken. p. 62. corrigas *Ὑσιαῖς,* prohibet locus qui sequitur *Ὑσία, πόλις Βοιωτίας, καὶ ἑνικῶς καὶ πληθυντικῶς.* Harpocration. *Ὑσίαι, - - τῆς Βοιωτίας πόλις, ἧς μνημονεύει καὶ Εὐριπίδης ἐν Ἀντιόπῃ.* Sed potuit etiam haec urbs ibi commemorari,

ubi Antiope fortunam suam filiis et pastori explicat, quo ipso efficitur *ἀναγνώρισις.*

De agnitione ipsa Aristoteles *π. ποιητ.* c. 14, 19. ex emendatione Valcken. diatr. p. 58 sq. *καὶ ἐν τῇ Ἀντιόπῃ ὁ υἱὸς τὴν μητέρα ἐκδιδόναι μέλλων ἀνεγνώρισε.* Vid. Hygin. l. c. cuius tamen narratio non satis cum eo, quod est apud Aristot. consentit: nam secundum Aristot. Zethus matrem *ἐκδιδόναι μέλλει,* sec. Hygin. traditam iam consecuti filii eripuerunt. An igitur Ennius descriptionem Euripidis paululum immutavit? Hoc tamen loco, nisi fallor, dicta sunt illa ab Antiopa:

IV. (XXXVII.) apud Eustath. ad Odyss. π. p. 1799, 54 = 601. *δῆλον δ' ὅτι κύειν καὶ τὸ ἔγκυον εἶναι δηλοῖ, ὃ διαφέρει τοῦ τίκτειν καθότι αὐτὸ ἀπαλλάττει τοῦ κύειν. καὶ φέρεται εἰς τοῦτο χρῆσις ἐξ Ἀντιόπης τὸ*

Κύουσα τίκτον

ἤγουν κατὰ γαστρὸς φέρουσα εἶτα ἔτεκον. Ammonius v. *Κύειν* p. 86. ed. Valck. *Κύειν μὲν τὸ ἔγκυον εἶναι, τίκτειν δὲ τὸ ἀπαλλάττεσθαι τοῦ κύειν. Εὐριπίδης ἐν Ἀντιόπῃ·* (sic Valcken. diatr. p. 60. pro *ἐναντίον ἢ*) *κύουσα τίκτω, εἶπεν, ἡνίκ' ἠγόμην πάλιν.* unde Valcken. l. c. hunc versum effinxit:

Κύουσα, τίκτω θ' ἡνίκ' ἠγόμην πάλιν.

Ipse hunc versum tantum poni potuisse in prologo existimat; mihi a prologo alienus esse videtur propter fr. I.

Ante hoc fragm. narrari etiam debuit illud

V. apud Cedrenum p. 22. E. quod laudavit Valck. p. 63. *ὁ μὲν Εὐριπίδης τὸν Δία φησὶν εἰς σάτυρον μεταβληθέντα τὴν Ἀντιόπην φθεῖραι.* Plura dabit Valck.

Ad verba Antiopae respondisse videtur Amphion, quae sunt

VI. (XXX.) apud Clement. Alex. Strom. V. p. 602. B. ed. Sylb. (p. 716, 1. ed. Heins.) *οὔκουν ἔτι κατὰ τὴν τῶν πολλῶν δόξαν περὶ τοῦ θεοῦ ὑποληπτέον·*

— — — — οὐδὲ γὰρ λάθρα δοκῶ
φωτὸς κακούργου σχήματ' ἐκμιμούμενον
σοὶ τήνδ' ἐς εὐνὴν, ὥσπερ ἄνθρωπον, μολεῖν.

Ἀμφίων λέγει τῇ Ἀντιόπῃ. Hinc sumsit Euseb. Praep. ev. p. 679. D. ed. Viger. (Colon. 1688.) in quibus pro

τήνδ᾽ scribendum esse *Ζῆν᾽* recte monuit Valck. p. 63. — Ad Antiopae orationem Valcken. p. 65. refert illa

VII. (XXIV.) ap. Stob. tit. 97. p. 538. Gesn. 99. p. 417. Grot. et Gaisf.

Φρονῶ δ᾽ ἃ πάσχω· καὶ τόδ᾽ οὐ σμικρὸν κακόν·
τὸ μὴ εἰδέναι γὰρ ἡδονὴν ἔχει τινὰ
νοσοῦντα· κέρδος δ᾽ ἐν κακοῖς ἀγνωσία.

Intelligo quae patior; haud levis is dolor; Aliqua est voluptas abstrahi a sensu mali, Interque damna quaestui ignorantia est. Primus versus est etiam apud Erotianum v. *κατεφρόνει* p. 210. ed. Franz. ubi legitur *μικρόν.* et eum solum in Exc. recepit Grot. p. 373. Propter *φρονεῖν*, *sentire* significans, locum ad Eurip. Hipp. 247. citat Valcken.

Amphiona non dedecent, iudice Valcken. l. c. quae habet ex Antiopa

VIII. (XX.) Stob. tit. 72. p. 439. extr. Gesn. 74. p. 321. Grot. et Gaisf.

Οὐ σωφρονίζειν ἔμαθον, αἰδεῖσθαι δὲ χρή,
γύναι, τὸ λίαν, καὶ φυλάσσεσθαι φθόνον.

Ego censor haud sum, mulier; at rectum interim est Vitare nimia, nec dare invidiae locum. V. 2. Valck. inseri iubebat *τε*, *τό τε λίαν*, quod et in metrum peccat (vid. Porson praef. Hec. p. XVI.) et sententiae minus aptum pro *αἰδεῖσθαί τε καὶ φυλάσσεσθαι*. Haec si Amphion Antiopae dicebat, videtur hic fragmentorum ordo esse V. IV. VII. VIII. VI. Sed eadem Dircae etiam dici potuerunt.

IX. Schol. Ven. ad Il. λ', 774. *χόρτοι δὲ οἱ τριγχοὶ* (s. *τροχαλοί*) *ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν Ἀντιόπῃ·*

— — — — — — — — — — — — Οἰνόῃ
σύγχορτα ναίω πεδία ταῖς τ᾽ Ἐλευθεραῖς.

καὶ ἐν Ἀνδρομάχῃ (v. 17.) *ὁμοίως.* Eumdem versum citat Strabo VIII. p. 577. A. praemissa voce *Οἰνώνης*, pro quo Casaub. in marg. *Οἰνόῃ:* tum Strabo *ταῖς τ᾽ Ἐλευθεραῖς.* Porson. advers. p. 274. *Οἰνόης ξυγχ. ν. π. ταῖς ἐλευθέραις*, quae quam sententiam habeant, non intelligo. Haec vix ab alio quam a pastore pronuntiari

potuerunt; nam hic prope Eleutheras habitare debuit, et Antiope filios peperit *ὡς ἐς Θήβας ἤγετο τὴν ἐπ᾽ Ἐλευθερῶν* apud Pausan. II, 6, 2. et Apollod. l. c. et fortasse de hoc ipso pastore Dio Chrysost. or. XV. p. 237. B. ed. Morell. *ὁ γὰρ ἐκείνου νομεὺς ὁ ἐν ταῖς Ἐλευθεραῖς καὶ ἡ γυνὴ ἡ τοῦ νομέως οὐ μόνον οὐκ ἐξετίθεσαν αὐτοὶ γεννήσαντες, ἀλλὰ καὶ ἀλλότρια εὑρόντες ἐν τῇ ὁδῷ παιδία, οὐκ εἰδότες, ὅτου ποτὲ ἦσαν, ἀνελόμενοι ἔτρεφον ὡς αὐτῶν, καὶ οὐδὲ ὕστερον ἑκόντες οὐδέ ποτε ὡμολόγησαν, ὅτι ἀλλότριοι ἦσαν. σὺ δὲ ἴσως καὶ τὸν Ζῆτον καὶ τὸν Ἀμφίονα ἐλοιδόρεις ἄν, πρὶν φανεροὺς γενέσθαι κ. τ. λ.*

Huc etiam fortasse referenda sunt, quae de servili conditione agunt: nam et pastor servus erat et Amphion ac Zethus pro servis educati.

X. (XIV.) Stob. tit. 60. p. 383. Gesn. 62. p. 233. Grot. et Gaisf.

Οὐ χρή ποτ᾽ ἄνδρα δοῦλον ὄντ᾽ ἐλευθέρας
γνώμας διώκειν, οὐδ᾽ ἐς ἀργίαν βλέπειν.

Tractare servum studia liberalia Minime decorum est otiove insuescere. Sed hoc in Paris. A. ex Antigone citatur.

XI. (XV.) Ibid. p. 235. Grot.

— — τὸ δοῦλον οὐχ ὁρᾷς ὅσον κακόν;

Cernis servitus quid sit mali?

XII. (XVI.) Ibid. p. 384. extr. Gesn. p. 239. Grot. et Gaisf.

Φεῦ φεῦ, τὸ δοῦλον ὡς ἁπανταχῇ γένος
πρὸς τὴν ἐλάσσω μοῖραν ὥρισεν θεός.

Eheu, ut omne ubique servorum genus In sequiora cuncta transscripsit deus! Ad eumdem locum, in quo Zethus et Amphion erant, Dirce etiam venit *per bacchationem Liberi*, ut ait Hygin. Illo loco haud scio an collocandum fit fragm.

XIII. (XXXII.) apud Clem. Alex. Strom. I. p. 348. Sylb. (p. 418. Heins.) *Εὐριπίδης ἐν Ἀντιόπῃ φησίν·*

— — — — ἔνδον δὲ θαλάμοις βουκόλον
κομῶντα κισσῷ, στύλον Εὐΐου θεοῦ.

Toup. ad Longin. Sect. XL. p. 364. ed. Oxon. em. *ἔνδον δὲ θαλάμοις βουκόλου κομῶντα κισσῷ στῦλον E. θ.* vel *βουκόλον-κοσμοῦντα κισσῷ.* Sed prius haud dubie praestat.

Ad exitum totius fabulae spectant haec:

XIV. (XXXI.) Longin. s. XL. *Ἐπὶ δὲ τῆς συρομένης ὑπὸ τοῦ ταύρου Δίρκης (Εὐριπίδης)*

— — — — — — εἰ δέ που
τύχοι πέριξ ἑλίξας, εἷλχ' ὁμοῦ λαβὼν
γυναῖκα, πέτραν, δρῦν, μεταλλάσσων ἀεί.

Valcken. diatr. p. 66. *τύχοι* ad primum versum retulit, et in secundo post *ἑλίξας* inseruit *ταῦρος*, ut metro satisfieret:

εἰ δέ που τύχοι
πέριξ ἑλίξας ταῦρος, εἷλχ' - - - -

Locutionem *πέριξ ἑλίξαι* illustrat Valcken. ad Phoen. 717. extr.

„Chori verba quaedam, inquit Valck. p. 66. Dircen a scelerum vindice tarde quidem, punitam tamen, canentis illa suspicor esse quae sunt ex Antiopa“

XV. (II.) Stob ecl. phys. p. 9. Cant. p. 123. Grot. T. I. p. 118. Heer.

Δίκα τοι δίκα χρόνιος· ἀλλ' ὅμως
ὑποπεσοῦσ' ἔλαθεν, ὅταν ἔχῃ
τίν' ἀσεβῆ βροτῶν.

Ius sero veniat licet, Ius est; attamen impio Poenas, quas decet, irrogans Tanquam ex insidiis latet. Versus sunt dochmiaci, quorum secundus e dochmio et cretico constat. Aliter distribuit Seidler de vers. dochm. p. 62.

Eamdem sententiam habent versus

XVI. (III.) ap. Stob. ecl. phys. apud Grot. ibid. T. I. p. 122. Heer.

Τήν τοι Δίκην λέγουσι παῖδ' εἶναι Χρόνου,
*δείκνυσι δ' ἡμῶν ὅστις ἐστὶ * κακός.*

Iustitia proles nuncupatur Temporis, Quae delitentes monstrat in nobis malos. Versum 2. explere voluit Grot. inserendo *ἂν* ante *κακός*, at refragante, ut recte monet Heath. Graeci sermonis indole. Ipse coni. *ὅστις-*

οὖν ἐστιν κακός, Codd. V. A. E. apud Heer. *ὅστις ἐστὶ μὴ κακός.* unde feliciter Porson. ad Aristoph. Plut. 886. *ὅστις ἔστ' ἢ μὴ κακός.* Simillimus locus est Andromed. fr. XXXIV.

Accommodatissimi etiam huic loco sunt versus

XVII. (XVIII.) Stob. tit. 68. p. 426. Gesn. 70. p. 292. Grot. et Gaisf.

— — — — πᾶσι δ' ἀγγέλλω βροτοῖς,
ἐσθλῶν ἀπ' ἀνδρῶν εὐγενῆ σπείρειν τέκνα·
[οὐ γάρ ποτ' ἂν πράξειαν ἐς τέλος κακῶς.]

Moneo nunc omnes semel, Ut ex honesto genere progeniem serant. Non illa quippe semper infelix erit; minus recte, si *illa* ad *progeniem* retulit; *πράξειαν* intell. *οἱ βροτοί, οἷς ταῦτα παραγγέλλει.* Verba videntur esse Antiopae, sese filiorum ope servituti ereptam gratulantis. Tertius versus est ex Androm. 1259. monente Porsono advers. p. 274.

In eadem sede fortasse legebantur duo sequentia

XVIII. (XVII.) Stob. ibid. p. 425. Gesn. p. 291. Grot. et Gaisf.

Κῆδος καθ' αὑτὸν τὸν σοφὸν κτᾶσθαι χρεών.
Affinitates qui sapit quaeret pares.

XIX. Stob. tit. 70. p. 430. Gesn. 72. p. 297. Grot. et Gaisf.

Εἰ νοῦς ἔνεστιν· εἰ δὲ μή, τί δεῖ καλῆς
γυναικός, εἰ μὴ τὰς φρένας χρηστὰς ἔχοι;

Si bene animata est, perplacet; sin, quo mihi Formosa vultum, pectore intestabili? Recte est post *εἰ νοῦς ἔνεστι* supplet etiam Valck. in nota MS. mihi versus omissus esse videtur, ad quem hic referretur.

Distuli adhuc, quae de musica et bellicis artibus inter se disputantes Zethus et Amphion inducebantur, non quod ea ab Euripide post explicatum exitum fabulae, quam *καταστροφὴν* vocat, inepte tanquam per saturam adiecta esse existimarem, sed quod dubitabam, utrum ea ad illam scenam, ubi primum prodibant iuvenes, referrem, an ad eam, in qua matrem agnoscebant, an denique ad eam, ubi matre agnita, Dircen persequi instituebant. Mihi primum verisimillimum vi-

detur quod magis etiam appareret, si ex Antiopa sumti essent versus ap. Stob. fr. XL. Musgr.; sed nimis haec omnia incerta sunt, etiam quo ordine haec fragmenta ponere conveniat. Valcken. cap. VIII. p. 74. deinceps posuit XXI. (1-3.) XX. (4-7.) XXIX. (8-10.) XXX. (11-14.) XXXII. (15-18.) XXXI. (19-22.) XLIII. (23-27.) XXXIII. (28 sq.) XXXIV. (30 sq.) XXVIII. (32 sq.) XXIV. (34 sq.) XXIII. (36-41.) XXII. (42-45.) XXV. (46-51.) Videtur autem Eurip. sub Zethi persona durum aliquem, antiquae morum severitati et simplicitati assuetum civem Atticum, unum e *Μαραθωνομάχαις* illis induxisse, sub Amphionis autem persona hominem elegantiore novitiorum magistrorum ac sophistarum disciplina usum, et hanc disciplinam, quam multi tanquam mollem et effeminatam agitarent ut Aristophanes in Nubibus, iudice Sueverno, ipse hoc exemplo defendendam suscepisse.

XX. (XXXIV.) Plato Gorg. p. 484. E. *Συμβαίνει γὰρ τὸ τοῦ Εὐριπίδου, λαμπρός τ᾽ ἐστιν ἕκαστος ἐν τούτῳ*

κἀπὶ τοῦτ᾽ ἐπείγεται,
νέμων τὸ πλεῖστον ἡμέρας τούτῳ μέρος,
ἵν᾽ αὐτὸς αὑτοῦ τυγχάνῃ βέλτιστος ὤν.

Vid. Valcken. p. 76 sq. cui praeivit Gatak. adv. misc. p. 130 sq. E Zethi oratione haec esse, non ex Amphionis, ut suspicatur Valcken. p. 77. indicant scholia p. 114. ed. Ruhnk. *Τὰ ἰαμβεῖα ταῦτ᾽ ἐστιν ἐξ Ἀντιόπης τοῦ δράματος Εὐριπίδου ἐκ τῆς Ζήθου ῥήσεως πρὸς τὸν ἀδελφὸν Ἀμφίονα.* Initium sic supplere conatus est Valck. - - *ἐν τούτῳ γέ τοι Λαμπρός θ᾽ ἕκαστος κἀπί* etc. V. ult. cur *τυγχάνει* scribendum existimaverint Steph. Gatak. Valck. Heindorf. etiam Bekkerus, non assequor. Libri *τυγχάνῃ*, ipse Bekkero teste: coniunctivum autem sine particula *ἄν* post relativa a poëtis poni, Heindorf. ostendit ad Phaedon. §. 16. Cf. ad Hecub. 250. *τυγχάνῃ* etiam Plutarch. de garrul. II. p. 514. A. qui *τυγχάνει* habet ib. Sympos. II, 1. p. 630. B. Utroque loco Plutarchus et Plat. Alcib. II. p. 146. A. *κράτιστος* pro *βέλτιστος*. Cf. Wyttenb. ad Plut. p. 369.

XXI. XXII. (XXXV. XLII.) Plat. ibid. p. 485. E. *Κινδυνεύω οὖν πεπονθέναι, ὅπερ ὁ Ζῆθος πρὸς τὸν Ἀμφίονα ὁ Εὐριπίδου, οὗπερ ἐμνήσθην. Καὶ γάρ ἐμοὶ τοιαῦτ᾽ ἄττα ἐπέρχεται πρὸς σὲ λέγειν, οἷά περ ἐκεῖνος πρὸς τὸν ἀδελφὸν, ὅτι ἀμελεῖς, ὦ Σώκρατες, ὧν δεῖ σε ἐπιμελεῖσθαι, καὶ φύσιν ψυχῆς ὧδε γενναίαν μειρακιώδει τινὶ διαπρέπεις μορφώματι, καὶ οὔτ᾽ ἂν δίκης βουλαῖσι προθεῖο ἂν ὀρθῶς λόγον, οὔτ᾽ εἰκὸς καὶ πιθανὸν ἂν λάβοις, οὔθ᾽ ὑπὲρ ἄλλων νεανικὸν βούλευμα βουλεύσαιο.* Ad hunc locum Olympiodorus MS. apud Valcken. p. 74. *ὁρᾷς πῶς, Εὐριπίδου γυναικώδει εἰρηκότος, αὐτὸς μειρακιώδει εἶπε.* Philostr. autem vit. Apollon. IV, 21. p. 160. *οἵ (ἔφηβοι) - - νῦν ἴσως ὀμοῦνται - - κόρυν μὲν οὐδεμίαν φέρειν, γυναικομίμῳ δὲ μορφώματι κατὰ τὸν Εὐριπίδην.* Hinc Grotius feliciter versum hunc eruit:

γυναικομίμῳ διαπρέπεις μορφώματι

vel *διατρέπεις*, ut ipse edidit in Excerpt. p. 373. *διαστρέφεις* legendum videbatur Valcken. et Heindorf. Similis versus est Sophoclis in fragm. inc. Brunck. XLVIII. p. 681. *γυναικομίμοις ἐμπρέπεις ἐσθήμασιν.* Superiora ita ad numeros redigere sibi visus est Valcken.

Ἀμφίον, ἀμελεῖς, ὧν ἐπιμελεῖσθαί σε δεῖ,
αἰσχρῶς τε ψυχῆς ὧδε γενναία φύσις
γυν.

τε ante *ψυχῆς* necessario produci non considerans. Grotius haec dederat: *ψυχῆς ὧδε γενναίαν φύσιν γυναικομίμῳ διατρέπεις μορφώματι; Animi sicne generosam indolem In morem et habitum feminarum emasculas?* Ad seqq. annotavit Olympiod. *ὁ Εὐριπίδης εἶπεν· καὶ οὐκ ἂν ἀσπίδος κύτει προσομιλήσῃς. οὗτος δὲ φησὶ, δίκαις σχολάζει, ὦ Σώκρατες.* Hinc Grotius hos versus procudit p. 373. *οὔτ᾽ ἐν ἀσπίδος Κύτει ὁμιλήσας ἂν ὀρθώσῃς* (Gat. - *σαις*) *στρατόν· Οὐ τεῖχος ἂν λάβοις σὺ,* (*δή, οὔτ᾽* Gat.) *οὔτ᾽ ἄλλων ὕπερ Νεανικὸν βούλευμα βουλεύσαιό τι. Non tu forte scutum habili manu Tractans labantem rem iuves exercitus; Non alta capias moenia, aut pro innoxii Salute calida capere consilia audeas.* Cf. et Gatak. adv. misc. p. 510. Valck. hos versus effinxit

οὔτ᾽ ἐν δίκης βουλαῖσιν ὀρθῶς ἂν λόγον
προθεῖο πιθανὸν, οὔτ᾽ ἂν ἀσπίδος ποτὲ
κυτει γ᾽ ὁμιλήσειας, οὔτ᾽ ἄλλων ὕπερ
νεανικὸν βούλευμα βουλεύσαιό τι.

e quibus priora *οὔτ᾽ ἐν δ. β. ὀρθὸν ἂν ποτε λόγον προθεῖ᾽ ἢ πιθανόν,* iam add. Gatak. qui versus nihil impe-

dit, quominus, si non Euripidei esse, ad Euripideos tamen proxime accedere videantur. Ipse haec Zetho tributa v. 42 sqq. posuit, quum superiora illa v. 1—3. fuissent. Mihi Euripidis mori magis convenire videtur, haec ab Amphione et Zetho continua oratione explicari. — Sed antequam ea quae apud Platonem sequuntur, persequar, comparandus videtur simillimus locus Euripidis

XXIII. (XXIX.) ap. Stob. tit. 30. p. 209. Gesn. ib. p. 133. Grot.

Ἀνὴρ γὰρ ὅστις, εὖ βίον κεκτημένος,
τὰ μὲν κατ᾽ οἴκους ἀμελίᾳ παρεὶς ἐᾷ,
μολπαῖσι δ᾽ ἡσθεὶς τοῦτ᾽ ἀεὶ θηρεύεται,
ἀργὸς μὲν οἴκοις καὶ πόλει γενήσεται,
φίλοισι δ᾽ οὐδείς· ἡ φύσις γὰρ οἴχεται,
ὅταν γλυκείας ἡδονῆς ἥσσων τις ᾖ.

Quicunque magna copia florens opum Domus regendae deserit custodiam Soloque cantu gaudet et fidium sono, Non civitati, non domo prodest suae, non ille amicis; ipsa natura excidit, Ubi quis subactus dat voluptati manus. Ex Antiopa locum sumptum esse, propter argumenti similitudinem sagaciter suspicatus est Gataker. Adv. misc. p. 510. C. idemque obversatus esse videtur Plat. Gorg. p. 484. D. *καὶ γὰρ τῶν νόμων ἄπειροι γίγνονται τῶν κατὰ τὴν πόλιν (ἀργὸς πόλει) καὶ τῶν λόγων, οἷς δεῖ χρώμενον ὁμιλεῖν ἐν τοῖς συμβολαίοις τοῖς ἀνθρώποις καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ (ἀργὸς οἴκοις).* Similiter Eurip. Heracl. 4. *πόλει τ᾽ ἄχρηστος καὶ ξυναλλάσσειν βαρύς* i. e. *ἐν τοῖς ἰδίοις ξυμβολαίοις.* V. 2. *ἀμελίᾳ* est a Grotio pro *ἀμελείᾳ*, *παρεὶς ἐᾷ* a Valcken. p. 71. pro *παρειάσει.* Quatuor ultimi versus sunt etiam apud Sextum Empir. adv. Mathem. VI. §. 35. p. 363. sed ita ut versus quintus sic scriptus sit: *φίλοισί τ᾽ οὐθείς, ἀλλ᾽ ἄφαντος οἴχεται*, hemistichio huc fortasse relato ex Orest. 1552. Ex his *οὐθείς* cur praetulerit Valcken. non assequor; nunc satis constat, *οὐθείς* seriorum esse. Quid interesset inter *οὐδείς ἐστι* et *οὐδέν ἐστι*, docuit Elmsl. ad Eurip. Heracl. 168. Cf. Gramm. gr. §. 437. not. 1. p. 817. V. 4. pro *οἴκοις* Elmslei. ad Heracl. 4. coniicit *ἀστοῖς*, quod pugnat cum eo, quod paulo ante monuerat, solere plerumque tragicos in huiusmodi sententiis publica et privata officia distinguere. Sic infra fr. XXX. *πόλεις* et *οἶκος* inter se opponuntur. Barnes. hoc fr. alteri XXV. continuavit.

XXIV. (XXXVI.) Pergit. Plat. p. 486. B. *καίτοι πῶς σοφὸν τοῦτ᾽ ἐστιν, ὦ Σώκρατες, εἴ τις εὐφυᾶ λαβοῦσα τέχνη φῶτα ἔθηκε χείρονα, μήτε αὐτὸν αὑτῷ δυνάμενον βοηθεῖν μήδ᾽ ἐκσῶσαι κ. τ. λ.* Inde hos senarios eruit Grotius in Excerptis p. 373. (vid. Valck. p. 83.)

Καὶ πῶς σοφὸν τοῦτ᾽ ἔστιν, εἴ τις εὐφυῆ
λαβοῦσα τέχνη φῶτ᾽ ἔθηκε χείρονα;

Sapientiae quid in arte, quae recta accipit Ingenia, sed peiora discendo facit? In eorum priore Valcken. cum Luzacio scripsit *εἴ τιν᾽ εὐφ.* Possis etiam: *καίτοι σοφὸν πῶς ἐστιν.* Tum hunc etiam ibidem latere vidit Valcken.

μήτ᾽ αὐτὸν αὑτῷ δυνάμενόν γ᾽ ἐπαρκέσαι.

Malim *δυνάμενον προσαρκέσαι.*

XXV. (XXXIII.) Plat. ibid. C. *ἀλλ᾽ ὠγαθὲ, ἐμοὶ πείθου, παῦσαι δ᾽ ἐλέγχων, πραγμάτων δ᾽ εὐμουσίαν ἄσκει, καὶ ἄσκει ὁπόθεν δόξεις φρονεῖν, ἄλλοις τὰ κομψὰ ταῦτ᾽ ἀφεὶς εἴτε ληρήματα χρὴ φάναι εἶναι εἴτε φλυαρίας,*

ἐξ ὧν κενοῖσιν ἐγκατοικήσεις δόμοις.

His interserit Stob. tit. 54. p. 369. Gesn. 56. p. 217. Grot. et Gaisf.

τοιαῦτ᾽ ἄειδε, καὶ δόξεις φρονεῖν
σκάπτων, ἀρῶν γῆν, ποιμνίων ἐπιστατῶν,
ἄλλοις τὰ κομψὰ ταῦτ᾽ ἀφεὶς σοφίσματα.

Olympiod. ad l. *ἐκεῖνος εἶπε τῷ Ἀμφίονι, ὅτι πολέμων δὲ εὐμουσίαν ἄσκει, οὗτος δέ φησι πραγμάτων.* Hinc hos versus sic concinnavit Grotius Exc. p. 373. *Ἀλλ᾽ ἐμοὶ πιθοῦ, Παῦσαι δ᾽ ἀοιδῶν, Ἄρεος δ᾽ εὐμουσίαν Ἄσκει.* Tum novo fr. inchoato: *Τοιαῦτ᾽ ἄειδε, καί ποτ᾽ ἂν δόξεις φρονεῖν* et quae mox secundum Valck. dabo. *Audi me igitur: hoc cantus leves Omitte, teque ad Martis exerce sonum.* Totum autem locum sic constituerunt Gataker. adv. misc. p. 510. F. et Valcken. p. 84 sq.

— — — — — ἀλλ' ἐμοὶ πιθοῦ·
παῦσαι δ' ἀοιδῶν, πολεμίων δ' εὐμουσίαν
ἄσκει. τοιαῦτ' ἄειδε, καὶ δόξεις φρονεῖν
σκάπτων, ἀρῶν γῆν, ποιμνίοις ἐπιστατῶν,
ἄλλοις τὰ κομψὰ ταῦτ' ἀφεὶς σοφίσματα,
ἐξ ὧν κ. τ. λ.

Ut iudiceris sapere, quae dico cane: Fodias aresque, pecora fac pascas tua; Oblectet alios iste nugarum labor, Per quas inani tibi sit habitandum domo. ποιμνίοις Valck. scripsit ad vitandum ὁμοιοτέλευτον. Pro πολεμίων Gatak. πραγμάτων.

XXVI. (XXVI.) His praefigere cupiebat Valck. ea, quae ab Olympiod. et in scholiis ad h. l. p. 115. afferuntur: ὁ Ζῆθος φησὶ τῷ Ἀμφίονι, μουσικῷ ὄντι· Ῥίψον τὴν λύραν, κέχρησο δὲ ὅπλοις (Olymp. καὶ κέχρησο ὅ.) quae ita conformare tentabat p. 86.

Ῥίψον λύραν, Ἀμφίον, ἀλλ' ἐμοὶ πιθοῦ,
κέχρησ' ὅπλοισι, πολεμίων δ' εὐμουσίαν
ἄσκει - -

in quibus non video, quam accomodatum sit ἀλλά, ubi nihil opponitur. Quidni:

Πιθοῦ· κέχρησ' ὅπλοισι καὶ ῥίψον λύραν,
παῦσαι δ' ἀ.

Boiss. edidit ῥίψον σὺ τὴν λύραν· κέχρησο τοῖς ὅπλοις.

XXVII. Dio Chrysost. or. 73. p. 635. C. ὡς ἐκεῖνος (Zethus) ἐνουθέτει τὸν ἀδελφὸν, οὐκ ἀξιῶν φιλοσοφεῖν αὐτὸν οὐδὲ περὶ μουσικὴν διατρίβειν, ἐάσαντα τὴν τῶν ἰδίων ἐπιμέλειαν· ἔφη δὲ αὐτὸν ἄτοπόν τινα καὶ ἀσύμφορον μοῦσαν εἰσάγειν. ὥσπερ ἂν τυχὸν εἴποι τις, καὶ σὲ τοιαύτην προειρῆσθαι πρᾶξιν, οὐκ ἀργὸν, οὐδὲ φίλοινον οὐδαμῶς, χρημάτων μέντοι τῶν αὐτοῦ ἀτημελῆ ἴσως. καὶ νὴ Δία λέγοι ἂν καὶ τόδε τὸ ἔπος·

Ἐξ ὧν κενοῖσιν ἐγκατοικήσεις δόμοις.

Sextus Empir. adv. Math. VI, 27. p. 362. λέγομεν τοὐναντίον αὐτὴν ἀσύμφορον εἶναι καὶ ἀργὴν, φίλοινον, χρημάτων ἀτημελῆ. Inde Porson. ad Eurip. Med. 139. VII. hos versus formavit:

Μοῦσάν τιν' ἄτοπον εἰσάγεις, ἀσύμφορον,
ἀργὸν, φίλοινον, χρημάτων ἀτημελῆ.

Prioris locum fortasse tenebat versus citatus a Porsono ex Athenaeo XIV. p. 616. C. Plutarch. Symp. II, 1, 13. p. 634. F.

Κακῶν κατάρχεις τήνδε Μοῦσαν εἰσάγων

apud illos irrisionis causa ita deflexus τήνδ' ἐμοῦσαν εἰσάγων.

XXVIII. Stob. append. e Cod. Flor. apud Gaisford. T. IV. p. 382.

Ὃς δ' εὐγλωσσίᾳ
νικᾷ, σοφὸς μὲν, ἀλλὰ γὰρ τὰ πράγματα
κρεῖσσον νομίζω τῶν λόγων ἀεί ποτε.

Leg. κρείσσω. nec ἀλλὰ γάρ verum videtur.

XXIX. (XXVIII.) Stob. tit. 80. p. 472. Gesn. 82. p. 345. Grot. et Gaisf.

Ἐκ παντὸς ἄν τις πράγματος δισσῶν λόγων
ἀγῶνα θεῖτ' ἄν, εἰ λέγειν εἴη σοφός.

Fandi peritus si qua se causa offerat, Pro parte utravis facile dissertaverit. Valcken. haec inter orationem Amphionis et Zethi posita Choro tribuit. Solet quidem Euripides, ubi duo de re aliqua in utramque partem disputarunt, iudicium chori interponere, sed ita tantum, ut ad ea, quae proxime dicta sunt, respiciat, non, his contraria opponi posse dicat et respondentem alterum quasi eliciat. Vid. v. c. Hec. 1159. Or. 531. Phoen. 497. Med. 517. Hippol. 978. Itaque, si Chori haec ῥῆσις est, aptius post utramque orationem ponetur. Sed possunt etiam Amphionis verba esse, fere ut Eteocles fratri responsurus orationem inchoat Phoen. 499. V. 1. δισσοῖν λόγοιν e Scaligeri coniectura dederunt Grot. et Valck. p. 82.

XXX. (V.) Stob. tit. 3. p. 36. Gesn. ib. p. 17. Grot.

Τὸ δ' ἀσθενές μου καὶ τὸ θῆλυ σώματος
κακῶς ἐμέμφθης· καὶ γὰρ εἰ φρονεῖν ἔχω,
κρεῖσσον τόδ' ἐστὶ καρτεροῦ βραχίονος.

Tu corpus in me molle et infirmum secus Non iure culpas; si mihi sapientia Concessa, plus hoc quam lacertorum tori. Vid. Valcken. p. 78. qui haec Amphionis esse

ad ea quae frater dixerat fr. XXI. respondentis, recte vidit, et *infirmum secus* Grotii improbat.

XXXI. (XII.) Stob. tit. 52. p. 359. Gesn. 54. p. 205. Grot. et Gaisf.

Γνώμῃ γὰρ ἀνδρὸς εὖ μὲν οἰκοῦνται πόλεις,
εὖ δ' οἶκος, εἴς τ' αὖ πόλεμον ἰσχύει μέγα,
σοφὸν γὰρ ἓν βούλευμα τὰς πολλὰς χέρας
νικᾷ· σὺν ὄχλῳ δ' ἀμαθία μεῖζον κακόν.

Sapiente cura civitas feliciter Domusque regitur; eadem et ad bellum valet. Sententia una vincit innumeras manus; Multi imperiti plena res discriminis. Vid. Valck. p. 78 sq. V. 1. Boissonad. *γνώμαις γάρ.* V. 3. *ἓν βούλευμα* pro *εὐβούλευμα* e Paris. A. se recepisse dicit Grotius, in quo est, teste Gaisf. *εὐβούλευμα* supra scr. *γρ. ἕν.* B. autem *ἓν βούλ.* et sic laudant Sext. Empir. adv. Math. I, 279. p. 277. Galen. Protrept. T. I. p. 35. ed. Kühn. Plutarch. T. II. p. 790. A. Eustath. ad Il. *β.* p. 182, 42. = 240, 42. Schol. Ven. Il. *β'*, 372. et vetus inscriptio commemorata Villoison. anecd. gr. T. II. p. 144. V. ult. pro *πλέον* Sext. Empir. l. c. et Schol. Ven. habent *πλεῖστον*, quod recte probat Valcken. Galen. l. c. *σὺν ὅπλοις δ' ἀμαθία χεῖρον ἢ κακόν*, Boisson. dedit *σὺν ὅπλῳ δ' ἀμ.* Ultima interpretor: *Vulgo seu imperitae multitudini adest inscitia, maximum malum.*

XXXII. (VIII.) Stob. tit. 16. p. 153. Gesn. ib. p. 91. Grot.

Εἰ δ' εὐτυχῶν τις καὶ βίον κεκτημένος
μηδὲν δόμοισι τῶν καλῶν πειράσεται,
ἐγὼ μὲν οὔποτ' αὐτὸν ὄλβιον καλῶ,
φύλακα δὲ μᾶλλον χρημάτων εὐδαίμονα.

Quicunque largis opibus et gaza affluens Monumenta sortis nulla molitur suae, Non hic beatus iure nuncupabitur, Custos sed auri fortuito munere. V. 2. Codd. B. C. G. apud Schow. *μήδ' ἐν δόμ.* quod verum videtur. Boisson. edidit *μηδὲν δ' ὅμως τι.* ex Heathii coniectura, in quo quid *δέ* sibi velit, non assequor. V. 4. Vauvilliers. ad Soph. Phil. 1489. legi volebat *ἢ 'υδαίμονα.* Sed *εὐδαίμων*, ut *εὐτυχής*, est *felix e vulgi opinione*, cui opponitur *ὄλβιος vere felix* Med. 1218 sqq. Herod. I, 32, 12. Fortasse autem respicit A. ad ea quae Z. dixerat fr. XXIII.

XXXIII. (VII.) Stob. tit. 6. p. 79. Gesn. ibid. p. 43. Grot.

Καὶ μὴν ὅσοι μὲν σαρκὸς ἐς εὐεξίαν
ἀσκοῦσι βίοτον, ἢν σφαλῶσι χρημάτων,
κακοὶ πολῖται· δεῖ γὰρ ἄνδρ' εἰθισμένον
ἀκόλαστον ἦθος γαστρὸς ἐν ταὐτῷ μένειν.

Hi qui saginae manciparunt corpora, Periculosum civitatibus genus, Pecunia fugiente: ventri obnoxios Manendum iisdem rebus optandum foret. Vid. Valcken. p. 79. qui Grotii interpretationem ultimorum vss. recte vituperans eos sic vertendos esse monet: *adsuetus enim intemperantiae semper ventrem expleat necesse est.* Qui tamen *ἦθος γαστρὸς* diceret nondum inveni: nec *ἐθίζεσθαι* cum accusativo nominis substantivi iunctum me legere memini: diversum enim est illud Autolyc. fr. III. v. 8. *ἔθη οὐκ ἐθισθέντες καλά.* — *γαστρὸς ἐν ταὐτῷ* est a Valcken. pro *ἐν αὐτῷ*, confirmatum libris B. E. F. G. W. ap. Schow.

XXXIV. (VI.) Stob. tit. III. p. 38. Gesn. ibid. p. 23. Grot.

Ἐγὼ μὲν οὖν ᾄδοιμι καὶ λέγοιμί τι
σοφόν, ταράσσων μηδὲν ὧν πόλις νοσεῖ·

Cantare promtum, dicere est promtum mihi, Quod iuvet et urbis neutiquam incendat mala. Vid. Valck. p. 81. Ex Antiopa petitum fr. etiam Paris. A. testatur, de quo immerito dubitat Seidler. ad Eurip. El. 292.

XXXV. (XIII.) Stob. tit. 56. p. 374. Gesn. 58. p. 221. Grot. et Gaisf.

Ὅστις δὲ πράσσει πολλά, μὴ πράσσειν παρόν,
μωρός, παρὸν ζῆν ἡδέως ἀπράγμονα.

Vitam otiosam qui potest traducere, Negotium si quaerit, haud recte sapit. Vid. Valcken. p. 82.

XXXVI. (XI.) Stob. tit. 46. p. 325. Gesn. 48. p. 183. Grot. et Gaisf.

Ὁ δ' ἥσυχος φίλοισί τ' ἀσφαλὴς φίλος
πόλει τ' ἄριστος. Μὴ τὰ κινδυνεύματα
αἰνεῖτ'· ἐγὼ γὰρ οὔτε ναυτίλον φιλῶ
τολμῶντα λίαν, οὔτε προστάτην χθονός.

Amans quietis animus et amicis bonus Et civitati: qui volet, famam sibi Quaerat periclis; ego nec audaces nimis Nautas, nec urbis praesides laudaverim. At αἰνεῖτ᾽ esse αἰνεῖτε, monuit Erfurdt. in diario Ien. 1811. n. 17. ad Soph. Ai. 190. p. 518. Ad sententiam cf. Suppl. p. 508 sqq.

Ad hanc concertationem dubito an illud etiam referendum sit

XXXVII. (XXXVIII.) Philostr. Vit. Soph. II, 27, 4. p. 618. *μελέτης δὲ ὁ Ἱππόδρομος οὔτε ἐν ἀγρῷ διαιτώμενος ἠμέλει οὔτε ὁδοιπορῶν, οὔτε ἐν Θετταλίᾳ, ἀλλὰ καὶ κρεῖττον ὄλβου κτῆμα ἐκάλει αὐτὴν ἐκ τῶν Εὐριπίδου τε ὕμνων καὶ Ἀμφίονος.* Numeri enim videntur esse iambici. Valcken. p. 66. „Feceritne etiam Euripides, inquit, in Antiopa laetum Amphiona hymnum s. paeana canentem, non temere dixerim; et hoc tamen aliquis suspicaretur et ista Philostrati etc. Musgrav. dedit *ὦ κρεῖττον ὄλβου κτῆμα. κρεῖσσον* dixisset Euripides. Seidler. citat Eustath. p. 1192, 48. ed. Rom.

Sequentia quo pertineant, non dixerim, quamquam nonnullis sedes satis commoda assignari potest, non tamen ita, ut non alio quoque commode referas.

XXXVIII. (IV.) Stob. tit. 1. p. 1. Gesn. p. 5. Grot.

Τρεῖς εἰσὶν ἀρεταί, τὰς ἐχρῆν σ᾽ ἀσκεῖν, τέκνον,
θεούς τε τιμᾶν, τούς τε φύσαντας γονεῖς,
νόμους τε κοινοὺς Ἑλλάδος. καὶ ταῦτα δρῶν
κάλλιστον ἕξεις στέφανον εὐκλείας ἀεί.

Tria iusta, fili, te peraequum est discere, Deos vereri, deinde genitores tuos, Tum sancta Graiis iura. Quod si feceris, Stat pulchra tibi corona rumoris boni. Videntur esse verba Antiopes ad Zethum: nam Amphioni hoc praecipi vix opus erat. V. 1. legebatur: *ἀρεταί, ἅς χρή σ᾽ ἀσκεῖν, ὦ τέκνον.* Paris. *τὰς χρή σ᾽ ἀσκεῖν τέκνον,* omisso ὦ, quod deest etiam in Trincav. Hinc Grotius edidit, — *ἀρεταί, τὰς δὲ χρή σ᾽ ἀσκεῖν, τέκνον,* Seidler. ad Eurip. El. 292. - - *ἀρεταί, ἅς ἐχρῆν σ᾽ ἀ. τ. ἐχρῆν* si verum est, significat, eum, quem his verbis alloquitur, debuisse quidem hoc facere, sed non fecisse. Vid. ad

Hecub. 262 etc. Sed ne hoc quidem in Zethum convenit, qui matrem colere non potuit, priusquam agnoverat. Ceterum parodiam horum versuum esse in verbis Alexidis ap. Plutarch. II. p. 21. D. sibi persuasit Wyttenb. ad Plut. p. 218.

XXXIX. (IX.) Stob. tit. 30. p. 210. Gesn. ib. p. 135. Grot.

Πολλοὶ δὲ θνητῶν τοῦτο πάσχουσιν κακόν·
γνώμῃ φρονοῦντες οὐ θέλουσ᾽ ὑπηρετεῖν
ψυχῇ, τὰ πολλὰ πρὸς φίλων νικώμενοι.

Commune multis hoc malum mortalibus, Ut mente sapiant, obsequantur nec tamen Animo, cupitis gaudiis obnoxii. Videtur *φίλων* retulisse ad *τὰ φίλα*, ut fecit Luzac. Exercitat. acad. p. 32 sq. qui, *τὰ φίλα* sunt, inquit, *voluptates animo gratae, illecebrae, quae dulcedine sua mentem trahunt, gaudia praesertim Veneris;* qua vi unquamne quisquam usurpaverit *τὰ φίλα*, nescio, et, si hic usus, ne perspicuitatis quidem causa quemquam ita *ὑπὸ φίλων* dicturum fuisse opinor. Sed, quae recte senserint, saepe non facere, amicorum monitis a recta ratione abductos, imprimis homines in summo dignitatis fastigio collocatos, hodie quoque queruntur.

XL. (X.) Stob. tit. 36. p. 217. Gesn. ibid. p. 143. Grot.

Κόσμος δὲ σιγῆς στέφανος ἀνδρὸς οὐ κακοῦ·
τὸ δ᾽ ἐκλαλοῦν οὔθ᾽ ἡδονῆς μὲν ἅπτεται,
κακὸν δ᾽ ὁμίλημ᾽, ἀσθενὲς δὲ καὶ πόλει.

Silentium corona cordati viri est: Caret cupito gaudio loquacitas, Suspecta amicis, civitatibus gravis. V. 2. Elmsl. ad Eur. Heracl. 4. Add. citat *τὸ δ᾽ ἐκλαλοῦν τοὔθ᾽ ἡδ.* recte: nam *οὔτε — μέν* vix usquam vel legitur vel dici potest. Ita *τὸ ἐκλαλοῦν* erit pro *ἡ ἐκλάλησις*, ut *τὸ νοσοῦν* apud Soph. Phil. 675. pro *ἡ νόσος*, *τὸ ποθοῦν* Trach. 196. pro *τὸν πόθον*, *τὸ δρῶν* Oed. C. 1604. pro *ἡ δρᾶσις*. De sententia vid. Wyttenb. ad Plutarch. p. 328. Possunt esse verba pastoris excusantis se quod originem fratrum non prius indicasset.

XLI. (XXI.) Stob. tit. 96. p. 531. Gesn. 98. p. 407. Grot. et Gaisf.

Φεῦ φεῦ, βρότειαι πημάτων ὅσαι τύχαι,
ὅσαι τε μορφαί! τέρμα δ' οὐκ εἴποι τις ἄν.

Eheu malorum quot vices mortalibus Formaeque! nemo nuncuparit terminum. Inepte Wakefield. ad Alc. 807. em. ὅσαι πτύχαι. Clem. Alex. Strom. III. p. 435. C. citat βροτείων. Paris. B. βρότειοι.

XLII. (XXII.) Ibid.

Πόλλ' ἐστὶν ἀνθρώποισιν, ὦ ξένοι, κακά.

Permulta hominibus, hospites, veniunt mala.

XLIII. (XXIII.) Ibid. p. 409. Grot.

Ἔχει λόγον καὶ τοῦτο τῶν πολλῶν βροτῶν·
δεῖ τοὺς μὲν εἶναι δυστυχεῖς, τοὺς δ' εὐτυχεῖς.

Vera illa vulgi dictio: illum prospere Agere necesse est, rursus hunc improspere. Boisson. Heathii interpunctionem secutus est: ἔχει λόγον καὶ τοῦτο· τῶν πολλῶν βροτῶν Δεῖ τοὺς μὲν εἶν. κ. τ. λ. Sed tunc dici oportuit τῶν βροτῶν δεῖ τοὺς μέν - - - non τῶν πολλῶν βροτῶν. nam non *plurimorum* hominum alii infelices sunt, alii felices, sed *omnium* omnino hominum.

XLIV. (XXV.) Stob. tit. 103. p. 560. Gesn. 105. p. 433. Grot. et Gaisf.

Τοιόσδε θνητῶν τῶν ταλαιπώρων βίος·
οὐδ' εὐτυχεῖ τὸ πάμπαν οὔτε δυστυχεῖ,
εὐδαιμονεῖ τε καὖθις οὐκ εὐδαιμονεῖ.
Τί δῆτ' ἐν ὄλβῳ μὴ σαφεῖ βεβηκότες
οὐ ζῶμεν ὡς ἥδιστα, μὴ λυπούμενοι;

Plena est laborum vita data mortalibus: Non semper est infesta, non semper favens Fortuna; nunc res laeta, nunc improspera. Quando ergo nostra tam vaga est felicitas, Quin absque curis discimus vita frui? Τοιόσδε recte Gaisf. pro Τοῖος δέ. V. 2. leg. οὔτ' εὐτ. V. 4. Clem. Alex. Strom. VI. p. 623. ed. Sylb. citat Τί δή ποτ' ὄλβῳ. Valck. diatr. p. 80. posuit ante fr. XXXIII. quod cum ultimis huius fr. versibus apte cohaerere videbatur, et Amphioni tribuit. Mihi sub finem fabulae ab Antiope pronuntiati videntur versus summam eorum, quae facta erant, complectentes: nam Antiope ex infelici conditione in felicem, contra Dirce transierat. Possunt vero etiam Lyci esse: nam Hyginus *Lycum cum occidere vellent,* inquit *vetuit*

eos Mercurius, et simul iussit Lycum concedere regnum Amphioni.

XLV. (XXVII.) Stob. tit. 61. p. 386. Gesn. 63. p. 239. Grot. et Gaisf.

Κόρος δὲ πάντων· καὶ γὰρ ἐκ καλλιόνων
λέκτροις ἐν αἰσχροῖς εἶδον ἐκπεπληγμένους·
δαιτὸς δὲ πληρωθείς τις ἄσμενος πάλιν
φαύλῃ διαίτῃ προσβαλὼν ἥσθη στόμα.

Rerum satietas omnium est. Turpes toros vidi sequentem, pulchra cui coniux domi: Et plenus epulis aliquis e vili cibo, Novitate commendante, cepit gaudia. V. ult. citat etiam Athen. X. p. 421. F. ubi est ἥσθην. Vid. Valcken. p. 64. cui haec Antiopes verba esse videntur ad ea, quae Amphion dixerat fr. VI. respondentis. Mihi vero mirum videretur, ullam unquam mulierem tam sui dissimilem fuisse, ut deum vel hominem e potentioribus aliquem suos amplexus expetiisse, satietate aliarum mulierum, etiam pulchriorum, captum diceret. In ed. Barn. autem haec adscripsit: *ad Antiopen opinor; iunge Add. ex Clem.* i. e. fr. VI. Rectius illa pro verbis pastoris habeantur, Amphionis dubitationem hoc modo coërcentis; possunt vero eiusdem etiam Lyci esse.

XLVI. (XLI.) Photius p. 31. Herm. p. 34. Porson. *Εὔκρας, εὔκρατος, Εὐριπίδης*

Βροτοῖσιν εὔκρας οὐ γένοιτ' ἂν ἡδέως.

ἐν Ἀντιόπῃ. Sic locum restituit Bentlei. in epist. ad Mill. p. 466. ed. Lips. Schol. Plat. p. 211. ed. Ruhnk. *Εὐκρὰς, εὔκρατος, ἢ εὐκέφαλος, ὡς Εὐριπίδης Ἀντιόπῃ. Εὐκραὴς* legebatur etiam, ut apud Suid. s. v. ita apud Plat. Critia p. 112. D. Vid. ad Hesych. v. εὔκραξ. Fortasse hic etiam versus cum fr. XLIV. coniunctus erat.

XLVII. Hesych. *Εὐθυδήμονα, ἁπλοῦν δημότην. Εὐριπίδης Ἀντιόπῃ.*

XLVIII. Lex. Sangerman. in Bekk. anecd. p. 109, 17. et Photius: *νόσον ἔχειν ἀντὶ τοῦ φαῦλον ἔθος ἔχειν. Εὐριπίδης Ἀντιόπῃ.* Cf. Bast. ad Gregor. Cor. p. 296. not. * *

EX ARCHELAO.

Fabulam exposuit Hygin. f. 219. *Archelaus Temeni filius exsul a fratribus eiectus in Macedoniam ad regem Cisseum venit. Qui quum a finitimis oppugnaretur, Archelao regnum et filiam in coniugium dare pollicetur, si se ab hoste tutatus esset. Archelaus, quia ab Hercule esset oriundus — nam Temenus Herculis filius fuit — hostes uno proelio fugavit, et ab rege pollicita petit. Ille ab amicis dissuasus, fidem fraudavit eumque per dolum interficere voluit. Itaque foveam iussit fieri et multos carbones eo ingeri et incendi et super virgulta tenuia poni. Quo quum Archelaus venisset, ut decideret, hoc regis servus Archelao patefecit. Qui re cognita dicit, se cum rege colloqui velle secreto, arbitris semotis. Archelaus regem arreptum in foveam coniecit atque ita eum perdidit; inde profugit ex responso Apollinis, capra duce, oppidumque ex nomine caprae Aegas constituit. Ab hoc Alexander magnus oriundus esse dicitur.*

I. Arist. Ran. 1237.

Αἴγυπτος, ὡς ὁ πλεῖστος ἔσπαρται λόγος,
σὺν παισὶ πεντήκοντα ναυτίλῳ πλάτῃ
Ἄργος κατασχών.

ubi Schol. *Ἀρχελάου αὕτη ἐστὶν ἡ ἀρχή.* Quae in eo scholio sequuntur, non intelligo.

II. Anonym. de Nili increm. p. 788. post Herodot. Wessel. Cf. Athenaeum Schweigh. T. I. p. 279 sq. Strabo V. p. 339. A. VIII. p. 570. C.

Δαναὸς, ὁ πεντήκοντα θυγατέρων πατὴρ,
Νείλου λιπὼν κάλλιστον ἐκ γαίας ὕδωρ,
ὃς ἐκ μελαμβρότοιο πληροῦται ῥοὰς
Αἰθιοπίδος γῆς, ἡνίκ᾽ ἂν τακῇ χιών,
τεθριππ᾽ ὀχοῦντος ἡλίου κατὰ χθόνα,
ἐλθὼν εἰς Ἄργος ᾤκισ᾽ Ἰνάχου πόλιν,

Πελασγιώτας δ᾽ ὠνομασμένους τὸ πρὶν
Δαναοὺς καλεῖσθαι νόμον ἔθηκ᾽ ἀν᾽ Ἑλλάδα.

Quinque ille decies virginum Danaus pater, Nili relinquens optimam in terris aquam, Qui discolore de solo Aethiopum sua Auget fluenta, quum liquefecit nives Titan quadrigis aethera incendens citis, Ut venit Argos, condit Inachias domos; Et queis Pelasgum nomen hucusque haeserat, Danaos vocari Graeciae morem facit. Grot. Exc. p. 374. Ex Anonym. sunt v. 1—5. e Strabone 6. 7. 8. Primus versus bis est apud Plutarch. T. II. p. 497. B. et p. 837. E. ubi inter *τρεῖς ἀρχὰς δραμάτων* Eurip. affertur. V. 2. 3. 4. citat Diod. Sic. I, 38. V. 2. pro *ἐκ γαίας* Valcken. diatr. p. 30. ex em. Luzacii scribit *ἐν γύαις*. Hoc pro *ἐν γῇ*, *pulcherrimam in terris aquam*, dicine possit, dubito. Mihi *ἐκ γαίας* cum *λιπών* coniungendum, et hoc dictum esse videtur ut *ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν εἰς τὰ ἄκρα τῆς Εὐβοίας* pro *ἐκλιπόντας τὴν πόλιν ἀπιέναι εἰς* - - Sic h. l. *λιπὼν Νείλου ὕδωρ καὶ ἀπελθὼν ἐκ γαίας*. Tiberius rh. de figur. p. 70. habet *εὐκταίης ὕδωρ* quod ad veram lectionem ducere posse videtur Boissonadio: „nam *ἐκ γαίης* (sic) prorsus friget: vide Burgesii tentamen ad Suppl. p. 59.“ — V. 3. Valcken. ibid. *ῥοαῖς*, cuius mutationis causam non video. Pro *ῥοάς* Diod. Sic. Anon. habent *θέρει*. — V. 4. citat Stephan. Byz. v. *Αἰθίοψ*. qui habet *ἡνίκα τακῇ χ.* V. 5. *τεθρίππου ὄντος* Anonym. edit. *τεθριππεύοντος* in MS. Cod. epit. Athen. quod, etsi metro repugnans, tuetur tamen Schweigh. Anim. T. I. p. 481. et ipse Porson. adv. p. 274=242. *τέθριππ᾽ ὀχοῦντος* Grotius in Exc. p. 375. quod recepit Barnes. et probat Valck. l. c. *τέθριππ᾽ ἐλῶντος* Iacobs. ut narrat Boissonad. qui recepit. *δι᾽ αἰθέρα* est e coni. H. Stephani. Codex teste Schweigh. *κατὰ χθόνα* — Eustath. ad Il. *β′* p. 319 sq. non ad hunc locum, sed ad Orest. 921. respexit.

III. (XXXIII.) Dionys. Hal. de compos. verb. 25. p. 394. ed. Schaef. *Τὸ δὲ ἐπὶ τούτῳ λαμβανόμενον κῶλον ἐξ ἀναπαίστων σύγκειται ῥυθμῶν, καὶ προάγει μέχρι ποδῶν ὀκτώ, τὸ αὐτὸ σχῆμα διασῶζον - - ὅμοιον τῷ παρ᾽ Εὐριπίδῃ·*

Ὦ βασιλεῦ χώρας τῆς πολυβώλου, Κισσεῦ,
πεδίον πυρὶ μαρμαίρει.

Non dubitavi hoc fragmentum cum Musgravio ad Archelaum referre propter mentionem Cissei. πολυβώλου dedit Schaef. e Cod. Colbertino, quum legeretur πολυβότου vel πολυβόλου. Valck. diatr. p. 248. coni. πολυόλβου. et locum in duos anapaesticos dimetros digessit:

Βασιλεῦ χώρας τῆς πολυόλβου,
Κισσεῦ, πεδίον πυρὶ μαρμαίρει.

Fortasse ad eamdem scenam referendus est locus

IV. (XXIV.) Stob. tit. 94. p. 517. Gesn. 96. p. 385. Grot. et Gaisf.

Οὐ γὰρ ὑπερθεῖν κύματος ἄκραν
δυνάμεσθ'· ἔτι γὰρ θάλλει πενία,
κακὸν ἔχθιστον, φεύγει δ' ὄλβος.

Nondum nobis vada vasta datur Superare; manet fera paupertas, Immite malum; sors laeta fugit.

V. (XVIII. XIX.) Stob. tit. 86. p. 497. Gesn. 88. p. 359. Grot. et Gaisf.

Ἡμῶν τί δῆτα τυγχάνεις χρείαν ἔχων;
πατέρων γὰρ ἐσθλῶν ἐλπίδας δίδως γεγώς.
— — πένης γὰρ οὐκ ἐκεῖν' ἀπώλεσεν,
τὸ τοῦ πατρὸς γενναῖον — —

Effare nostri si quid auxilii indiges: Nam signa praebes genere prognati bono. Nec illi spiritus celsos patris Rapuit calamitas. Haec omnia ab initio tit. continua legi in libello Plut. pro nobilitate a Wolfio ed. p. 243. (T. V. p. 965. ed. Wytt.) usque ad ἀξίοις adscripsit Valcken. ad marg. Stob. Grot. Apud Gesn. et Gaisf. hi versus continui leguntur; in duo fragm. distinxit Grotius, recte, ut opinor, siquidem sequitur ἀπώλεσεν, non ἀπώλεσας. Videntur esse verba Cissei ad Archelaum.

VI. (XX.) Stob. ibid. p. 498. Gesn.

Ἐν τοῖς τέκνοις γὰρ ἡ ἀρετὴ τῶν εὐγενῶν
ἔν ἔλαβε, κρείσσων τ' ἐστὶ πλουσίου γάμου.

Virtus parentum sequitur heredes suos: Plus dote magna nobilis coniunx valet. V. 1. scr. ὑρετή. V. 2. ἐνέλαβε Grot. edidit, sed in notis p. 547. ἐνέβαλε. „Sic emendavimus pro ἔν ἔλαβε.“ Eleganter Valcken. diatr. p. 162. ἐνέλαμψε. Pro κρείσσων Par. A. B. κρεῖσσον.

VII. (V.) Stob. tit. 8. p. 97. Gesn. ib. p. 53. Grot.

Ὁ δ' ἡδὺς αἰὼν ἡ κακή τ' ἀνανδρία
οὔτ' οἶκον οὔτε πόλιν ἀνορθώσειεν ἄν.

At vita mollis et pavens ignavia Non civitatem, non domum recte regunt. Sec. v. legebatur πόλιν ὀρθώσειεν ἄν. Ad sarciendum metrum Grotius ed. ἄν ὀρθώσειεν εὖ. qui idem in MS. teste Gaisf. annotavit f. πόλεμον pro πόλιν. βίοτον pro πόλιν coniecerat Io. Pierson. ut notavit Valck. in margine ed. Barnes. Cf. Luzac exercit. acad. p. 16. Valcken. in annot. MS. ἀνορθώσειεν suasisse testatur Gaisf. in quod inciderunt etiam Porson. advers. p. 275. Blomfield. ad Aesch. Prom. 795. Erfurdt in schedis. Et hic locus et sequentes ex ea scena sumti esse videntur, in qua de belli gerendi cura Archelao committenda agebatur. Sed eosdem versus Stobaeus alio loco ex Erechtheo citat. Vid. fr. Erechth. IX.

VIII. (VII.) Stob. tit. 49. p. 354. Gesn. 51. p. 193. Grot. et Gaisf.

Νεανίαν γὰρ ἄνδρα χρὴ τολμᾶν ἀεί·
οὐδεὶς γὰρ ὢν ῥάθυμος εὐκλεὴς ἀνήρ,
ἀλλ' οἱ πόνοι τίκτουσι τὴν εὐδοξίαν.

Audere semper fortiter iuvenes decet: Nam gloriae exsors semper est ignavia; Celebritatem sanguis et sudor ferunt. Secundus et tertius versus sunt etiam apud Stob. tit. 29. p. 199. Gesn. ibid. p. 127. Grot. ubi Grotius sic vertit: *Nemo otiando peperit gloriam sibi: Generosus ardor pascitur laboribus.* Ibi pro εὐκλεής Paris. B. a m. sec. εὐγενής, quod supra scriptum est in A. et v. 3. εὐανδρίαν pro εὐδοξίαν etiam in edd. Videntur esse Archelai animum ad belli pericula suscipienda paratum ostendentis.

IX. (XII.) Stob. tit. 49. p. 355. Gesn. 51, p. 195. Grot. et Gaisf.

Ἐμὲ δ' ἄρ' οὐ
μοχθεῖν δίκαιον; τίς δ' ἀμόχθητος εὐκλεής;
τίς τῶν μεγίστων δειλὸς ὢν ὠρέξατο;

Me laborem sumere An est iniquum? quem pigrum fama accipit? Quis concupivit magna inerti pectore? Metri causa Grot. et Gaisf. τίς δ' ἄμοχθος εὐκλ.

X. (XXX.) Stob. tit. 29. p. 199. Gesn. ibid. p. 127. Grot.

Οὐκ ἔστιν, ὅστις ἡδέως ζητῶν βιοῦν
εὔκλειαν εἰσεκτήσατ', ἀλλὰ χρὴ πονεῖν.

Nemo otiosam molliter vitam trahens Famam paravit, quae datur sudoribus.

XI. Ibid. p. 198. Gesn. p. 125. Grot. hoc etiam in ed. Gesn. et cod. Paris. B. ad Archelaum refertur: quod incerto auctori tribuit Grot. — nam locus deest in Paris. A. — et omisit Musgr.

Σοὶ δ' εἶπον, ὦ παῖ, τὰς τύχας ἐκ τῶν πόνων
θηρᾶν· ὁρᾷς γὰρ σὸν πατέρα τιμώμενον.

Hoc es monendus, nate, fortunam labor Venatur; hinc est, quod coli patrem vides. Qui versus si ex Archelao decerpti sunt, ad orationem Cissei Archelaum ad suscipiendum bellum exemplo patris Temeni cohortantis pertinere videntur.

XII. Stob. tit. 29. p. 200. Gesn. p. 129. Grot.

Σὺν μυρίοισι τὰ καλὰ γίγνεται πόνοις.

Labores inter multa pulchra se exserunt. Ad Archelaum refertur in Voss. et Paris. apud Brunck. ad Aristoph. Eccl. 70. quo confirmatur etiam coniectura Heathii corrigentis *μυρίοισι* pro *μυρίοις*. Sed sic iam Trincav. habere notavit Porson. apud Dobraeum ad Eccl. 70.

XIII. (X.) Stob. tit. 52. p. 360. Gesn. 54. p. 205. Grot. et Gaisf.

- - - - - ὀλίγον ἄλκιμον δόρυ
κρεῖσσον στρατηγοῦ μυρίου στρατεύματος.

Modica sed fortis manus Multo imperanti melior immenso agmine. Nam Grotius dedit *στρατηγῷ*. Sed deest aliquid ad sententiam explendam: nam non omni immenso agmine melior est parva sed fortis manus, sed immenso exercitu *imbelli*. quod dici poterat *κρεῖσσον κακάνδρου μυρίου στρατεύματος*.

XIV. (XIII.) Stob. tit. 49. p. 355. Gesn. 51. p. 195. Grot. et Gaisf.

Ὀλίγοι γὰρ ἐσθλοὶ κρείσσονες πολλῶν κακῶν.

Imbelle vulgus anteeunt pauci et boni.

XV. (XI.) Stob. tit. 52. p. 360. Gesn. 54. p. 205. Grot. et Gaisf. et tit. 86. p. 497. Gesn. 88. p. 359. Grot. et Gaisf.

Ἔχει δὲ καὶ τοῦτ' οὐχὶ μικρὸν, εὐγενὴς
ἀνὴρ στρατηγῶν εὐκλεᾶ τ' ἔχων φάτιν.

Pars magna belli est inclitis maioribus Satus imperator, fama quem celebrat bona. Minus recte priore loco vertit Grot. Pro *ἔχει - - οὐχί* tit. 88. *φέρει - - οὐ*.

XVI. (III.) Schol. Eurip. Phoen. 1159.

Ἐγὼ δὲ τὸν σὸν κρᾶτ' ἀναστέψαι θέλω.

haud dubie propter victoriam de hostibus reportatam.

XVII. (XXI.) Stob. tit. 89. p. 502. Gesn. 91. p. 369. Grot. et Gaisf.

Τί δ' οὐκ ἂν εἴη χρηστὸς ὄλβιος γεγώς;

Quis non bonum se praestet in re prospera? Grot. Dedit enim *τίς* pro *τί*. Verte: *ad quam enim rem bonus et idoneus non sit qui fortunatus ac dives est?*

XVIII. (XXII.) Stob. ibid.

Μὴ πλούσιον θῇς· ἐνδεέστερος γὰρ ὢν
ταπεινὸς ἔσται. κεῖνο δ' ἰσχύει μέγα,
πλοῦτος, λαβών τε τοῦτον εὐγενὴς ἀνήρ.

Reddas caveto divitem: morem gerit Melius egestas; spiritus faciunt opes, Quas qui est adeptus nobilem se existimat. Videntur esse verba unius ex amicis Cissei, qui huic dissuadebant secundum Hyginum, ne regnum Archelao et filiam uxorem daret. Contra versum fr. V. a Cisseo pronuntiatum suspicor, Archelao opes tribuendas esse hac ratione defendente.

XIX. (XXV.) Stob. ibid.

Οὐκ ἔστι πενίας ἱερὸν, αἰσχίστης θεοῦ.
Μισῶ γὰρ ὄντως, οἵτινες φρονοῦσι μὲν,
Φρονοῦσι δ' οὐδενός γε χρημάτων ὕπερ.

Inopia templum non habet, turpis dea; Nam valde ego illos sperno, qui sapiunt quidem, Sed sola sapiunt ad lucra, ulterius nihil. V. 3. *γε* e Paris. A. recepit Gaisf. ut in margine coni. Gesn. Grotius edidit *οὐδενὸς ἢ γε χρ.* anapaesto in tertiam sedem illato atque inter duo vocabulo diviso. Herm. ad Eurip. Hec. 1192. coni. *φρονοῦσι δ' οὐδὲν πλήν γε χρημάτων ὕπερ*, in quo *φρονεῖν ὑπέρ τινος* pro *περί* mihi non e consuetu-

dine Graecorum dictum esse videtur. Verte: *qui superbi quidem sunt, sed nihil curant prae divitiis s. nihil quod divitiis praeferant.* ita ut in duplici vi v. φρονεῖν luserit poëta. Sed verum puto vidisse Musgravium, qui duo hic fragmenta coaluisse sibi videri dicit; primus enim versus cum secundo et tertio quomodo cohaereant, non assequor. Ita primus versus eidem tribui possit, cui fr. XVIII. assignavimus, Cisseum confirmanti et Archelaum, etsi de promisso violato iratum, nusquam auxilium petere posse ad ius suum persequendum, significanti; secundus autem et tertius ipsius esse Archelai, qui non tam opes sibi curae esse dicat, quam ut praemium virtuti suae debitum consequatur.

XX. (XIV.) Stob. tit. 50. p. 357. Gesn. 52. p. 201. Grot. et Gaisf.

Νεανίας τε καὶ πένης σοφός θ' ἅμα·
ταῦτ' εἰς ἓν ἐλθόντ' ἄξι' ἐνθυμήσεως.

Aetate iuvenis qui sit, in re paupere, Si sapiat animo, maximum miraculum est. imo haec tria consideratione digna sunt. Possunt esse verba Cissei Archelaum iuvenem, in quo hae virtutes inessent, magni faciendum et praemio condecorandum esse dicentis, vel post victoriam partam pronuntiata, vel tum, quum ille pugnam cum hostibus ineundam susceperat; possunt vero etiam esse eius, qui dissuadebat, ne iuvenem tantum extolleret Cisseus, qui verendum esset ne ipsum regem aliquando perderet.

XXI. (XV.) Stob. tit. 60. p. 387. Gesn. 62. p. 235. Grot. et Gaisf.

Κρεῖσσον γὰρ οὔτε δοῦλον οὔτ' ἐλεύθερον
τρέφειν ἐν οἴκοις ἀσφαλὲς τοῖς σώφροσι.

Non alere servum, sed nec ingenuum, domi, Homini modesto praestat et tutissimum est. Grot. qui v. 2. κ' ἀσφαλές edidit, quem tamen κ' in MS. delevisse narrat Gaisf. in meo exemplo delevit Valck. κρείσσονα em. Th. Canter. nov. lect. II, 5. quod recepit Musgrav. κρέσσονα coniecisse Grotium Gaisf. scribit. Haec vero aperte sunt verba amici dissuadentis.

XXII. (VI.) Stob. tit. 20. p. 171. Gesn. ibid. p. 103. Grot.

Ὀργῇ δὲ φαύλῃ πόλλ' ἔνεστ' ἀσχήμονα.
ἔξω γὰρ ὀργῆς πᾶς ἀνὴρ σοφώτερος.
πόλλ' ἔστιν ὀργῆς ἐξ ἀπαιδεύτου κακά.

Flagitia secum multa fert ira impotens. Plus quisque semper positus extra iram sapit. Ira imperita mater est magnis malis. In tria fragm. recte distinxit Grot. medium versum cum lemmate. *Idem Hypsipyle.* nam repetitus ex Hypsip. ib. p. 172. Gesn. apud Gaisf. n. 31. Videntur autem hi versus ad altercationem inter Cisseum et Archelaum ortam spectare.

XXIII. (Inc. XXIV.) Stob. tit. 20. p. 172. Gesn. p. 105. Grot.

Τῷ γὰρ βιαίῳ κἀγρίῳ τὸ μαλθακὸν
εἰς ταὐτὸν ἐλθὸν τοῦ λίαν παρείλετο.

Violentiae si iuncta mollities fere Accedat, aufert id quod excedit modum. Ex Archelao petitum indicarunt Codd. Schow. V. 2. εἰς ταὐτόν Codd. B. C. E. apud Schow. et sic Grot.

XXIV. (XXXI.) Plutarch. de aud. poet. II. p. 20. D.

A. Πόλλ', ὦ τέκνον, σφάλλουσιν ἀνθρώπους
θεοί.
B. Τὸ ῥᾷστον εἶπας, αἰτιάσασθαι θεούς.

Persaepe fili, dî solent nos fallere. Facile est, quod urges, nempe causari deos. Grot. Excerpt. p. 375. „Priorem versum citat ex Euripidis Archelao Iustin. Mart. de monarch. p. 108. C. alterum simpliciter Euripidis nomine memorat Plutarch. de Stoicorum repugn. p. 1049. E." Wyttenb. p. 211.

XXV. (XXXII.) Stob. ecl. phys. p. 125. Grot. p. 124. T. I. Heeren.

Τὰ γὰρ οὐκ ὀρθῶς πρασσόμεν' ὀρθῶς
τοῖς πράσσουσιν κακὸν ἦλθεν.

Male si quidquam facimus, poenae Merito facientibus adsunt. Recte hi versus e fabulae fine desumti esse videntur Musgravio. Eodem refero, sed ita ut priora fuerint,

XXVI. (XXVI.) Stob. tit. 103. p. 562. Gesn. 105. p. 437. Grot. et Gaisf.

Πάλαι σκοποῦμαι τὰς τύχας τὰς τῶν βροτῶν,
ὡς εὖ μεταλλάσσουσιν· ὃς γὰρ ἂν σφαλῇ,
εἰς ὀρθὸν ἔστη, χὡ πρὶν εὐτυχῶν πιτνεῖ.

Pridem ipse mecum specto res mortalium Quam sit caduca et fluxa; prostratus solo Surgit, beatus alter eversus cadit.

XXVII. (XXVII.) Stob. tit. 121. p. 613. Gesn. 123. p. 503. Grot. tit. 122. Gaisf.

Ἔστιν καὶ παρὰ δάκρυσι κείμενον
ἡδὺ βροτοῖς, ὅταν
ἄνδρα φίλον στενάχῃ τις ἐν οἴκτῳ.

Est et lachrymis iuncta voluptas Cum quis amici casus animo Miserante gemit.

Restant ea, quibus certum locum ne coniectando quidem assignare possum.

XXVIII. (IV.) Stob. tit. 7. p. 86. Gesn. ibid. p. 47.

Ἓν δέ σοι μόνον προφωνῶ, μὴ 'πὶ δουλείαν ποτε
ζῶν ἑκὼν ἔλθῃς, παρόν σοι κατθανεῖν ἐλευθέρως.

Una res est quam monebo, servitutem ne tibi Vivus accersas, perire dum licebit libero. δουλείας Grot. δειλίαν Paris. A. quod si verum est, locus ex ea scena sumtus videri poterit, ex qua sunt fr. VII—XII.

XXIX. (VIII.) Stob. tit. 34. p. 215. Gesn. ib. p. 141. Grot.

Ἁπλοῦς ὁ μῦθος, μὴ λέγ' εὖ· τὸ γὰρ λέγειν
εὖ δεινόν ἐστιν, εἰ φέροι τινα βλάβην.

Legebatur μὴ λέγε. Grot. μὴ λάλει. et vertit: *Breviter moneri vis? tace; grande est malum, Sua nocere sibimet eloquentia;* minus recte: malum eloquentiae in eo positum est, quod quis *aliis* nocet, non *sibi*. λέγ' εὖ coni. Valcken. diatr. p. 256 sq. ubi formulam illustrat. Cf. ad 290. Porson. adv. p. 274. μὴ λέγῃς. ignorans adhuc praeceptum, quod ipse dedit ad Hec. 1174. δεινόν ἐστιν legitur etiam in Trincav. et Gesn. ἐστι δεινόν male Barnes.

XXX. (IX.) Stob. tit. 45. p. 322. Gesn. 47. p. 181. Grot. et Gaisf.

Τυραννὶς εἶναι θεῶν βίος νομίζεται·
τὸ μὴ θανεῖν γὰρ οὐκ ἔχει, τὰ δ' ἄλλ' ἔχει.

Regnum tenenti desit ad vitam deûm Immunitate mortis excepta nihil. At Paris. A. τυραννίδα ἡ θεῶν β. Hinc Gaisf. ed. τυραννίδ', ἣ θεῶν δευτέρα νομίζεται, citans annotationem suam ad Hesiod. Theog. 126. ubi equidem nihil, quod ad h. l. pertineret, inveni. Commodam vero sententiam e lect. Gaisf. eruere non possum. Gaisford. secutus est Boisson. τὰ δ' ἄλλ' ἔχει est a Grot. pro τἄλλα δ' ἔχει.

XXXI. (XVI.) Stob. tit. 60. p. 383. Gesn. 62. p. 235. Grot. et Gaisf.

Ἔσωσα δούλην οὖσαν· οἱ γὰρ ἥσσονες
τοῖς κρείσσοσιν φιλοῦσι δουλεύειν βροτῶν.

Vitam dedi ut famula esset; aequum scilicet Ut sequiora serviant potioribus. Priora quomodo sic vertere potuerit, non assequor.

XXXII. (XVII.) Stob. tit. 77. p. 455. Gesn. 79. p. 339. Grot. et Gaisf.

Πατρὸς δ' ἀνάγκη παισὶ πείθεσθαι λόγῳ.

Natos necesse est patris imperium sequi.

XXXIII. (XXIII.) Stob. tit. 91. p. 507. Gesn. 93. p. 377. Grot. et Gaisf.

Πλουτεῖς; ὁ πλοῦτος δ' ἀμαθία δειλόν θ' ἅμα.

Es dives; at iners res et ignava est opes. Aristoph. Plut. 203. δειλότατόν ἐσθ' ὁ πλοῦτος. ubi Bergler. hunc locum et Phoen. 597. comparat.

XXXIV. (XXVIII.) Schol. Pind. Pyth. 55. πειρατὰς τοὺς κατὰ πέλαγος λῃστὰς λέγομεν, κυρίως δὲ τοὺς ἐν ὁδῷ κακουργοῦντας, παρ' ὃ δὴ καὶ ὁδουροὺς αὐτοὺς λέγουσιν. *Εὐριπίδης ἐν Ἀρχελάῳ·*

Ἔπαυσ' ὁδουροὺς λυμεῶνας.

XXXV. (XXIX.) Stob. tit. 29. p. 198. Gesn. ibid. p. 125. Grot.

Τὸ συνεχὲς ἔργου παντὸς εὑρίσκει τέλος.

Ubique finem reperit assiduus labor.

XXXVI. Stob. tit. 20. p. 171. Gesn. p. 103. Grot. et Gaisf.

Πολλοὺς δ' ὁ θυμὸς ὁ μέγας ὤλεσεν βροτῶν
ἥ τ' ἀξυνεσία, δύο κακὼ τῷ χρωμένῳ.

Multorum opes evertit imperitia Et ira, gemina pestis obsequentibus. Tanquam ex Archelao proferuntur hi versus in Cod. Vossiano et Paris. B. *ἥ τ' ἀξυνεσία* Grot. pro *ἥ τ' ἀσυνεσία.* Miror Boisson. qui edidit *ἡ τἀσυνεσία*, quasi *τε* et *α* per crasin coalescere possint.

Versus quos citat Plutarch. *de Ei Delphico* in. (II. p. 384. D.) *Οὐ βούλομαι πλουτοῦντι δωρεῖσθαι πένης, Μή μ' ἄφρονα κρίνῃς, ἢ διδοὺς αἰτεῖν δοκῶ*, non videntur ex hac fabula petiti esse, sed ab Euripide Archelao regi, aequali suo, dicti: nam Plut. *ἅ Δικαίαρχος Εὐριπίδην οἴεται πρὸς Ἀρχέλαον εἰπεῖν.* Ex iis expressos esse versus Menandri apud auct. compar. Men. et Phil. p. 358. monuit Meineke fr. Menandri p. 239.

EX AUGE.

Fabulam exposuit Hygin. f. 99. 100. *Auge Alei filia ab Hercule compressa, quum partus adesset, in monte Parthenio peperit et ibi eum exposuit. Eodem tempore Atalante, Iasi filia, filium exposuit ex Meleagro natum. Herculis autem filium cerva nutriebat. Hos pastores inventos sustulerunt, atque nutrierunt, quibus nomina imposuerunt, Herculis filio Telephum, quoniam cerva nutrierat, Atalantes autem Parthenopaeum, quoniam virginem simulans in monte Parthenio eum exposuerat. Ipsa autem Auge patrem suum timens profugit in Mysiam ad regem Teuthrantem, qui quum esset orbus liberis, hanc pro filia habuit.* Apollodorus II, 7, 4. III, 9, 1. puerum recens natum primum in templo Minervae a matre sacerdote deae, deinde inventum ab Aleo in Parthenio monte expositum esse narrat. Rem in tragoedia etiam ita gestam

propositam fuisse colligo e fr. I. et e schol. Aristoph. Ran. 1112. qui quum Aeschylus de Eurip. dixisset, *οὐ προαγωγοὺς κατέδειξ' οὗτος, καὶ τικτούσας ἐν τοῖς ἱεροῖς*, annotat: *ἔγραψε γὰρ τὴν Αὔγην ὠδίνουσαν ἐν τῷ ἱερῷ.* Strabo XIII. p. 915. B. *Εὐριπίδης δ' ὑπὸ Ἀλέου φησὶ τοῦ τῆς Αὔγης πατρὸς εἰς λάρνακα τὴν Αὔγην κατατεθεῖσαν ἅμα τῷ παιδὶ Τηλέφῳ καταποντωθῆναι, Ἀθηνᾶς δὲ προνοίᾳ τὴν λάρνακα περαιωθεῖσαν ἐκπεσεῖν εἰς τὸ στόμα τοῦ Καΐκου· τὸν δὲ Τεύθραντα ἀναλαβόντα τὰ σώματα, τῇ μὲν ὡς γαμετῇ χρήσασθαι, τῷ δὲ ὡς ἑαυτοῦ παιδί.* Haec omnia in una fabula exhiberi non potuerunt: nullus enim tragicorum graecorum rem, quam in scena ob oculos ponit, ex alio in alium locum traiicit, ita ut prior pars Tegeae, altera in Mysia ageretur. Itaque in hac tragoedia nihil amplius exhibitum fuisse suspicor, nisi ea quae Augae Tegeae acciderunt, donec Nauplio tradita et in mare cum filio coniecta est: quo facto Minerva in conspectum prodiisse et quomodo ipsa fortunam matris et filii moderatura esset, praedixisse videtur. Cetera, quae habent Strabo et alii, a Telepho in cognominis tragoediae prologo narrata puto. Cf. Paus. VIII, 4, 5. p. 606. 48, 5. p. 698. Diod. Sic. IV, 33. Alcidam. rh. p. 185, 24. ed. H. Steph. T. VIII, p. 70 sq. ed. Reiske.

I. (VIII.) Stob. tit. 18. p. 164. Gesn. ib. p. 99. Grot.

Νῦν δ' οἶνος ἐξέστησέ μ'· ὁμολογῶ δέ σε
ἀδικεῖν· τὸ δ' ἀδίκημ' ἐγένετ' οὐχ ἑκούσιον.

Vino coactus nempe feci iniuriam; Fateor; sed illud crimen haud spontis meae est. Haec locutus videtur Hercules: nam Alcid. l. c. v. 29. *ἰδὼν δὲ ὁ Ἡρακλῆς τὴν παῖδα (Αὔγην) ἐν τῷ νεῷ ὑπὸ μέθης συνεγένετο.* At num Herculem statim post concubitum cum Auge confabulantem et hanc in eadem fabula parientem ab Euripide inductam esse credamus? Absurdum vero hoc esset. An Herculem in alia quadam fabulae scena prodiisse et haec Augae dixisse dicamus? Obstat vero *νῦν.* Itaque nihil relinquitur, nisi ut Augen in prologo rem narrantem ipsius Herculis verbis usam esse iudicemus, ut Mercurius in prologo Ionis 29 ipsa fratris verba oratione recta quam vocant affert. V. 1. Barn. *ὁμολογῶ δέ σοι* ut esset *ὁμολογῶ δέ σοι ἀδικεῖν με.* Quasi

vero non ita dicendum fuisset *ὁμολογῶ δὲ ἀδικεῖν σε, fateor me tibi iniuriam fecisse*, ubi *με* addere non solent Graeci. V. 2. Gesn. *τὸ ἀδίκημ'*. Grotius e Paris. A. inseruit *δ'* quod idem est in Trincav. Ibid. Musgrav. ed. *οὐκ ἀκούσιον*, hac annotatione subiecta: Pro *οὐκ ἀκούσιον* sensus postulare videtur *οὐχ ἑκούσιον*. At hoc ipsum iam exstabat in Trincav. Gesner. Grot. et apud Barnes. Ruhnk. epist. crit. p. 175. comparat haec cum Callimachi epigr. 44. v. 3. et 6. Quod vero ibid. narrat Piersono hoc versus ob solutiores numeros Comici cuiusdam visos esse, non minus soluti sunt versus plerique Orestis.

II. (IX.) Clem. Alex. Strom. VII. p. 712. ed. Sylb. *εὖ δὲ καὶ ἡ αὐτὴ* (leg. *ἡ Αὔγη*. v. Valck. diatr. p. 164.) *δικαιολογουμένη πρὸς τὴν Ἀθηνᾶν ἐπὶ τῷ χαλεπαίνειν αὐτῇ τετοκυίᾳ ἐν τῷ ἱερῷ λέγει·*

— — — — — — *σκῦλα μὲν βροτοφθόρα*
χαίρεις ὁρῶσ' ἀπὸ νεκρῶν ἐρείπια,
κοὐ μιαρά σοι ταῦτ' ἐστιν· εἰ δ' ἐγὼ 'τεκον,
δεινὸν τόδ' ἡγῇ.

Lacera mortuorum corpora, Spolia et cruenta dulce spectare est tibi. Nullum hic piaclum est; at ego si peperi, nefas Tibi videtur. Grotius in Excerpt. p. 375. qui metri causa scripsit *ὁρῶσα κἀπὸ νεκρῶν*, quod receptum a Barnes. pro lectione edita habens Heath. em. *καὶ νεκρ.* quod probat Lobeck ad Soph. Ai. 306. Valck. diatr. l. c. *χαίρεις ὁρῶσα, τῶν νεκρῶν ἐρείπια*, Iacobs Exerc. in scr. vet. I. p. 216. *ὁρῶσ' ἀπὸ νεκύων ἐρείπια.* Boissonad. *ὁρῶσα χαίρεις ἀπὸ ν. ε.* recte; vel *χαίρεις ὁρῶσ' ἀπὸ νεκύων ἐρ.* *ἀπό* quidem adduci non possum errore librarii ortum esse, nec *καί* convenit, quum *νεκρῶν ἐρείπια* non diversa sint a *σκύλοις*. V. 3. Grot. *μικρά* pro *μιαρά*. — Huc Valcken. l. c. refert etiam glossam Hesych. *ἀπενήσω, ἀπέβαλες. Εὐριπίδης Αὔγῃ.*

III. (III.) Stob. tit. 61. p. 387. Gesn. 63. p. 243. Grot. et Gaisf.

Ἔρωτα δ' ὅστις μὴ θεὸν κρίνει μέγαν,
καὶ τῶν ἁπάντων δαιμόνων ὑπέρτατον,
ἢ σκαιός ἐστιν, ἢ καλῶν ἄπειρος ὢν
οὐκ οἶδε τὸν μέγιστον ἀνθρώποις θεόν.

Qui non amoris numen admirabile Supraque cunctos coelites positum putat, Aut stupidus ille aut orbus experientia Ignorat homini maximus quis sit deus. Versus 1. 3. 4. laudat etiam Athenaeus XIII. p. 600. D. sed ita *Ὅστις Ἔρωτα μὴ μόνον κρίνει θεόν.* Hinc expressos esse versus Caecilii apud Cicer. Tusc. IV, 32. notavit Victorius Var. lect. XIII, 4.

IV. (IV.) Stob. tit. 71. p. 433. Gesn. 73. p. 310. Grot. et Gaisf.

Γυναῖκες ἐσμέν· τὰ μὲν ὄκνῳ νικώμεθα,
τὰ δ' οὐκ ἂν ἡμῶν θράσος ὑπερβάλλοιτό τις.

Sumus mulieres; saepe nos vincit pavor; Est quando superet nemo nos audacia. Haec de se ipsa dicere videtur Auge, quae prae timore patris puerum exposuerit, sed eo audaciae progressa sit, ut in Minervae templo eum exponeret. *ὑπερβάλλοιτο* Barnes. et sic Paris. A. B. pro *ὑποβάλλοιτο*. Gesn. *ὑπλβάλλοιτο* (sic). Eodem referendum videtur fragm.

V. (Inc. XXVIII.) Stob. tit. 22. p. 187. Gesn. p. 111.

Ποῖ; πῶς δὲ λήσει; τίς δὲ νῷν πιστὸς φίλος;
ζητῶμεν· ἡ δόκησις ἀνθρώποις κακὸν,
καὶ τοὐπιχειρεῖν ἐξαμαρτάνειν φιλεῖ.

Ubi? qui latebis? certa quae nobis fides? Quaeramus: homini saepe credulitas nocet, Falluntque conantem exitus contrarii. Ad Augen retuli auctoritate Codd. Schow. qui etiam v. 2. 3. respondentis esse vult; probabiliter. Quaerit autem s. Auge, s. nutrix, ubi filium recens natum exponat. *λήσῃ* dedit Grot.

VI. (V.) Stob. tit. 76. p. 453. Gesn. 78. p. 333. Grot. et Gaisf.

Τίς δ' οὐχὶ χαίρει νηπίοις ἀθύρμασιν;

Quem non tuentem lusus infantum iuvat? Valcken. supra *νηπίοις* in Barnes. scripsit: an *ων*? At vid. ad Erechth. fr. II, 21.

VII. (I.) Stob. tit. 37. p. 220. Gesn. ib. p. 147. Grot.

Τὸ γὰρ ἐπιεικὲς ὠφελεῖ τὰς συμφοράς.

Lenit miserias aequitas mentis probae. *Τὸ γὰρ ἐπ.* est a Grot. pro *τὸ δ' ἐπ.*

VIII. (II.) Stob. tit. 44. p. 307. Gesn. 46. p. 179. Grot. et Gaisf.

Οὐ τῶν κακούργων οἶκτος, ἀλλὰ τῆς δίκης.

Miserari oportet iura, non homines malos. Ibid. paulo ante p. 177. Grot. idem versus positus est, tanquam e Sophocl. Tyro petitus apud Grotium, apud Gesn. sine lemmate. Singulos versus suis auctoribus tribuere Cod. Vindobon. scribit Brunck. ad fr. Tyr. X. Videtur esse Alei filiam increpantis.

IX. (VI.) Stob. tit. 93. p. 561. Gesn. 105. p. 433. Grot. et Gaisf.

Πᾶσιν γὰρ ἀνθρώποισιν, οὐχ ἡμῖν μόνον,
ἢ καὶ παραυτίκ', ἢ χρόνῳ δαίμων βίον
ἔσφηλε, κοὐδεὶς διὰ τέλους εὐδαιμονεῖ.

Fortuna nobis non negat solis fidem; Omnis levis fefellit aut sero aut cito; Felicitatem nemo perpetuam tulit. V. 1. Paris. B. apud Gaisf. ἡμῖν μόνοις.

X. (VII.) Stob. tit. 47. p. 343. Gesn. 49. p. 185. Philo Iud. p. 607.

Κακῶς δ' ὄλοιντο πάντες, οἳ τυραννίδι
χαίρουσιν ὀλίγῃ τ' ἐν πόλει μοναρχίᾳ·
τοὐλεύθερον γὰρ ὄνομα παντὸς ἄξιον,
κἂν σμίκρ' ἔχῃ τις, μεγάλ' ἔχειν νομίζεται.

Pereat profecto, quisquis aut regnum appetit, Aut civitatem tradit in paucas manus. At dulce nomen alma libertas mihi: Nam quisque minimum quod habet, magni facit. V. 2. ὀλίγων Grot. vulgatam scripturam sensu carere dicens. Duo postremi versus citantur etiam a Philone Iud. p. 886. C. ed. Hoeschel. V. 4. recte Gesn. Phil. ἔχῃ, non ἔχει, ut Grot. Phil. etiam σμίκρ' pro μίκρ'.

XI. Apollonius Dysc. in Bekk. anecd. p. 514, 10. καὶ ἐν Αὔγῃ·

καὶ βουθυτεῖν γὰρ ἠξίους ἐμὴν χάριν.

Cf. ad Gregor. p. 32. ed. Schaef. Videntur esse Minervae suo finem fabulae auxilium Augae pollicentis.

XII. Hesych. *Διέφθειρε, διῆγεν. Εὐριπίδης Αὔγῃ.* Legendum esse διέφερεν monuit Kuster.

XIII. Idem *Κέρας ὄρθιον. ἢ νευρά. Εὐριπίδης ἐν Αὔγῃ.*

XIV. Gramm. Sangerm. in Bekk. anecd. p. 116, 2. *Φιλοτροφής, ὃν ἡ συνήθεια φιλότροφον λέγει. Εὐριπίδης Αὔγῃ.*

Quem versum ex Euripidis Auge citat Diogen. Laert. II, 33. *Εὐριπίδου ἐν τῇ Αὔγῃ εἰπόντος περὶ ἀρετῆς·*

Κράτιστον εἰκῇ ταῦτ' ἐᾶν ἀφειμένα

quem Grotius Exc. p. 375. et Barnes. in fr. fabulae posuerunt v. 1. is est Electrae v. 377. Eumdem respicit Longin. de sublim. extr. ubi vid. Ruhnk. p. 267. Toup. p. 388.

EX AUTOLYCO,

DRAMATE SATYRICO.

Fabulam Autolyci enarrat Hygin. f. 201. *Mercurius Autolyco, ex Chione quem procreaverat, muneri dedit, ut furacissimus esset nec deprehenderetur in furto, ut, quidquid surripuisset, in quamcunque effigiem vellet transmutaretur, ex albo in nigrum vel ex nigro in album, in cornutum ex mutilo, in mutilum ex cornuto. Is quum Sisyphi pecus assidue involaret nec ab eo posset deprehendi, sensit eum furtum sibi facere, quod illius numerus augebatur et suus minuebatur. Qui ut eum deprehenderet, in pecorum ungulis notam imposuit. Qui cum solito more involasset, et Sisyphus ad eum venisset, et pecora sua ex ungulis deprehendit, quae ille involaverat, et abduxit. Qui quum ibi moraretur, Sisyphus Anticliam Autolyci filiam compressit, quae postea Laertae data est in coniugium, ex qua natus est Ulysses. Ideo nonnulli auctores dicunt Ypsipylon* (Σισύφου υἱόν) *Ob hoc Ulysses versutus fuit.* Autolyci ingenium et mores, prout in hac fabula ab Euripide repraesentantur, se expressisse profitetur Tzetzes Chiliad. VIII, 442 sqq. Duae eius dramatis fuisse editiones ex

Athen. X. p. 413. C. colligitur. Vid. Boeckh. de trag. p. 20. Fortasse e secunda tantum editione drama satyricum erat: nam fr. I. mihi quidem colorem satyricum habere non videtur.

I. (III.) Athen. X. p. 413. C. (Galen. προτρεπτ. λ. Tom. II. p. 10. Chart. I. p. 23. Kühn.) *Εὐριπίδης ἐν τῷ πρώτῳ Αὐτολύκῳ λέγει·*

Κακῶν γὰρ ὄντων μυρίων καθ' Ἑλλάδα,
οὐδὲν κάκιόν ἐστιν ἀθλητῶν γένους·
οἳ πρῶτα μὲν ζῆν οὔτε μανθάνουσιν εὖ,
οὔτ' ἂν δύναιντο· πῶς γάρ, ὅστις ἔστ' ἀνὴρ
γνάθου τε δοῦλος νηδύος θ' ἡσσημένος,
κτήσαιτ' ἂν ὄλβον εἰς ὑπερβολὴν πατρός;
οὐδ' αὖ πένεσθαι κἀξυπηρετεῖν τύχαις
οἷοί τ'· ἔθη γὰρ οὐκ ἐθισθέντες καλά,
σκληρῶς μεταλλάσσουσιν εἰς τἀμήχανα.
λαμπροὶ δ' ἐν ἥβῃ καὶ πόλεως ἀγάλματα
φοιτῶσ'· ὅταν δὲ προσπέσῃ γῆρας πικρόν,
τρίβωνες ἐκβαλόντες οἴχονται κρόκας.
ἐμεμψάμην δὲ καὶ τὸν Ἑλλήνων νόμον,
οἳ τῶνδ' ἕκατι σύλλογον ποιούμενοι
τιμῶσ' ἀχρείους ἡδονὰς δαιτὸς χάριν.
τίς γὰρ παλαίσας εὖ, τίς ὠκύπους ἀνήρ,
ἢ δίσκον ἄρας, ἢ γνάθον παίσας καλῶς,
πόλει πατρῴᾳ στέφανον ἤρκεσεν λαβών;
πότερα μαχοῦνται πολεμίοισιν ἐν χεροῖν
δίσκους ἔχοντες, ἢ δι' ἀσπίδων ποσὶ
θένοντες ἐκβαλοῦσι πολεμίους πάτρας;
οὐδεὶς σιδήρου ταῦτα μωραίνει πέλας
στάς. ἄνδρας οὖν ἐχρῆν σοφούς τε κἀγαθοὺς
φύλλοις στέφεσθαι, χὤστις ἡγεῖται πόλει
κάλλιστα, σώφρων καὶ δίκαιος ὢν ἀνήρ,
ὅστις γε μύθοις ἔργ' ἀπαλλάσσει κακά,
μάχας τ' ἀφαιρῶν καὶ στάσεις· τοιαῦτα γὰρ
πόλει τε πάσῃ πᾶσί θ' Ἕλλησιν καλά.

Cum multa mala sint Graeciae, nulla est tamen Gens peior his, qui ludicras pugnas cient. Primum quod est, vitam agere nec discunt bene, Nec utique possunt: quomodo vir serviens Malis et ipse ventris appendix sui, Opes lucretur, unde sit patriae utilis? Nec pauper aevum ferre, nec se casibus Aptare norunt; moribus

sueti malis Sed res in inopes cum gravi sensu cadunt. Pulchri, iuventa dum viret, spectaculum Sunt urbis; at cum venerit senii dies Restant velut lacerna cui villus perît. Ad hoc nec illum Graeciae morem probo, Coetus in horum quod celebrant gratiam, Quorum usus haud est ullus, illecti dape. Qui namque lucta pollet aut celeri pede, Discumve recte tollit aut os verberat, Quid patriam, ob hanc rem si coronetur, iuvat? An forte, cum res praelii est, discum manu Tenebit, aut per scuta cursantes pede Infesta pellet fine de patrio agmina? Nemo ista inepta cogitat, ferrum prope Cum stat. Sed alios fronde sapientes probos Ornare decuit, publicum si quis bonum Curat modestus, iuris ac recti tenax, Male facta verbis si quis avertens suis Dissidia pugnasque arcet: haec etenim urbibus Claros honores Graeciaeque omni ferunt. Grotius in Exc. p. 377. E Xenophanis elegiis haec expressa esse testatur Athenaeus; Euripides autem, ut in Antiope, sic in hac etiam fabula illa ad antiquam Atheniensium disciplinam irridendam, sophistarum autem, seu philosophorum ac rhetorum, scholas commendandas adhibuisse videtur.

V. 1. *κακῶν γε* Athen. *κ. γάρ* Galen. Utrumque versum citat etiam Eustath. ad Il. *ψ'*. p. 1299, 20. = 1411, 41.

V. 3. 4. *οὐδὲ — οὐδ' ἂν* Galen.

V. 5. *ἡττημένος* Gal.

V. 6. *εἰς ὑπεκτροφὴν πατρός* Galen. quod nimis sibi placere dicit Casaubon. Anim. p. 705. *πατρός* in *πάτρας* mutato, *ad alendam necessario tempore patriam.* Schweigh. etiam eo commendat, quod apud Xenophanem est, *οὐ γὰρ πιαίνει ταῦτα μυχοὺς πόλεως.* Sic etiam Grot. et Barn. Sed quis unquam *τρέφειν* vel adeo *ὑπεκτρέφειν*, *πατρίδα* dixit? *εἰς ὑπερβολὴν πατρός* est *plus patre, ita ut patrem pecuniae parandae solertia vincat*, ut Hippol. 936. Melanipp. fr. VII, 7. quos locos affert Musgrav.

V. 7. *καὶ ξυνηρετεῖν* Athen. *κἀξυπηρετεῖν* Galen. quod receperunt Grot. et Musgr. Sic Soph. Oed. T. 217. *τῇ νόσῳ ὑπηρετεῖν*, *ea facere, quae morbi natura et ratio exigit*, ut explicat Musgr. Valcken. vero diatr. p. 80. ex Athenaei scriptura elicuit *καὶ ξυνηρετμεῖν*, quod ver-

bum hoc sensu legitur apud Soph. Ai. 1329. et hoc ipsum perspicue hoc loco scriptum exhibere cod. suum epitomae dicit Schweighaeus. Mihi ὑπηρετεῖν communi consuetudini accommodatius ideoque Euripidis dictioni convenientius esse videbatur.

V. 8. Athen. διαλλάσσουσιν, Galen. μεταλλ. Illud praefert Casaub. vertens *rebus dubiis aegre sibi possunt consulere.* At hoc esset διαλλάσσονται τοῖς ἀμηχανοῖς. Tum Galen. εἰς τἀμήχανον.

V. 10—15. om. Galen. haec se praeteriisse significans his verbis, ὅτι δὲ καὶ τῶν ἐπιτηδευομένων αὐτοῖς ἕκαστον ἄχρηστόν ἐστιν, ἄκουε πάλιν, εἴπερ θέλεις, ἅ φησι· Τίς γὰρ παλαίσας εὖ κ. τ. λ. V. 10. citatur a Diogene Laert. I, 56. ita: τρίβωνας ἐκλείποντες, quod receperunt Grot. Barn. Musgr. Ferrem, si esset ἐκλιπόντες, nec ἐκλείπειν κρόκας esse potest *tramam reliquam facere.* ἐκβαλόντες citat etiam Porson. ad Aristoph. Plut. 314. ubi hanc consuetudinem particulas comparationis omittendi illustrat.

V. 13. 14. τὸν Ἑλλ. νόμον et τῶνδ' ἕκατι pro τῶν Ἑλλ. ν. et τόνδ' ἕκατι a Casaubono propositum confirmarunt ambo MSS. Schweigh.

V. 15. Quod e verbis δαιτὸς χάριν collegerat Casaub. ludorum sacrorum agonistas parta victoria solitos excipere spectatores, id Schweigh. locis Athenaei I, p. 3. D. E. F. IV, p. 168. F. confirmavit. Musgravius locum e coniectura futili mutare, quam illam explicationem sequi maluit. Coniecit autem τιμῶσ' ἀχρεῖον ἡδονῆς κάρτος χεροῖν, *oblectamenti causa robur inutile honorant.*

V. 16. Athen. τί γάρ et τί δ' ὠκυπ. ἀr. Nostrum Galenus habet.

V. 17. πλήξας pro παίσας Galen.

V. 20. ποσί in fine praebuit Galen. pro χεροῖν. χεροῖν, et quod ex eo natum in duobus codd. Schweigh. χερί facile e praecedente versu irrepere potuit; ποσί quomodo inferri potuerit, vix dicas. Quod vero Schweigh. Galenum etiam in fine libri i. e. p. 33. χεροῖν habere dicit, habet hoc in fine versus 19. Celeritatem *pedum* in proelio nulli usui esse demonstraturus Eurip. neque enim *pedibus,* inquit, vel per scuta discurrunt vel scuta per-

rumpunt. Lobeck. ad Soph. Ai. 611. coni. ἢ δίχ' ἀσπίδων, *sine clypeo.*

V. 21. θείνοντες Athen. θέοντες Galen. θένοντες Musgr. utraque lectione coniuncta. θενεῖν aoristum esse verbi θείνειν nunc satis notum. Mihi θέοντες placet; quamquam hoc facilius e θείνοντες oriri potuit, quam contra θείνοντες e θέοντες.

V. 22. laudatur etiam a Plutarch. T. II. p. 581. F. 803. B.

V. 23 sqq. omisit Galenus.

II. (I.) Pollux X, 111. *Εὐριπίδης μὲν εἴρηκεν ἐν Αὐτολύκῳ Σατυρικῷ· Τοὺς ὄνους τοὺς λαρκαγωγοὺς οἴσειν ἐξ ὄρους ξύλα.* Ad metrum accommodavit Musgr.

Τοὺς ὄνους
τοὺς λαρκαγωγοὺς ἐξ ὄρους οἴσειν ξύλα.

Possis etiam uno versu trochaico tetrametro comprehendere.

III. (II.) Id. ib. 178. - - *καὶ Εὐριπίδου ἐν Αὐτολύκῳ εἰπόντος· Σχοινίνας γὰρ ἵπποισι φλοΐνας ἡνίας πλέκει.* Mirum ex his versum trochaicum effinxit Toup. Em. in Suid. T. IV. p. 399.

σχοινίνας γὰρ ἵπποισιν καὶ φλοΐνας ἡνίας πλέκει.

vel senarium etiam turpiorem

σχοινίνας γὰρ
ἵπποισι καὶ τὰς φλοΐνας ἡνίας πλέκει.

Ultimam syllabam v. φλοΐνας corripi posse credidisse videtur Barnesio. Musgr. ed. uno versu σχοινίνας ἵπποισι γὰρ φλοΐνας ἡνίας πλέκει.

E BELLEROPHONTE.

Propter hanc fabulam saepius Aristophanes irridet Euripidem, quippe qui heroem suum claudum, fortasse etiam caecum, et pannis tectum induxerat: Acharn. 425. *ἀλλ' ἢ τὰ δυσπινῆ θέλεις πεπλώματα, Ἃ Βελλεροφόντης εἶχ' ὁ χωλὸς οὑτοσί;* ubi Schol. *εἰσήγαγε γὰρ καὶ τοῦτον καταβληθέντα ἐκ Πηγάσου καὶ ἐῤῥυπωμένα ἱμάτια ἔχοντα.* et ad Pac. 146. *ἀποτείνει* (*ἀποτείνεται* Ven.) *δὲ πρὸς Εὐριπίδην, ὃς ἐν δράματι χωλὸν εἰσάγει τὸν Βελλεροφόντην* (Ven. *ἐπειδὴ ἐκεῖνος δρᾶμα ἐποίησε τὸν Βελλεροφόντην, ἐν ᾧ χωλὸν εἰσήγαγεν αὐτὸν*) *διὰ τὸ πεπτωκέναι ἀπὸ τοῦ Πηγάσου.* (*βουλόμενον εἰς οὐρανὸν ἀνελθεῖν* add. Ven.) Cf. ad Ran. 870. Fabulam iam attigit Pind. Isthm. 7, 64 sqq. cf. Ol. 13, 130. ubi Schol. Rec. ap. Boeckh. *φασὶ γὰρ ὡς βουληθεὶς πρὸς οὐρανὸν ἀναπτῆναι σὺν τῷ Πηγάσῳ, ἐξοιστρωθέντος τοῦ ἵππου παρὰ τοῦ Διὸς, πίπτει καὶ χωλοῦται, κατὰ δέ τινας καὶ τυφλοῦται καὶ ἐκπλανᾶται κατὰ τὸ Ἀλήϊον χωλός.* An itaque superbum hominem et altiora semper appetentem eum depinxerat Euripides? Cf. p. 108. avarum etiam significat Seneca epist. 115. qui, allatis versibus Dan. fr. XIII. (Beller. XV.) *Cum hi novissimi versus*, inquit, *in tragoedia Euripidis pronuntiati essent, totus populus ad eiiciendum et actorem et carmen consurrexit uno impetu, donec Euripides in medium ipse prosiluit, petens, ut exspectarent viderentque, quem admirator auri exitum faceret. Dabat in illa fabula poenas Bellerophontes, quas in sua quisque dat.* Huius tamen vitii se nullum in mythologis vestigium invenire recte monet Musgr. et vide quae de hoc loco monui ad fr. XIII. Dan. Ad argumentum spectat etiam, quod Schol. ad Arist. Pac. 135. annotavit: *Τραγικώτερος*] (*πρακτικώτερος ἢ* add. Cod. Ven. Bekk.) *ἀξιοπιστότερος. αἰνίττεται δὲ εἰς τὸν Πήγασον καὶ τὸν Βελλεροφόντην* (*Εὐριπίδου* add. Cod. Ven.) At quae ex illa fabula commemorantur, tam pauca

sunt, ut vix duabus vel tribus scenis sufficere videantur, iustum autem tragoediae ambitum nullo modo explere. Itaque alia etiam in ea fabula tractata fuisse verisimile, quae hodie ignoramus. Welckerus in libro de Aeschyli trilogiis scripto p. 340. not. 594. Bellerophontem et Stheneboeam non nisi duos titulos eiusdem fabulae videri scribit; quod quibus argumentis probare velit, non facile est dicere. Quae enim ad Stheneboeam pertinent, ea Tirynthe gesta traduntur; quae ad Bellerophontem, in Lycia.

E prologo suspicor petitum esse versum

I. (XXVI.) apud Plutarch. *π. δυσωπίας* p. 529. E. *οὐδὲ δεῖ τοῖς ἐπαίνοις κηλούμενον ἥδεσθαι -- μήδ' ὥσπερ ὁ Εὐριπίδου Πήγασος*

Ἔπτησσ' ὑπείκων μᾶλλον ἢ θέλοι

τῷ Βελλεροφόντῃ, τοῖς δεομένοις ἑαυτὸν ἐκδιδόναι καὶ συνεκταπεινοῦν. Idem in praec. polit. p. 807. E. *Ἀγησίλαος περὶ τὰς τῶν φίλων σπουδὰς αὐτὸς αὑτοῦ γινόμενος ἀσθενέστατος καὶ ταπεινότατος, ὥσπερ ὁ Εὐριπίδου Πήγασος*

Ἔπτηξ' ὑπείκων μᾶλλον ἢ μᾶλλον θέλοι.

καὶ ταῖς ἀτυχίαις προθυμότερον βοηθῶν τοῦ δέοντος ἐδόκει συνεξοιμοιοῦσθαι ταῖς ἀδικίαις. Grot. Exc. p. 381. *ἢ αὐτὸς θέλοι.* Boissonad. „Frustra offendere VV. DD. ad duplex *μᾶλλον*. Forsan tamen *θέλων*.“ Vellem explicasset duplex illud *μᾶλλον*. Patet versum de Pegaso domando valuisse Prologi haud scio an fuerit etiam versus

II. (XXVII.) apud Schol. Eurip. Orest. (872.) 859-861. *χῶμα, οὗ συμβαίνει τοὺς Ἀργείους δικάζειν. τάχα δ' ἂν τούτου καὶ ἐν Βελλεροφόντῃ μνημονεύοι εἰπών·*

καὶ ξεστὸν ὄχθον Δαναϊδῶν ἑδρασμάτων.

ἑδράσματα legi vult Hermann. de Danaid. p. III sq. (Opusc. II. p. 322.)

III. (IX.) Stob. tit. 10. p. 127. Gesn. ibid. 69. Grot.

Ὡς ἔμφυτος μὲν πᾶσιν ἀνθρώποις κάκη·
ὅστις δὲ πλεῖστον μισθὸν εἰς χεῖρας λαβὼν
κακὸς γένηται, τῷδε συγγνώμη μὲν οὔ,
πλείω δὲ μισθὸν μείζονος τόλμης ἔχων
τὸν τῶν λεγόντων ῥᾷον ἂν φέροι ψόγον.

Innata quaedam pravitas mortalibus; At prava si quis emtus ingenti patrat Mercede, frustra speret indulgentiam, Pretium sed ingens sceleris ingentis ferens Convitiantum verba non magni facit. V. 2. Heathio sententia requirere videbatur παῦρον aut σμικρὸν potius quam πλεῖστον. At haec sic cohaerent; ut quisque maximam facinoris mercedem tulit, ita aliorum vituperationem facillime fert, etsi ei venia danda non est.

IV. (VIII.) Stob. tit. 8. p. 96. Gesn. ibid. p. 51. Grot.

Δόλοι δὲ καὶ σκοτεινὰ μηχανήματα
χρείας ἀνάνδρου φάρμαχ' εὕρηται βροτοῖς.

Astus latentes atque fallentes doli Solertioris sunt reperta ignaviae.

V. (X.) Stob. tit. 38. p. 222. Gesn. ib. p. 151. Grot.

Φθονοῦσιν αὐτοὶ χείρονες πεφυκότες·
εἰς τἀπίσημα δ' ὁ φθόνος πηδᾶν φιλεῖ.

Quod se minores iudicant ideo invident; Illustriora livor infestus petit. Valcken. in nota Mpta coni. αὐτῷ, addens Io. Piersonum legisse ἀστοί. Neutro opus est: *aliis invident, quum ipsi inferiores sint.* Ita invidentes apponuntur iis, quibus invident. Male vero Grotius *quod se minores iudicant:* tales enim non solent invidere aliis, sed ii, qui, etsi inferiores natura, praestare tamen se aliis opinantur.

VI. (XXIX.) Stob. tit. 38. p. 222. Gesn. ibid. p. 151.

Ἤδη γὰρ εἶδον καὶ δίκης παραστάτας
ἐσθλοὺς πονηρῷ τῷ φθόνῳ νικωμένους.

Iam saepe vidi vindices iuris bonos Vinci veneno tristis invidentiae. Ad Bellerophontem refertur in Cod. Vossiano Leid. apud Valcken. diatr. p. 199. et Gaisford.

VII. (XXIII.) Stob. tit. 104. p. 565. Gesn. 106. p. 441. Grot. et Gaisf.

A. Τιμή σ' ἐπαίρει τῶν πέλας μᾶλλον φρονεῖν.
B. Θνήσκοιμ' ἄν· οὐ γὰρ ἄξιον λεύσσειν φάος
κακοὺς ὁρῶντας ἐκδίκως τιμωμένους.

Fidens honore spiritus tumidos geris. Ah moriar; almum cernere haud tanti est iubar, Ut honore plenos tuear indigno malos. Inter duas personas locum distribui, quia versus 1. cum sqq. alioqui non cohaerere videbatur. Pro θνήσκοιμ' ἂν fortasse rectius fuerit θνήσκοιμεν, *utinam moriar.* sed de hoc tunc demum iudicari posset, si integer locus exstaret. V. 3. durum est ὁρῶντας ad alios relatum, quam κακοὺς τιμωμένους; est enim pro ἐκείνους οἳ κακοὺς τιμωμένους ὁρῶσι. Itaque Heath. coni. ὁρῶντά γ' ἐκδ. τιμ. Valck. autem diatrib. p. 166. οὐ γὰρ ἀξιῶ λεύσσειν φάος Κακοὺς ὁρῶν πᾶσ' ἐκδ. τιμ. in quo πᾶσ' pro πᾶσι miror excidere potuisse tanto viro. οὐκ ἄξιον (ἐστι) *non operae pretium est* recte vertit Musgrav. post quod et dativus et accusat. cum infinit. sequitur. Musgr. coni. κακοὺς ὁρῶντ' ἴσ' ἐνδίκοις τιμ. Si quid mutandum, praeferam Heathii coniecturam, in qua γε non inane est, *quippe qui videant.* Sed negligentius locutus videtur Euripides, cuius generis alia etiam, si recte memini, apud eum exempla sunt.

VIII. Stob. Append. in MS. Florent. apud Gaisford. T. IV. p. 389. ed. Lips.

Ἀνὴρ δὲ χρηστὸς χρηστὸν οὐ μισεῖ ποτε,
κακῷ κακός τε συντέτηκεν ἡδοναῖς·
φιλεῖ δὲ θοὐμόφυλον ἀνθρώπους ἄγειν.

IX. (XII.) Stob. tit. 52. p. 360. Gesn. 54. p. 207. Grot. et Gaisf.

Νίκη γὰρ ἀνδρῶν φόνια καὶ μάχας χερῶν
δόλοισι κλέπτει· τῆς δ' ἀληθείας ὁδὸς
φαύλη τίς ἐστι, ψεύδεσιν δ' Ἄρης φίλος.

Cruenta gaudet vulnera obvolvi dolis Victoria, almum numen; exspes atque iners Via veritatis; Mars amat mendacia. An igitur φόνια (sic Grot. pro φωνία Gesn.) *cruenta vulnera* significare credidit? Et quomodo νίκη κλέπτει μάχας? Imo νίκη κλέπτεται δόλοις. Heath. qui recte τὸ φόνια hoc in loco vocem plane esse nihili et sensu prorsus carere dicit, coni. Νίκην γὰρ ἀνδρῶν φροντὶς - - κλέπτει. *Hominum enim prudentia victoriam — dolis anticipat,* bona certe sententia. Νείκη edidit Musgrav. eumque secutus Gaisf. hic etiam κλέπτειν e Trincav. et Paris. A.

X. (XI.) Stob. ib. p. 205. Grot.

Ἀεὶ γὰρ ἄνδρα σκαιὸν ἰσχυρὸν φύσει
ἧσσον δέδοικα τἀσθενοῦς τε καὶ σοφοῦ.

Magis timendus qui tener magnum sapit, Quam roboris qui plenus ingenio vacat. σοφόν dicere videtur astutum, ad insidias faciendas solertem.

In unum locum collegi ea, in quibus de invidia et dolis sermo est, ut, summa quasi eorum aliqua facta et sub uno conspectu posita, aliquantum ad totius fabulae argumentum et descriptionem perspiciendam profici posset. Illis affine est argumentum fr. IX. Inductus itaque videtur aliquis, qui invidia, dolo, fraude aliorum petitus erat, fortasse ipse Bellerophontes, ut colligi inde possit, etiam insidias Bellerophonti ab Iobate structas, ab illo superatas, (vid. Il. ζ, 187.) in fabula expositas fuisse. Mihi autem probabilius videtur, Bellerophontem *μελαγχολῶντα* et vitae inter homines fraudis et insidiarum plenae pertaesum (vid. Il. ζ, 200 sqq.) in coelum adscendere voluisse, ut securus inter deos ageret aevum, et hac occasione irridendi Euripidis arrepta Aristophanem in Pace fabula Trygaeum scarabaeo in coelum tendentem fecisse, ita ut illa Comici fabula pro parodia Euripideae haberi possit. Eodem spectare suspicor ea, quae proxime apposui.

XI. (XIV.) Stob. tit. 88. p. 501. Gesn. 90. p. 365. et Gaisf.

Οὐκ ἂν γένοιτο τραύματ', ἣν τις ἐγξύσῃ
θάμνοις ἐλείοις, οὐδ' ἂν ἐκ μητρὸς κακῆς
ἐσθλοὶ γένοιντο παῖδες εἰς ἀλκὴν δορός.

Nec vulnus ullum verberans inflixeris Iunco palustri, nec malae matris genus Librabit hastae pondus intrepida manu. τραύματ', ἣν e coniectura scripsi pro τραῦμα εἰ quod Grotium in notis Msptis coniecisse testatur Gaisf. Barn. τραῦμά γ', εἰ. Tum pro ἐγξύσῃ (Gesn. et Gaisf. ἐνξύσῃ) Heath. scribit ἐγξέσῃ, quia ἐγξύσῃ penultimam producat, *θάμνους ἐλείους* Salmas. ad Solin. p. 323. probantibus Grotio et Heath. Non probo, si est *cutem alicui radere.*

XII. (XIII.) Stob. tit. 71. p. 432. Gesn. 73. p. 309. Grot. et Gaisf.

Ὦ παγκακίστη καὶ γυνή· τί γὰρ λέγων
μεῖζόν σε τοῦδ' ὄνειδος ἐξείποι τις ἄν;

O foeminarum pessima; hoc in nomine Nam continetur quidquid est opprobrii. An igitur dicamus, foeminam aliquam insidiatores, et in his filios suos, Bellerophonti submisisse? – De Stheneboea cogitare vix licet propter ea, quae supra de argumento fabulae monui.

XIII. (XXII.) Stob. tit. 114. p. 585. Gesn. 116. p. 475. Grot. 115. Gaisf.

Ὦ παῖ, νέων τι δρᾶν μὲν ἔντονοι χέρες,
γνῶμαι δ' ἀμείνους εἰσὶ τῶν γεραιτέρων·
ὁ γὰρ χρόνος δίδαγμα ποικιλώτατον.

Nate, efficaces hinc quidem iuvenum manus, Sed plus senes prudente consilio valent; Rerum magistra quippe multarum dies. Hunc locum respexit Cornutus s. Phurnutus de N. D. p. 222. ed. Gale. *ὡς γὰρ νέων τι δρᾶν εὐτονώτεραι αἱ χεῖρες, οὕτω ψυχαὶ ἀμείνους τῶν γεραιτέρων πολύ.* unde Valck. ad Eur. Phoen. 531. Hipp. 117. sic hos versus legi vult:

Ὦ παῖ, νέων δρᾶν εὐτονώτεραι χέρες,
γνῶμαι δ' ἀμείνους τῶν γεραιτέρων πολύ.

His versibus senior aliquis Bellerophontem a conatu in coelum ascendendi avocare voluisse videtur; cui illum respondisse suspicor eo, quod est

XIV. (VII.) apud Stob. tit. 7. p. 86. Gesn. ibid. p. 45. Grot.

Θάρσος δὲ πρὸς τὰς συμφορὰς μέγα σθένει.

Adversa contra magna vis constantiae est. Fortasse in ea scena positus erat etiam versus

XV. ap. Stob. ecl. eth. p. 127. Grot. T. I. p. 154. Heeren.

Πρὸς τὴν Ἀνάγκην πάντα τἄλλ' ἐστ' ἀσθενῆ.

Infirma cuncta, si ingruat Necessitas. In Cod. Vatic. certe, teste Heer. adscriptum est lemma *Εὐριπίδου Βελλεροφόντος.* —

XVI. (I.) Schol. Arist. Vesp. 754. ad verba poëtae: *Πάρες, ὦ σκιερά. Παρὰ τὰ ἐκ Βελλεροφόντου παίζει ταῦτα·*

Πάρες, ὦ σκιερὰ φυλλάς· ὑπερβῶ
κρηναῖα νάπη· τὸν ὑπὲρ κεφαλῆς
αἰθέρ' ἰδέσθαι σπεύδω, τίν' ἔχει
στάσιν ἐνοδίας.

Pro ἐνοδίας ut in schol. editum est, Flor. Christian. scribi volebat εὐοδίας, quod recepit Barnes. idem reponendum edicit Toup. Em. in Suid. T. III. p. 165. et explicat Schaef. appar. Demosth. T. V. p. 397. Sed recte Heath. *Εἰνοδία* i. e. *Luna.* Vid. Valcken. diatr. p. 166 sq.

XVII. (III.) Schol. Aristoph. Pac. 75. ad verba poëtae: *Ὦ Πηγάσιόν μοι, φησὶ, γενναῖον πτερόν, παρὰ τὸ ἐκ Βελλεροφόντου. ἐκεῖνος γὰρ διὰ τοῦ Πηγάσου τοῦ πτερωτοῦ ἐπεθύμει καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνελθεῖν·*

Ἄγ' ὦ φίλον μοι Πηγάσου πτερόν·

Eadem habet Suidas v. ἑώρημα, ubi pro πτερὸν habet ταχύπτερον, ut edidit Barnes. p. 519. Videtur hoc ad versum explendum excogitatum esse: debebat saltem duobus vocabulis scribi ταχὺ πτερόν. *Πηγάσου πτερόν* Aristoph. habet etiam ibid. 134. Fortasse versus etiam 76. apud Aristoph. ὅπως πετήσει μ' εὐθὺ τοῦ Διὸς λαβών, ex parte saltem Euripideus est. Porsono versus quoque 139. τί δ' ἢν ἐς ὑγρὸν πόντιον πέσῃ βάθος; ex Euripidis Bellerophonte desumtus esse videbatur.

XVIII. Schol. Ven. Bekk. ad Arist. Pac. 115. *καὶ τάδε ἐκ τοῦ Βελλεροφόντου·*

Ἴθι χρυσοχάλιν' αἴρων πτέρυγας

τὸν κάνθαρον τῷ Πηγάσῳ ἐπεικάζων. Cod. χρυσοχάλιτε, quod corr. Seidler.

XIX. (II.) Arist. Equ. 1246.

Κυλίνδετ' εἴσω τόνδε τὸν δυσδαίμονα,

ubi Schol. *ταῦτα δὲ ἐκ Βελλεροφόντου Εὐριπίδου. τὸ δὲ κυλίνδετ' ἀντὶ τοῦ κομίζετε.* Infelix ille est Bellerophontes fracto femore claudus. Hoc vero casu meliora edoctus Bell. fit philosophus.

XX. (XVI.) Stob. tit. 95. p. 519 sq. Gesn. 97. p. 393. Grot. et Gaisf.

Ἐγὼ τὸ μὲν δὴ πανταχοῦ θρυλλούμενον
κράτιστον εἶναί φημι, μὴ φῦναι βροτῷ·
τρισσῶν δὲ μοιρῶν ἐγκρινῶ νικᾶν μίαν,
πλούτου τε, χὤτῳ σπέρμα γενναῖον προσῇ,
πενίας τ'· ἀριθμὸν γὰρ τοσόνδε προὐθέμην.
ὁ μὲν ζάπλουτος, εἰς γένος δ' οὐκ εὐτυχὴς,
ἀλγεῖ μὲν, ἀλγεῖ, παγκάλως δ' ἀλγύνεται,
ὄλβου διοίγων θάλαμον ἥδιστον χερί.
ἔξω δὲ βαίνων τοῦδε, τὸν πάρος χρόνον
πλουτῶν, ὑπ' ἄτης ζεύγλαν ἀσχάλλει πεσών.
ὅστις δὲ γαῦρον σπέρμα γενναῖόν τ' ἔχων
βίου σπανίζει, τῷ γένει μὲν εὐτυχεῖ,
πενίᾳ δ' ἐλάσσων ἐστὶν, ἐν δ' ἀλγύνεται,
φρενῶν δ' ὑπ' αἰδοῦς ἔργ' ἀπωθεῖται χεροῖν.
ὁ δ' οὐδὲν οὐδεὶς, διὰ τέλους δὲ δυστυχῶν,
τοσῷδε νικᾷ· τοῦ γὰρ εὖ τητώμενος
οὐκ οἶδεν, αἰεὶ δυστυχῶν κακῶς τ' ἔχων.
οὕτως ἄριστον μὴ πεπειρᾶσθαι καλῶν.
ἐκεῖνο γὰρ μεμνήμεθ'· οἷος ἦν ποτὲ
κἀγὼ, μετ' ἀνδρῶν ἡνίκ' εὐτύχουν ποτέ!

Ego ex vetusta nobili sententia Mortalibus primum esse non nasci puto. At fortium cui de tribus victoriam Addico? nam sunt divites, sunt pauperes, Sunt genere clari; triplicem hic classem vides. Vir dives, ortu sequiori prosatus Dolet profecto, dolet, sed pulchre dolet, Opum recludens dulce conditorium. Verum inde provolutus irato deo Tanto ruina tristiore affligitur. At quisquis ortum stirpe generosa trahens Re vivit arcta, quo satu est felicior, Hoc gravius illum dura paupertas premit, Victum parare dum manu prohibet pudor. At ultimae qui sortis assidue est miser, Hoc vincit alios, se quod orbatum bonis Non sentit, usque assuetus infortunio. Meliora nunquam scisse tanto est tutius. Nam semper illud haeret; ah! qualis fui, Quantusque fatis usus olim prosperis! Duo priores versus leguntur etiam Stob. tit. 96. p. 531. Gesn. 98. p. 409. Grot. Utroque loco e Bellerophonte petiti dicuntur versus in Gesn. et Grot. apud Gaisf. etiam tit. 98. nam tit. 97. in Trinc. et Paris. A. nihil nisi *Εὐριπίδου* legitur. Ad priores versus respexisse Plutarch. T. II. p. 115. C. non nisi e vocabulo θρυλλούμενον coniicias. V. 3. Gesn. βροτῶν, sed in marg. μοιρῶν, et sic Paris. A. B. Tum ἓν κρίνω Trinc.

Paris. A. *νίκαν* Gesn. *νικᾶν* B. Hinc Grot. *τρισσῶν δὲ μοιρῶν τίνι κρίνω νίκην μιᾷ;* Debebat saltem *κρινῶ*, ob metrum, quod Heath monuit. Io. Pierson. ut Valck. in marg. annotavit, em. *τρισσῶν δὲ μοιρῶν ἐγκρίνω (ἐγκρινῶ) νικᾶν μίαν.* Similiter Gaisf. „An: *ἐγκρινῶ νίκην μιᾷ?*" Musgr. *τρισσῶν δὲ βιότων ἑνὶ κρίνω νίκην μίαν*, quod unde sumserit an ipse excogitaverit, ignoro. Ita explicari potest, quomodo *βροτῶν* scribi potuerit. Sed etiam *β* et *μ* saepe inter se confunduntur. Vid. Bast. comm. palaeogr. p. 708. — V. 4. *χὤτῳ* pro *καὶ ὅτῳ* Barn. — V. 5. *πενίαν γ᾽* scripsisse Pierson. annotavit Valcken. — V. 8. laudat Plutarch. T. II. p. 1069. A. sed *πλούτου* habet pro *ὄλβου*. — V. 10. Trinc. Gesn. *ζεύς τ᾽ ἀνασχάλλει* Gesn. forte *ἂν ἀσχάλλει*, Grotius et Barn. *εὐθὺς ἀσχάλλει.* Salmas. *ζεύγλαν ἀσχάλλει*, ut *μελανόζυγ᾽ ἄταν* Aesch. Suppl. 538. idem coni. Musgrav., conferri iubens Iphig. A. 444. (433.) Gaisf. ed. *ζεῦγμ᾽ ἂν ἀσχάλλῃ.* nam Paris. A. *ζεύς τ᾽ ἂν ἀσχάλλη.* At hoc soloecum est. Melius Boisson. *ζεῦγμ᾽ ἂν ἀσχάλλοι.* Paris. B. *ζῶν* (m. s.) *τ᾽ ἂν ἀσχάλλοι.* — V. 11—14. sunt etiam apud Stob. tit. 94. p. 517. = 96. p. 385. Pro *γαῦρον* Valck. in marg. coni. *γαῦρος.* — V. 13. *ἐν δ᾽ ἀλγ.* Gesn. Grot. Gaisf. *ἓν δ᾽ ἀλγ.* Barn. Musgr. V. 16. *ἡττωμένος* pro *τητώμενος* Gesn. legendum coni. in marg. et sic Paris. A. teste Gaisf. Recte vero distinctionem post *τητώμενος* sublatam post *οἶδεν* transtulit Heath: *nescit se bona fortuna carere, quum semper infelix sit.* — V. 18. *ἄμεινον* pro *ἄριστον* Gesn. in marg. et sic Paris. A.

XXI. (XXV.) Iustin. Martyr. de monarch. p. 108. C. ed. Colon. 1686.

Φησίν τις εἶναι δῆτ᾽ ἐν οὐρανῷ θεούς;
οὐκ εἰσὶν, οὐκ εἰσ᾽. εἴ τις ἀνθρώπων λέγει,
μὴ τῷ παλαιῷ μωρὸς ὢν χρήσθω λόγῳ.
σκέψασθε δ᾽ αὐτὰ, μὴ ᾽πὶ τοῖς ἐμοῖς λόγοις
γνώμην ἔχοντες. φήμ᾽ ἐγὼ, τυραννίδα
κτείνειν τε πλείστους κτημάτων τ᾽ ἀποστερεῖν,
ὅρκους τε παραβαίνοντας ἐκπορθεῖν πόλεις.
καὶ ταῦτα δρῶντες μᾶλλον εἰσ᾽ εὐδαίμονες
τῶν εὐσεβούντων ἡσυχῇ καθ᾽ ἡμέραν·
πόλεις τε μικρὰς οἶδα τιμώσας θεοὺς,
αἳ μειζόνων κλύουσι δυσσεβεστέρων,

λόγχης ἀριθμῷ πλείονος κρατούμεναι.
οἶμαι δ᾽ ἂν, ὑμᾶς, εἴ τις ἀργὸς ὢν θεοῖς
εὔχοιτο, καὶ μὴ χειρὶ συλλέγοι βίον,
τὰ θεῖα πυργοῦσ᾽, αἵ κακαί τε συμφοραί.

Vertit Grotius in Excerptis p. 379. *Et aliquis esse credit in coelo deos? Non sunt profecto: si quis esse existimat Ne se vetustae fabulae obtentu tegat Stolidus, negantem credulus nec me audiat, Res spectet ipsas. Nonne vis regum insolens Evertit illos opibus, hos tradit neci Et peierata diruit portas fide? Quaeque ista faciunt, multo agunt felicius Quam qui deos pacemque perpetuo colunt. Urbes minores video, sint quamvis piae, Maioribus parere, compulsas iugum Tolerare valido Marte numerosi agminis. Vestrum quoque aliquis si deos pertenderet Orare, victum nec sibi pareret manu, Documentum ab ipsis rebus acciperet brevi, Coelestis an vis calamitates arceat.*

V. 6. Grot. Barn. *πολλούς* pro *πλείστους*.

V. 7. *παραβαίνοντες* ed. Musgr. Oxon. operarum puto vitio. *παραβαίνοντας* dictum, quasi praecessisset *τυράννους*.

V. 11. Iustin. *δυσσεβεστέρῳ*. Corr. Grot.

V. 14. Post hunc versum Grotius inseruit illum: *βραχεῖ παρ᾽ αὐτῶν πραγμάτων πεῖραν λαβεῖν*, et sq. versum ita scripsit: *τὰ θεῖ᾽ ἀπείργουσ᾽ εἰ κακὰς τὰς συμφοράς.* Utrumque recepit Barnes. Deesse aliqua post v. 14. manifestum est, et eam horum sententiam fuisse, quam Grotius expressit, probabile. Sed haud dubie aliud quid etiam excidit, ut *αἱ ἔνδειαι τὰ θεῖα πυργοῦσ᾽ αἵ κακαί τε συμφοραί.* Nam hoc dicit, opinor; deorum opinionem procreavit inopia et calamitates, quum, qui inopia premuntur vel in calamitate sunt, hoc se erigant, quod divinum numen sibi auxilio fore putant. Quod argumentum est e genere *τῶν ἀντιστρεφόντων.* nam eodem fundamento nisi alii nullos deos esse collegerunt.

XXII. (XVIII.) Stob. tit. 98. p. 539. Gesn. 100. p. 419. Grot. et Gaisf.

Πρὸς τὴν νόσον τοι καὶ τὸν ἰατρὸν χρεὼν
ἰδόντ' ἀκεῖσθαι, μὴ 'πιτακτὰ φάρμακα
διδόντ', ἐὰν μὴ ταῦτα τῇ νόσῳ πρέπῃ.

Mali necesse est noscat ingenium, malo Qui vult mederi, more nec medicamina Adhibenda, sed quae tempus et res exigunt. Hic sine nota fabulae habet Paris. A. sed repetit paulo post cum lemmate θελλέροφοσ. V. 2. A. ἰῦσθαι.

XXIII. (XIX.) Stob. ibid.

Νόσοι δὲ θνητῶν αἱ μέν εἰσ' αὐθαίρετοι,
αἱ δ' ἐκ θεῶν πάρεισιν, ἀλλὰ τῷ νόμῳ
ἰώμεθ' αὐτάς. ἀλλά σοι λέξαι θέλω,
εἰ θεοί τι δρῶσιν αἰσχρὸν, οὐκ εἰσὶν θεοί.

Sunt plurima homines sponte quae accersunt sua; Sunt alia rursus missa de coelo mala, Queis ars medetur. Caeterum hoc dictum volo, Faciunt dei si prava, iam non sunt dei. V. ult. citat etiam Plutarch. T. II. p. 21. A. et p. 1049. E. sed priore loco pro αἰσχρὸν habet φαῦλον, ut Iustin. M. p. 108.

XXIV. (V.) Plutarch. π. εὐθυμ. T. II. p. 475. C. *Πρὸς δὲ τὰ φύσει δοκοῦντα λυπεῖν, οἷα νόσοι καὶ πόνοι καὶ θάνατοι φίλων καὶ τέκνων, ἐκεῖνο τὸ Εὐριπίδειον·*

Οἴμοι! τί δ' οἴμοι; θνητά τοι πεπόνθαμεν.

Heu! sed quid heu? quod patimur, humanum est malum. Grot. Exc. p. 378. Versum ἐκ τοῦ Βελλεροφόντου petitum esse indicat Diogen. Laert. IV, 26. (et hinc Hesych. Miles. p. 23. ed. Meurs.) ubi Crantor hunc versum crebro usurpasse narratur, et Suidas v. οἴμοι. Hic Euripidis versui statim subiungit versus Soph. Trach. 1230. quo inductus Grotius (eumque secutus Barn.) in Exc. p. 379. hos etiam ut Euripideos posuit, quod notatum Gatak. adv. misc. p. 506. F.

XXV. (XXI.) Stob. tit. 110. p. 581. Gesn. 112. p. 465. Grot. 111. Gaisf.

Ὁρῶς δ' ἀέλπτων μυρίων ἀναστροφάς.
πολλοὶ μὲν οἶδμα διέφυγον θαλάσσιον,
πολλοὶ δὲ λόγχαις πολεμίων ἀμείνονες
ἥσσους γεγῶτες κρείσσον' ἦλθον εἰς τύχην.

Spem praeter omnem mille sunt rerum vices; Multos remisit sospites mare naufragum; Multi minores hostico in certamine In res secundas rursus enisos vides. V. 3. pro ἀμείνονες Grot. ἀμεινόνων.

XXVI. (VI.) Stob. tit. 2. p. 30. Gesn. ib. p. 11. Grot. Theoph. ad Autolyc. p. 115. ed. Paris.

Οὐδέποτ' εὐτυχίαν κακοῦ ἀνδρὸς ὑπέρφρονά τ' ὄλβον
βέβαιον εἰκάσαι χρεὼν,
οὐδ' ἀδίκων γενεάν· ὁ γὰρ οὐδενὸς ἐκφὺς
χρόνος δικαίους ἐπάγων κανόνας
δείκνυσιν ἀνθρώπων κακότητας ἐμοί.

Utcunque malis commodat auras Fortuna suas, utcunque ferox Partas subito quum spectat opes Raptor, spreto iure superbit, Nihil hic stabile est tutumque nihil: Negat heredem res rapta sequi. Tempus nullo genitore satum Aequat normis omnia rectis, Tandemque malas detegit artes. V. 1. ὑπέρφρονά τ' ὄ, Gesn. marg. et Schow. ex C. W. pro ὑπ. δ' ὄ. ἐμοί in fine male assutum censens Valck. abiecit, Iacobs addit. animadv. in Athen. p. 46. in ἀεί mutavit, Reisig autem Coniect. in Arist. I. p. 220. scribi iussit κακότητ' ἄσημον.

XXVII. (XX.) Stob. tit. 103. p. 560. Gesn. 105. p. 433. Grot. et Gaisf.

Ποῦ δὴ τὸ σαφὲς θνατοῖσι βιοτᾶς;
θοαῖσι μὲν ναυσὶ πόρον πνοαὶ κατὰ
βένθος ἅλιον ἰθύνουσι· τύχας δὲ θνητῶν
τὸ μὲν μέγ' εἰς οὐδὲν ὁ πολὺς χρόνος
μεθίστησι, τὸ δὲ μεῖον αὔξων.

Quid in humana certum vita est? Cursum ratibus venti celeres Per maris alti vada vasta regunt; At fortunas sublime sitas Hominum in praeceps agit ipsa dies Pressasque levat. V. 1. Musgr. θνητοῖσι βροτοῖς. V. 3. βένθους Gesn. Correxit Grot. et βένθος Arsen. s. Mosqu. Pro ἅλιον Paris. A. B. ἅλιαι. V. ult. Musgr. αὔξει. At vid. Gramm. gr. §. 631. 4. p. 1300.

XXVIII. (XXIV.) Stob. tit. 106. p. 568. Gesn. 108. p. 451. et Gaisf. Plutarch. π. εὐθυμ. T. II. p. 467. A. de vita Hom. p. 1194. ed. Wyttenb. Arrian. dissert. Epictet. II, 5.

Τοῖς πράγμασιν γὰρ οὐχὶ θυμοῦσθαι χρεών·
μέλει γὰρ αὐτοῖς οὐδέν· ἀλλ' οὑντυγχάνων,
τὰ πράγματ' ὀρθῶς ἢν τιθῇ, πράσσει καλῶς.

Nam neutiquam hominem rebus irasci decet: Nil quippe curant; vertere at in usus suos Quod casus offert, optimum ac tutissimum est. Iidem versus leguntur apud Stob. tit. 52. p. 360. Gesn. 54. p. 207. Grot. sed subiuncti duobus aliis, tanquam ex Erechtheo, ut lemma indicat, petiti. Hinc omnes quinque versus in fragm. Belleroph. posuit Musgrav. Mihi vero illi non inter se cohaerere videntur; nam primus et secundus de prudentia imperatoris agunt, isti de vitae ratione ad res externas accommodanda. Itaque secutus sum Barnes. qui v. 1. 2. inter fragm. Erechthei retulit. V. 2. Stob. 52. ap. Gesn. μέλλει οὐδὲν γὰρ αὐτοῖς οὐδέν. sed 106 ut edidimus. tum ἀλλ' οὖν τυγχάνων utroque loco Gesn. Plutarch. bis ἀλλ' ὁ τυγχάνων, quod recepit Grot. tit. 108. sed tit. 54. μέλει γὰρ αὐτοῖς οὐδὲν ἄλλ' ἐπὶ τυγχάνον. Paris. A. tit. 54. ἄλλου τυγχ. Hinc Valcken. ad Phoen. 221. ἀλλ' οὑντυγχάνων - -

XXIX. (XXVIII.) Aelian. hist. anim. V, 34. Τοιοῦτόν τινα καὶ τὸν Βελλεροφόντην ἡρωϊκῶς καὶ μεγαλοψύχως εἰς θάνατον παρεσκευασμένον ὑμνεῖ ὁ Εὐριπίδης· πεποίηκε γοῦν πρὸς τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν λέγοντα αὐτόν·

Ἦσθ' εἰς θεοὺς μὲν εὐσεβής, ὅτ' ἦσθ', ἀεί,
ξένοις τ' ἐπήρκεις, οὐδ' ἔκαμνες εἰς φίλους.

καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις. *Eras, tibi esse dum datum, in superos pius, Et hospitalis proque amicis impiger.* Grotius in Excerpt. p. 379.

XXX. (IV.) Aristoph. Pac. 721.

Ὑφ' ἅρματ' ἐλθὼν Ζηνὸς ἀστραπηφορεῖ·

ubi Schol. Ὁ στίχος ἐκ Βελλεροφόντου Εὐριπίδου. Loquitur haud dubie deus aliquis, ut in Hippolyti et Helenae exitu.

Quos versus Grot. Exc. p. 379. tanquam e Belleroph. petitos habet Πῶς μητέρ' ὄντα τὴν ἐμὴν, βραχὺς ὁ λόγος, Ἑκὼν ἑκοῦσαν, ἢ θέλουσαν οὐχ ἑκών. (Barn. v. 24 sq.) sumtos ex Aristot. Ethic. Nicom. V, 19. ii ad Belleroph. vix accommodati sunt. Vid. fr. inc. fab. XC.

Sed huc referendus esse videtur locus apud Schol. Venet. Bekk. ad Aristoph. Pac. 96. καὶ Εὐριπίδης ἔρχεσθαι ὀλολύζετ' ὦ γυναῖκες ὡς ἐλέχθη θεὰ ἡ χρυσὸν ἔχουσα γοργόνα ἐπίκουρος πόλει. quae Seidler. sic emendavit: Ὀλολύζειν ἀντὶ τοῦ εὔχεσθαι. Καὶ Εὐριπίδης·

ὀλολύζετ', ὦ γυναῖκες, ὡς ἔλθῃ θεὰ
χρυσῆν ἔχουσα Γοργόν' ἐπίκουρος πόλει.

Nam quae paulo ante ex Euripide commemorata sunt, ea e Bellerophonte sumta esse annotatur.

BUSIRIS.

Fabulae argumentum habet Hygin. fab. 56. *In Aegypto apud Busiridem, Neptuni filium quum esset sterilitas et Aegyptus annis novem siccitate exaruisset, ex Graecia augures convocavit. Thrasius, Pygmalionis fratris filius, Busiridi monstravit, immolato hospite, venturos imbres, promissisque fidem ipse immolatus exhibuit.* Cf. Apollod. 2, 5, 11. Drama satyricum suisse Osann in Wolf. Anal. II. p. 536 sq. colligit e loco Diomedis Gramm. p. 488. Putsch. *Latina Atellana a Graeca satyrica differt, quod in satyrica fere satyrorum personae inducuntur, aut si quae sunt ridiculae similes satyris, Autolycus, Burris.* ubi e Codd. Paris. leg. *Busiris.*

I. Stob. tit. 60. p. 384. Gesn. 62. p. 235. Grot. et Gaisf.

Δούλῳ γὰρ οὐχ οἷόντε τἀληθῆ λέγειν,
εἰ δεσπόταισι μὴ πρέποντα τυγχάνοι.

Servo profari quamlibet verum nefas, Usus heriles ferre si verum negant. Blomfield. ad Aesch. Choeph. 71. πρέποντα explicat δοκοῦντα, *quae placita sunt,* quod vereor, ut cuiquam probet. Idem pro τυγχάνοι legi vult τυγχάνει. Sed vid. Gramm. gr. §. 524. not. 2. 3. p. 1017.

II. Hesych. *Ἁγνίσαι, ἀποθῦσαι, Βουσίριδι*, ubi VV. DD. *Εὐριπίδης* excidisse censent.

III. Idem. *Ἀτρεκήσασα, ἀκριβωσαμένη. Εὐριπίδης Βουσίριδι.*

CADMUS

tragoedia non nisi Probi ad Virg. Ecl. VI, 31. auctoritate nititur qui, Accipere debemus *aera*, inquit, quem Euripides in Cadmo *χάος* appellavit, sic: *Οὐρανὸς ὑπὲρ ἡμᾶς καινῶς φοιτῶν ἕδος δαιμόνιον, τὸ δ' ἐν μέσῳ τοῦ οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς οἱ μὲν ὀνομάζουσι χάος.* Locum tractatum iam a Scaligero Coni. in Varr. p. 81. sic scribi posse coni. Valcken. diatr. p. 12.

οὐρανός θ' ἡμᾶς ὕπερ·
καὶ Γῆ, βροτῶν κοινόν τε δαιμόνων θ' ἕδος·
τὸ δ' ἐν μέσῳ τοῦ τ' οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς
χάος μὲν ὀνομάζουσιν.

Luzacius autem Exercit. acad. p. 97. aerem ab Euripide dictum esse *χάος* non credens Probo emendat: *οὐρανός θ' ἡμᾶς ὕπερ δίναισι φοιτῶν ἐστι δαιμόνων ἕδος*, et pro *χάος* scribit *φάος*. Priora probo; *χάος* vero ab Aristophane etiam Av. 191. et Ibyco sec. Suidam dictum esse aerem, ostendit Huschke anal. crit. in anthol. gr. p. 108.

Ad hanc tragoediam Valcken. refert etiam, quae velut Euripidea nobis servavit Hermogenes p. 226. 227. (fr. inc. CLXVI. ap. Musgr.)

Οἴ μοι! δράκων μου γίγνεται τό γ' ἥμισυ,
τέκνον, περιπλάκηθι τῷ λοιπῷ πατρί.

collato Ovid. Metam. IV, 584. *me tange, manumque Accipe, dum manus est, dum non totum occupat anguis.*

CHRYSIPPUS.

Apollod. III, 5, 5. *Λάϊον δὲ ἐξέβαλον* Amphion et Zethus. *ὁ δὲ ἐν Πελοποννήσῳ διατελῶν ἐπιξενοῦται Πέλοπι, καὶ τούτου παῖδα Χρύσιππον ἁρματοδρομεῖν διδάξας.* Eum *ἐκ τῆς προτέρας γυναικὸς* Pelopi natum dicit Schol. Il. *β'*, 105. *ἔκ τινος Ἀξιόχης νόθον* Schol. Eurip. Or. 5. *ἐξ Ἀξιόχης νύμφης* Schol. Pind. Ol. 1, 144. Cf. Hygin. fab. 85. qui etiam propter formae dignitatem eum Nemeae ludis raptum scribit. Athenaeus XIII. p. 602. F. *ἄλλοι δέ φασι τῶν τοιούτων ἐρώτων (τοῦ παιδεραστεῖν) κατάρξασθαι Λάϊον ξενωθέντα παρὰ Πέλοπι καὶ ἐρασθέντα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Χρυσίππου, ὅν καὶ ἁρπάσαντα καὶ ἀναθέμενον εἰς ἅρμα εἰς Θήβας φυγεῖν.* quod ex Euripide narrat Aelian. hist. anim. VI, 15. cf. argum. Aeschyl. S. c. Th. Schol. Eurip. Phoen. 1760. Pelopem bello eum recuperasse solus narrat Hyginus, qui ita pergit: *hunc Atreus et Thyestes matris Hippodamiae impulsu interfecerunt, Pelops quum Hippodamiam argueret, ipsa se interfecit.* Cf. Schol. Il. *β'*, 105. Schol. Eurip. Or. 5. Pausan. VI, 20, 4. p. 502. *τὴν δὲ Ἱπποδάμειάν φασιν ἐς Μιδέαν τὴν ἐν τῇ Ἀργολίδι ἀποχωρῆσαι, ἅτε τοῦ Πέλοπος ἐπὶ τῷ Χρυσίππου θανάτῳ ἐς ἐκείνην ἔχοντος τὴν ὀργήν.* Contra Schol. Eurip. Phoen. 1760. *ὁ δὲ Χρύσιππος ὑπὸ αἰσχύνης ἑαυτὸν διεχρήσατο τῷ ξίφει*, e Pisandro, ut videtur. Hoc secutum esse Euripidem in cognomine fabula suspicatur Valcken. diatr. p. 23 sq. De reliqua oeconomia fabulae nec Valcken. quidquam monuit, neque ob paucitatem fragmentorum doceri potest. In Agathonis gratiam tragoediam scriptam esse narrat Aelian. V. H. II, 21.

I. Clem. Alex. Strom. II. p. 388. B. ed. Sylb. (462, 17. ed. Heins.) *ὁ μὲν Λάϊος ἐκεῖνος κατὰ τὴν τραγῳδίαν φησιν·*

Λέληθεν οὐδὲν τῶνδέ μ' ὧν σὺ νουθετεῖς,
γνώμην δ' ἔχοντά μ' ἡ φύσις βιάζεται.

quod Grotius in Stobaei Floril. tit. 5. p. 173. intulit. *Ego esse vera et recta quae memoras scio, Sed improbata cogit ingenium sequi.* Cf. Excerpta p. 467. Ad Chrysippum referendum docuit Valckenaer. quem vide p. 21 sq.

II. Plutarch. T. II. p. 446. A. *αἱ δὲ τῆς ἀκρασίας (φωναί) γνώμην ἔχοντά μ' ἡ φύσις βιάζεται, καὶ*

Αἴ αἴ τόδ' ἤδη θεῖον ἀνθρώποις κακὸν,
ὅταν τις εἰδῇ τἀγαθὸν, χρῆται δὲ μή.

Idem est apud Stob. tit. 5. p. 63. Gesn. p. 35. Grot. ubi *τόδ' ἤδη θεῖον* legitur pro *τὸ δὴ θεῖον* ut est etiam apud Plut. T. II. p. 33. E. Utrumque locum ex Euripidis Chrysippo esse probabile fit loco Alcinoi Isag. in Plat. c. 24. p. 52. ed. Oxon. citatus a Valcken. p. 22. Utroque autem loco loquitur Laius. Grotius vertit: *Eheu! malum illud evenit divinitus, Quum quis videt meliora, nec sequitur tamen.*

III. Stob. tit. 64. p. 409. Gesn. 66. p. 271. Grot. et Gaisf.

Γνώμη σοφός μοι, καὶ χέρ' ἀνδρείαν ἔχοι·
δύσμορφος εἴην μᾶλλον ἢ καλὸς κακός.

Qui mente pollet, valeat et promta manu. Turpem esse praestat ore, quam pulchrum et malum. Valck. p. 20. legendum censet v. 2. δυσμ. εἴη μ. ut Pelopis sit votum vel alterius de filio loquentis. Sed ut καλὸς κακός dictum est, id est, ἢ καλὸς εἴη, κακὸς ὤν, sic etiam δύσμορφος aliud quid adiunctum habere debuit, δύσμορφος εἴη, σοφὸς καὶ ἀνδρεῖος ὤν. An igitur legendum: γνώμη σοφός μοι (ὤν) καὶ χέρ' ἀνδρείαν ἔχων δυσμ. εἴη μᾶλλον - - Pro ἔχοι Paris. A. ἔχειν.

IV. Stob. tit. 103. p. 560. Gesn. 105. p. 433. Grot. et Gaisf.

Ὦ δέσποτ', οὐδεὶς οἶδεν ἄνθρωπος γεγὼς
οὔτ' εὐτυχοῦς ἀριθμὸν οὔτε δυστυχοῦς.

Here, nemo novit sorte mortali satus, Mensura quae sit prosperi atque improsperi. Duriusculum sane est εὐτυχοῦς et δυστυχοῦς pro τοῦ εὐτ. τοῦ δυστ. i. e. τῆς

εὐτυχίας, τῆς δυστ. Vid. Valck. p. 20. C. Sensus, puto, est: *nemo scit, quot felices casus, quot contra infelices sibi obventuri sint.*

V. (VI.) Plutarch. Amator. T. II. p. 750. A. B. τί οὐκ ἄν τις προσδοκήσειεν, εἰ καὶ Πρωτογένης ἔρωτι πολεμήσων πάρεστιν, ᾧ καὶ παιδιὰ πᾶσα καὶ σπουδὴ περὶ ἔρωτα καὶ δι' ἔρωτος

λήθη μὲν λόγων, λήθη δὲ πάτρας

οὐχ ὡς τῷ *Λαΐῳ* πέντε μόνον ἡμερῶν ἀπέχοντι τῆς πάτρας. Hunc locum Musgravius ad Chrysippum retulit, sic in numeros redactum:

— — — — — *λήθη λόγων*
λήθη δὲ πάτρας — — — — —

VI. (VII.) Sextus Empir. adv. Mathem. VI, 17. p. 360. ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ παρὰ τοῖς τραγικοῖς μέλη τὰ στάσιμα, φυσικόν τινα ἐπέχοντα λόγον, ὁποῖά ἐστι τὰ οὕτω λεγόμενα·

Γαῖα μεγίστη καὶ Διὸς αἰθὴρ,
ὁ μὲν ἀνθρώπων καὶ θεῶν γενέτωρ,
ἡ δ' ὑγροβόλους σταγόνας νοτίους
παραδεξαμένη τίκτει θνατοὺς,
τίκτει δὲ βορὰν, φῦλά τε θηρῶν,
ὅθεν οὐκ ἀδίκως
μήτηρ πάντων νενόμισται.

His Grotius in Excerpt. p. 417. proxime adiunxit ea quae sunt apud Philon. Iud. π. ἀφθαρσίας κόσμου p. 948. C. D. ed. Hoesch.

Χωρεῖ δ' ὀπίσω τὰ μὲν ἐκ γαίας
φύντ' εἰς γαῖαν, τὰ δ' ἀπ' αἰθερίου
βλαστόντα γονῆς εἰς οὐράνιον
πόλον ἦλθε πάλιν· θνήσκει δ' οὐδὲν
τῶν γιγνομένων, διακρινόμενον δ'
ἄλλο πρὸς ἄλλου
μορφὴν ἰδίαν ἀπέδειξε.

Totum sic vertit Grotius: *Maxima Tellus et Iovis Aether, Hic idem hominum divumque sator. Pluvios latices illa receptans Pariter generant genus humanum hominumque dapes brutumque pecus. - - - Retroque meant, quae terra dedit, Iterum in terram;*

quod ab aetherio Venerat ortu, coeleste poli Repetit templum; quae sunt horum Nihil emoritur, sed secretum Illud ab isto Propria sub imagine paret. Omisit enim vss. 6. 7. pro verbis Sexti habens, quos Euripidis esse iam Fabricius ad loc. docuit. Verba *τὰ μὲν ἐκ γαίας* v. 8. — *πάλιν* perturbato ordine affert M. Antonin. VII, 50. *χωρεῖ δ'* usque ad *βλαστόντα γονῆς* Heraclid. alleg. Hom. p. 440. ed. Gale. V. 10. *βλαστάνοντα γῆς* Philo, et v. 13. *ἄλλο πρὸς ἄλλο* tribus locis. V. 11. a verbis *θνήσκει δ' οὐδέν*, usque ad finem citat idem Philo p. 939. D. et 963. E. Plutarch. de plac. philos. V, 19. p. 908. D. Clem. Alex. Strom. VI. p. 626. qui e Chrysippo petitos esse dicit.

V. 3. Toup. ad Theocr. T. II. p. 395. *ἡ δ' ὑγροβόλος*, ut *γαῖα ὑγροβόλος* dicta sit, sicut *ὄρος νιφοβόλον*. Cum his Valcken. p. 51. comparat Lucret. II. p. 99? sq.

V. 10. *γένη* pro *γονῆς* M. Anton. et *εἰς αἰθέριον πάλιν ἦλθε πόλον*. Ad sententiam cf. Eur. Suppl. 532 sqq. et annot. Vid. Valck. p. 35. 54. Wyttenb. ad Plut. p. 734.

V. 12. *τῶν γενομένων* Musgr. *τῶν γινομένων* Clem. — Tum Plut. *μεταμειβόμενα* pro *διακρινόμενον* quod in *μεταμειβόμενον* mutatum praefert Valck. ad Phoen. 838.

V. 13. *ἄλλο πρὸς ἄλλου* Valck. et Heath. pro *ἄλλο πρὸς ἄλλο*.

V. 14. *ἑτέραν* pro *ἰδίαν* Philo p. 963. et Clem. quod probat Gatak. ad M. Anton. Valck. ad Phoen. hic tamen, ab Heathio admonitus, sententiam mutat diatr. p. 19. Tum Clem. *ἐπέδειξεν*. Plut. *μορφὰς ἔδειξεν*.

VII. (V.) Hesych. *Εἰάζων, εἶα ἐπικελεύων. Εὐριπίδης Χρυσίππῳ.*

CRESPHONTES.

Fabulam enarrat Hygin. f. 137. 184. *Polyphontes Messeniae rex Cresphontem Aristomachi filium quum interfecisset, eius imperium et Meropen uxorem possedit. Cum qua Polyphontes, occiso Cresphonte, regnum occupavit. Filium autem eius infantem Merope mater, quem ex Cresphonte habebat, absconse ad hospitem in Aetoliam mandavit. Hunc Polyphontes maxima cum industria quaerebat, aurumque pollicebatur, si quis eum necasset. Qui postquam ad puberem aetatem venit, capit consilium, ut exsequatur patris et fratrum mortem. Itaque venit ad regem Polyphontem aurum petitum, dicens se Cresphontis interfecisse filium et Meropes Telephontem. Interim rex eum iussit in hospitio manere, ut amplius de eo perquireret. Qui quum per lassitudinem obdormisset, senex, qui inter matrem et filium internuntius erat, flens ad Meropen venit, negans eum apud hospitem esse nec comparere. Merope credens eum esse filii sui interfectorem, qui dormiebat, in Chalcidicum cum securi venit, inscia ut filium suum interficeret; quem senex cognovit et matrem ab scelere retraxit.* (vid. fr. XVII.) *Merope postquam vidit, occasionem sibi datam esse ab inimico se ulciscendi, redit cum Polyphonte in gratiam. Rex laetus quum rem divinam faceret, hospes falso simulavit se hostiam percussisse, eumque interfecit patriumque regnum adeptus est.* Cf. Pausan. IV, 3. p. 286. Apollodor. II, 8, 4. Meropes filio, qui ab aliis Aepytus vocatur, apud Euripidem nomen fuisse Cresphontis, ex Eustratio s. Aspasio ad Aristot. Ethic. III, 1. docuit Musgrav. *καὶ ἔστι παρ' Εὐριπίδῃ ἐν τῷ Κρεσφόντῃ ἐπιβουλεύουσα Κρεσφόντῃ τῷ υἱῷ, ὡς πολεμίῳ, δι' ἄγνοιαν.* Cf. fr. XV.

I—VII. (XII—XVIII.) Strabo VIII. p. 563. ed. Almelov. p. 191. Tauchn. *Περὶ δὲ τῆς φύσεως τῶν τό-*

πων καὶ τούτων καὶ τῶν Μεσσηνιακῶν ταῦτα μὲν ἀποδεκτέον λέγοντος Εὐριπίδου· τὴν γὰρ Λακωνικὴν φησιν ἔχειν

Πολλὴν μὲν ἄροτον, ἐκπονεῖν δ᾽ οὐ ῥάδιον·
κοίλη γὰρ, ὄρεσι περίδρομος, τραχεῖά τε,
δυσείσβολός τε πολεμίοις·

τὴν δὲ Μεσσηνιακὴν *καλλίκαρπον*

κατάῤῥυτόν τε μυρίοισι νάμασι
καὶ βουσὶ καὶ ποίμναισιν εὐβοτωτάτην,
οὔτ᾽ ἐν πνοαῖσι χείματος δυσχείμερον,
οὔτ᾽ αὖ τεθρίπποις ἡλίου θερμὴν ἄγαν.

καὶ ὑποβὰς τῶν πάλων φησιν, ὧν οἱ Ἡρακλεῖδαι περὶ τῆς χώρας ἐποιήσαντο, τὸν μὲν πρότερον γενέσθαι

γαίης Λακαίνης κύριον, φαύλου χθονός,

τὸν δὲ δεύτερον Μεσσήνης

ἀρετὴν ἐχούσης μείζον᾽, ἢ λόγῳ φράσαι.

Τὴν δὲ Λακωνικὴν καὶ τὴν Μεσσηνίαν ὁρίζειν αὐτοῦ φήσαντος

Πάμισον εἰς θάλασσαν ἐξορμώμενον

οὐ συγχωρητέον - - Οὐκ εὖ δὲ οὐδ᾽ ὅτι τῆς Μεσσηνίας ὁμοίως ἐπιθαλαττίας οὔσης τῇ Λακωνικῇ, φησὶν αὐτὴν

πρόσω ναυτίλοισιν

εἶναι. Ἀλλ᾽ οὐδὲ τὴν Ἦλιν εὖ διορίζει,

Πρόσω δὲ βάντι ποταμὸν Ἦλις ἡ Διὸς
γείτων κάθηται - -

In fragm. primo leg. ἐκπ. δ᾽ οὐ ῥᾳδίαν. V. 3. δυσείσβολος τε πολεμίοις pro δύσβολός τε πολέμοις coniectura assecutus est Casaub. Idem in *secundo* νάμασι pro ἅρμασι. Ibidem ποίμναισιν est a Valck. ad Eur. Phoen. 248. pro ποιμέσιν, εὐβοτωτάτην a Casaub. pro εὐβοτάτην. *Quintum* fragm. detexit Valck. diatr. p. 5. Ceterum recte Musgrav. monet haec nulli fere dramati Euripideo, praeterquam Cresphonti convenire, nec ulli fere Cresphontis parti, praeterquam prologo. Cur igitur extrema ea posuit?

VIII. (V.) Stob. tit. 92. p. 511. Gesn. 94. p. 381. Grot. et Gaisf.

Κέρδη τοιαῦτα χρή τινα κτᾶσθαι βροτῶν,
ἐφ᾽ οἷσι μέλλει μή ποθ᾽ ὕστερον στένειν.

Ea semper homines lucra sectari decet, Nullos dolores pone quae secum trahant. Quae sequuntur apud Stob. nullo lemmate ab isto distincta, ad Dictyem retulit Musgrav. e qua fabula citantur ibid. tit. 91. p. 507. Gesn. 93. p. 377. Grot. et Gaisf. Vid. Dict. fr. XI.

IX. (VI.) Schol. ad Eurip. Med. 85. τῇ δὲ διανοίᾳ ταύτῃ καὶ ἐν Κρεσφόντῃ κέχρηται οὕτως·

Ἐκεῖνο γὰρ πέπονθ᾽, ὅπερ ἅπαντες βροτοί,
φιλῶν μάλιστ᾽ ἐμαυτὸν οὐκ αἰσχύνομαι.

Mihi hoc quod aliis evenit mortalibus, Minimum inter omnes quos amo noceo mihi. Grot. Exc. p. 390. V. 1. Musgr. ἐκεῖνο δὴ πέπ. φιλῶν pro φίλων scribendum vidit Gataker. ad M. Antonin. XII, 4. qui cum aliis etiam poëtarum dictis comparavit. Verba esse Polyphontis viduae fratris scelus suum excusantis monuit Valcken. diatr. p. 183. Hanc sententiam Plato de Leg. p. 606. C. secutus esse videbatur Wyttenbach. ad Plut. p. 417.

X. (VII.) Plutarch. T. II. p. 110. D. Ἡ δὲ Μερόπη λόγους ἀνδρώδεις προφερομένη κινεῖ τὰ θέατρα λέγουσα τοιαῦτα·

Τεθνᾶσι παῖδες οὐκ ἐμοὶ μόνῃ βροτῶν,
οὐδ᾽ ἀνδρὸς ἐστερήμεθ᾽· ἀλλὰ μυρίαι
τὸν αὐτὸν ἐξήντλησαν ὡς ἐγὼ βίον.

Orbata natis mortuis, spolior viro Non sola ego hominum; mille sunt aliae, quibus Toleranda fuit haec vita, quae nunc est mihi. Grotius in Exc. p. 391. qui v. 2. ἄλλαι scripsit pro ἀλλά, sequacemque habuit Barnes. De sententia vid. Gatak. ad M. Anton. VII, 58. Davis. ad Tusc. III, 33. Valcken. ad Hippol. 834. diatr. p. 179. Brunck. ad Soph. El. 153.

XI. (II.) Schol. Eurip. Phoen. 159. περὶ δὲ τοῦ πλήθους τῶν Νιοβιδῶν αὐτὸς Εὐριπίδης ἐν Κρεσφόντῃ λέγει

- - - - - - καὶ δὶς ἕπτ᾽ αὐτῆς τέκνα
Νιόβης θανόντα Λοξίου τοξεύμασιν.

Haec ex eadem oratione Meropes desumta esse, e qua fragm. X. monuit Valcken. ad Eur. Schol. p. 626 sq.

XII. (X.) Plutarch. de cap. ex host. utilitate T. II. p. 90. A. ἡ Μερόπη φησίν·

- - - - - αἱ τύχαι δέ με
μισθὸν λαβοῦσαι τῶν ἐμῶν τὰ φίλτατα
σοφὴν ἔθηκαν.

Fortunae mihi Pretium auferentes res mihi carissimas, Sapientiam indidere. Grot. Exc. p. 390. Vid. Wyttenb. ad Plut. l. c. p. 628. ed. Oxon.

XIII. (I.) Sextus Empir. Pyrrh. hypot. III, 24, 230. p. 186. Clem. Alex. Strom. III. p. 432. Sylb. Stob. tit. 119. p. 603. Gesn. 121. p. 495. Grot. 120. Gaisf.

Ἐχρῆν γὰρ ἡμᾶς σύλλογον ποιουμένους
τὸν φύντα θρηνεῖν, εἰς ὅσ᾽ ἔρχεται κακά,
τὸν δ᾽ αὖ θανόντα καὶ πόνων πεπαυμένον
χαίροντας εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν δόμων.

Nam nos decebat celebre cum coetu modo Lugere genitum, tanta qui intraret mala, At qui labores morte finisset graves, Hunc laude amicos atque laetitia exsequi. Tres posteriores versus afferunt etiam Strabo XI. p. 790. A. Almel. Plutarch. de aud. poët. II. p. 36. E. Dio Chrysost. 23. p. 276. ex parte saltem, primum et secundum Aristid. T. II. p. 199. unum secundum Aeschin. Axiocho §. 10. ed. Fisch. Vide Gatak. adv. p. 530. F. Fabric. ad Sext. Empir. Ex Euripidis Cresphonte petitos esse versus docet Cicero Tusc. disp. I, 48. qui etiam vertit.

V. 1. Clem. Arist. ἔδει γάρ. Stob. ἐχρῆν μέν. γάρ expressit Cicero.

V. 2. Stob. τὸν ζῶντα. De accentu in φύντα vid. Schaef. ad Gregor. p. 284. not.

V. 3. Sext. καὶ κακῶν πεπ.

XIV. (VIII.) Gellius VII, 3. *Recte hoc vitio dat Lucilius poëtae Euripidae, quod, quum Polyphontes rex propterea se interfecisse fratrem diceret, quod ipse ante consilium de nece eius cepisset, Merope fratris uxor hisce eum verbis eluserit:*

Εἰ γάρ σ᾽ ἔμελλεν, ὡς σὺ φῄς, κτείνειν πόσις,
χρῆ καὶ σὲ μέλλειν, ὡς χρόνος δῆθεν παρῆν.

Si te, ut ais, interficere vir voluit tuus (imo *meus*) *Sat erat tibi quoque velle quum tempus foret.* Grot. Exc. p. 390. Valck. diatrib. p. 183. em. χρῆν pro χρή, et sic iam Casaubonum scribi voluisse annotavit Abr. Gronov. Idem voluerat Barnes. sed dedit χρῆ hoc pro χρῆν dici posse opinatus. Pro ὡς Valck. ἕως, una syllaba pronuntiandum. At ἕως nunquam monosyllabum est apud Tragicos. vid. Brunck. ad Phoen. 89. Nec χρόνος pro καιρός, *occasio*, recte accipere videtur Heath. Ironice haec dicta esse, particula δῆθεν indicat; *quippe tempus scilicet cunctandi aderat*, satis temporis erat, ut cunctari et rem differre facile posses.

XV. (IV.) Stob. tit. 53. p. 367. Gesn. 55. p. 209. Grot. et Gaisf. Polyb. XII. T. III. p. 434. ed. Schweigh.

Εἰρήνη βαθύπλουτε καὶ
καλλίστα μακάρων θεῶν,
ζῆλός μοι σέθεν, ὡς χρονίζεις
δέδοικα δὲ μὴ πρὶν πόνοις
ὑπερβάλῃ με γῆρας,
πρὶν σὰν χαρίεσσαν προσιδεῖν ὥραν
καὶ καλλιχόρους ἀοιδὰς
φιλοστεφάνους τε κώμους.
ἴθι μοι, πότνια, πόλιν
τάνδ᾽· ἐχθρὰν στάσιν εἶργ᾽ ἀπ᾽ οἴκων
τὰν μαινομέναν τ᾽ ἔριν,
θηκτῷ τερπομέναν σιδάρῳ.

Pulcherrima diva dearum, Pax, circumfusa beato Sequitur quam copia cornu, Nimium nimiumque morantem Te te, dea, cernere flagro, Metuens ne plena laborum Senio mea vita fatiscat, Tua nectare plena priusquam Detur semel ora tueri Et carmina iuncta choreis Epulasque et florea serta. Ades huic venerabilis urbi, Longeque penatibus arce Dirae mala seditionis; Fugiat discordia, ferro Quae ludere gaudet acuto. Videtur haec Chorus senum pronuntiasse ab initio fabulae, fortasse post colloquium Meropes cum Polyphonte habitum, vigentibus adhuc discordiis civilibus inter optimatium factionem, quae per Polyphontem Cresphontem regem interfecerat, et populares viros, (vid. Paus. IV. p. 286.) quae timet chorus ne in bellum intestinum exardescant.

V. 1. Polyb. *εἰρήνα* et om. *καὶ*.

V. 4. *πόνοις* om. Polyb.

V. 6. Stob. Gesn. *πρὶν γὰρ χαρ. πρόειδε ὥραν.* Polyb. *πρὶν ἄν.* E coni. Gesn. *πρὶν σάν* dedit Grot. *πρίν περ* Gaisf. e Paris. A. B. Tum *προϊδεῖν* Paris. A. B. Grot. *προσιδεῖν* Polyb. quod, ut sententiae accommodatius, auctoribus Heath. et Musgr. recepi.

V. 7. Stob. Gesn. *καλλιχρόνους*. Gesn. coni. *καλλιχόρους*, et sic A. Arsen. Polyb. *καλλιχώρους* Voss.

V. 9. 10. *πόλιν τάνδ'*. Sic recte interpunxit Boisson. pro *πόλιν, τάνδ' ἐχθρ.* vel *τὰν δ' ἔ.*

XVI. (IX.) Plutarch. consol. ad Apollon. T. II. p. 110. B. *Ὁ Κρεσφόντης δέ που ὁ παρὰ τῷ Εὐριπίδῃ περὶ τοῦ Ἡρακλέους λέγων,*

Εἰ μὲν γὰρ οἰκεῖ, φησὶ, νερτέρας ὑπὸ χθονὸς,
ἐν τοῖσιν οὐκέτ' οὖσιν, οὐδὲν ἂν σθένοι.

Si namque inhabitat mersa sub terram loca, Ut mortui, esse desiit nec quid potest. Grotius in Exc. p. 390.

XVII. (XI.) Plutarch. de esu carn. T. II. p. 998. E. *Σκόπει δὲ καὶ τὴν ἐν τῇ τραγῳδίᾳ Μερόπην ἐπὶ τὸν υἱὸν αὐτὸν (αὐτῆς) ὡς φονέα τοῦ υἱοῦ πέλεκυν ἀραμένην καὶ λέγουσαν,*

Ὁσιωτέραν δὴ τήνδ' ἐγὼ δίδωμί σοι
πληγήν,

ὅσον ἐν τῷ θεάτρῳ κίνημα ποιεῖ, συνεξορθιάζουσα φόβῳ, καὶ δέος, μὴ φθάσῃ τὸν ἐπιλαμβανόμενον γέροντα, καὶ τρώσῃ τὸ μειράκιον. *Ὁσιωτέραν* pro *'ωνητέραν* Valck. diatr. p. 181. e MSS. Wyttenb. ne verbum quidem addidit.

XVIII. Plutarch. de discr. adul. et am. T. II. p. 63. A. *Ὅθεν ἡ μὲν τραγικὴ Μερόπη παραινεῖ·*

Φίλους δὲ τοὺς μὲν μὴ χαλῶντας ἐν λόγοις
κέκτησο, τοὺς δὲ πρὸς χάριν σὺν ἡδονῇ
τῇ σῇ πονηροὺς κλεῖθρον εἰργέτω στέγης.

Praecepta vitae regendae esse videntur, a matre filio, quum iam post peractam caedem regnum suscepisset, data, sicut sequens etiam. Sed Stob. tit. 3. p. 36. Gesn. p. 17. Grot. et tit. 14. p. 148. Gesn. p. 83. Grot. ex

Erechtheo petita habet; quod verius videtur Wyttenb. p. 489.

XIX. (III.) Stob. tit. 31. p. 212. Gesn. ibid. p. 137. Grot.

Αἰδὼς ἐν ὀφθαλμοῖσι γίγνεται, τέκνον.

O nate, in oculis nascitur castus pudor.

CRESSAE.

Fabula a Cressarum mulierum, quae Aëropen Catrei Cretensis filiam Argos comitatae erant, choro nominata. In ea Atrei et uxoris Aeropes (vid. Helen. 391. Orest. 18.) historiam exhibitam esse apparet e Schol. Aristoph. fr. I. et ostendit Bentlei. epist. ad Mill. p. 471 sqq. ed. Lips. Etiam schol. Arist. Ran. 873. *Ἀπολλώνιος δὲ ὅτι δύναται καὶ εἰς τὴν Ἀντιόπην* (leg. *Ἀερόπην*) *τὴν ἐν ταῖς Κρήσσαις* (sic Bentl. pro *Κρήταις*) *εἰρῆσθαι, ἣν εἰσήγαγε πορνεύουσαν.* Thyestae etiam in ea partes fuisse colligo e Schol. Aristoph. 432. ad verba *τῶν Θυεστείων ῥακῶν. ἤτοι τὰ τῶν Κρησσῶν, ἢ αὐτοῦ τοῦ Θυέστου.* Inducebatur igitur, puto, Thyestes ab Atreo post adulterium cum Aërope factum in exsilium eiectus, Hygin. f. 86. Reverso Thyestae fortasse convivium illud apparatum fuit, de quo fr. XII. XIII. Si vero etiam Cressae pannis obsitae prodibant, quod significare videtur illud scholion, plus iusto pannorum amans fuit Euripides. Quod vero Schol. Soph. Ai. 1297. narrat ad verba *ἐφῆκεν ἔλλοῖς ἰχθύσιν: Ἡ ἱστορία ἐν ταῖς Κρήσσαις Εὐριπίδου, ὅτι διαφθαρεῖσαν αὐτὴν (Ἀερόπην) λάθρα ὑπὸ θεράποντος ὁ πατὴρ Ναυπλίῳ παρέδωκεν ἐντειλάμενος ἀποποντῶσαι· ὁ δὲ οὐκ ἐποίησεν ἀλλ' ἐνεγγύησε Πλεισθένει,* id fortunam Aeropes vel in prologo eius fabulae vel ab Atreo opprobriis uxorem vexante expositum esse censeo. Ad hanc fabulam autem retuli etiam ea, quae ex Atreo vel Thyeste citantur, cuius nominis fabulas Euripideas nullas fuisse ostendit Valcken. diatr. p. 12.

I. Aristoph. Vesp. 759 sq.

τοῦτο δὲ
Ἅιδης διακρινεῖ πρότερον, ἢ 'γὼ πείσομαι

ubi Schol. *ἐν Κρήσσαις Εὐριπίδου ὁ Ἀτρεὺς πρὸς τὴν Ἀερόπην κρινεῖ ταῦτα.* ubi recte Toup. em. in Suid. T. III. p. 178. corrigit *ὁ Ἀτρεὺς πρὸς τὴν Ἀερόπην φησίν, Ἅιδης διακρινεῖ ταῦτα.* Haec sola verba, an totus versus cum parte praecedentis ex Euripide sumptus sit, non liquet.

II. (XI.) Stob. tit. 72. p. 437. Gesn. 74. p. 316. Grot. et Gaisf.

Οὐ γάρ ποτ' ἄνδρα τὸν σοφὸν γυναικὶ χρὴ
δοῦναι χαλινούς, οὐδ' ἀφέντ' ἐᾶν κρατεῖν·
πιστὸν γὰρ οὐδέν ἐστιν· εἰ δέ τις κυρεῖ
γυναικὸς ἐσθλῆς, εὐτυχεῖ κακὸν λαβών.

Non est viri prudentis, uxori nimis Laxare fraena et imperi vim cedere. Nil in muliere stabile; quod si cui bona Contigerit uxor, prosperum infortunium est. E Cressis haec petita esse, indicat lemma in Paris. A. et Voss.

III. (IV.) Stob. tit. 70. p. 430. Gesn. 72. p. 297. Grot. et Gaisf.

Γαμεῖτε νῦν, γαμεῖτε, κᾆτα θνήσκετε
ἢ φαρμάκοισιν ἐκ γυναικός, ἢ δόλοις.

Iam ducite, inquam, ducite uxores domum, Nempe ut veneno liceat aut fraude emori. Quae sequuntur apud Stob. et inde apud Barnes. et Musgrav. ea ex Eurip. Electr. (1101) 1091 sqq. petita esse iam Heath monuit.

IV. (VI.) Stob. tit. 107. p. 579. Gesn. 110. p. 459. Grot. 109. Gaisf.

Λύπη μὲν ἄτη περιπεσεῖν αἰσχρᾷ τινί·
εἰ δ' οὖν γένοιτο, χρὴ περιστεῖλαι καλῶς
κρύπτοντα, καὶ μὴ πᾶσι κηρύσσειν τάδε·
γέλως γὰρ ἐχθροῖς γίγνεται τὰ τοιάδε.

Grave est miseriis atque dedecore opprimi; At ferre si sors iubeat obducto mala Clependa velo, fama ne in vulgum exeat Turbaeque pariat hosticae ludibrium. Valcken. in marg. Stob. Grot. „A MS. *λυπῶν μὲν αὕτη.*“ *αὕτη* e Paris. A. commemorat etiam Gaisf. *λυπεῖ* scribendum coni. Valck. ad Eurip. Hipp. 247. quo vix opus. Cum

loco Eurip. Hipp. 464. Barn. hunc comparat Valck. ad l. I. II. III. IV. videntur esse Atrei de uxoris cum fratre adulterio conquerentis.

V. (II.) Etymol. M. p. 796, 10. *Εὐριπίδης παράγωγον ῥῆμα ἀπὸ τούτου ποιήσας φησὶν ἐν Κρήσσαις·*

- - πρὶν ἂν ἐκφλῆναί με καὶ μαθεῖν λόγον.

πρὶν γάρ Sylburg. et Heath. ob metrum. *ἂν* etiam idcirco vitiosum, quod *πρίν* cum infinitivo praeteriti temporis iunctum *ἄν* non solet asciscere. Si *γάρ* probes, deest apodosis. Haec autem perierit, an protasis, ignoramus. Ceterum recte Heath. vertit *priusquam ineptias exuerim et rationem didicerim.* Musgr. pro *με* malebat *σε*, quasi vero totius contextum loci nosset. Boisson. *πρὶν ἂν μὲν ἐκφλ.* scilicet ne syllaba deesset versui.

VI. (III.) Stob. tit. 29. p. 199. Gesn. ib. 127. Grot.

Οὐκ ἂν δύναιο μὴ καμὼν εὐδαιμονεῖν,
αἰσχρόν τε μοχθεῖν μὴ θέλειν νεανίαν.

Beatus esse non laborando nequis. Negotiorum turpis est iuveni fuga.

VII. (Thyest. II.) Stob. tit. 96. p. 530. Gesn. 98. p. 405. Grot. et Gaisf.

εἰ δ' ἄτερ πόνων
δοκεῖς ἔσεσθαι, μῶρος εἶ, θνητὸς γεγώς.

Desipis, quum sis homo, Si sine labore te usque victurum putas.

VIII. (V.) Stob. tit. 89. p. 502. Gesn. 91. p. 367. Grot. et Gaisf.

Ἐπίσταμαι δὲ καὶ πεπείραμαι λίαν,
ὡς τῶν ἐχόντων πάντες ἄνθρωποι φίλοι.

Experior equidem quam sit hoc verum nimis, Omnes amicos esse nunc locupletibus. Secundus versus est etiam apud Stob. tit. 90. p. 505. Gesn. 92. p. 375. et Gaisf ubi tres versus subiiciuntur ex Heracl. 740. 1. 2. a Barnes. inter fragmenta relati. Loquitur Thyestes, ut videtur.

IX. (Thyest. I.) Stob. tit. 90. p. 505. Gesn. 92. p. 373.

Πλούτου δ' ἀποῤῥυέντος, ἀσθενεῖς γάμοι·
τὴν μὲν γὰρ εὐγένειαν αἰνοῦσιν βροτοί,
μᾶλλον δὲ κηδεύουσι τοῖς εὐδαίμοσιν.

Haud facile pauper nuptias invenerit. Nam celsa gentis decora qui laudant, tamen Opulentiores potius affines legunt. Duos postremos versus citat etiam Aristoteles π. εὐγενείας apud Stob. tit. 84. p. 495. Gesn. 86. nr. 25. Gaisf. ubi ex codd. A. B. scribendum: οὐκ ὀρθῶς ἐπιτιμῶσιν ὁ Θεόγνις οὐδὲ ὁ ποιητὴς ὁ ποιήσας, ὅτι Ὡς τὴν μὲν εὐγ. αἰν. βρ. μᾶλλον δὲ κηδ. τοῖσι πλουσίοις.

X. (VII.) Athen. III. p. 97. A.

-- νόμος δὲ λείψαν' ἐκβάλλειν κυσίν

ἐν Κρήσσαις ὁ Εὐριπίδης ἔφη. *Reliquias mos habet canibus dari.* Grot. Exc. p. 391.

XI. (XII.) Apollon. Dysc. π. συνδεσμ. in Anecd. Bekk. p. 514, 5. Ἔτι μέντοι φησὶν ὁ Τρύφων, ὡς παρὰ [Εὐριπίδῃ] καὶ ἔτι ἄλλοις ποιηταῖς ὀνοματικῆς συντάξεως ἔτυχεν. ἐν μὲν γὰρ Κρήσσαις

Ἐγὼ χάριν σὴν παῖδας οὐ κατακτενῶ.

Bastius haec citans ad Gregor. Cor. p. 32. sic scripta habet: ἐγὼ χάριν σὴν παῖδά σου κατακτενῶ.

XII. (VIII.) Athen. XI. p. 504. B. *Εὐριπίδης ἐν Κρήσσαις·*

Τὰ δ' ἄλλα χαῖρε, κύλικος ἑρπούσης κύκλῳ.

Io. Pierson. teste Valcken. nota mspta ad Eur. Barn. coni. τὰ δ' ἄλλ' ἔχαιρε. Mitscherl. ad Horat. carm. I, 9, 9. locum sic scriptum laudat τὰ δ' ἄλλα χαίροι. Si recte coniecit Pierson. sermo esse de dapibus Thyesteis videri potest.

XIII. (IX.) Athen. XIV. p. 640. A. B. πολλάκις οὖν, ὡς ἔφην, τῶν τοιούτων ἡμῖν παρατιθεμένων ἐπιδορπισμάτων, ἔφη τις τῶν παρόντων·

Αἱ δεύτεραι πως φροντίδες σοφώτεραι.
τί γὰρ ποθεῖ τράπεζα; τῷ δ' οὐ βρίθεται;
πλήρης μὲν ὄψων ποντίων· πάρεισι δὲ
μόσχων τέρειναι σάρκες χηνεία τε δαὶς
καὶ πεπτὰ καὶ κροτητά, τῆς ξουθοπτέρου
πελάνῳ μελίσσης ἀφθόνως δεδευμένα.

φησὶν ὁ Εὐριπίδης ἐν Κρήσσαις. Primus versus dubito, an ab eo qui haec apud Athenaeum recitat, ex Hippol. 435. adiectus sit; quamquam Euripides non raro eosdem versus in diversis tragoediis posuit, ut monet Valcken. ad Hippol. l. c. Boeckh de trag. princ. p. 249. Si genuinus est hoc loco, videtur aliquis, qui e convivio abire voluerat, hoc versu moneri, ut mentem mutet: apparatissimas enim esse epulas. V. 4. vitiosus ob spondeum in quarta sede; itaque Heath legendum suspicabatur ἡ χηνεία δαίς, quasi de certo aliquo ferculo, vel de cibo fama hominum celebrato et aliunde noto sermo esset, Pierson. teste Valcken. nota mpsta ἡδεῖά τε δαίς, Musgr. σάρκε, χην. in quo τέρειναι σάρκε a Graecorum consuetudine abhorret, qui nec simpliciter sic duali pro plurali utuntur. Sq. v. πεπτά Schweigh. ad Athen. Animadv. T. VII. p. 499. interpretatur πέμματα. κροτητά haud dixerim cum eodem ea quae dum franguntur aut manducantur crepitent, nec κροτητὰ ἅρματα apud Soph. El. 714. esse videntur *currus crepitantes*, sed vel *inter se collisi*, vel *affabre facti* a ferro quo coniuncti sunt bene cuso, ut εὐκρότητος πρόχους Antig. 430. Quae sint autem κροτητά, equidem non sum rei culinariae ita peritus, ut diiudicare audeam, nisi forte sunt, ex eo genere, quod mulieres nostrae vocant *geschlagenen Kuchen; intrita* vertit Musgr. Versus duo postremi leguntur etiam apud Plutarch. T. II. p. 1097. D.

XIV. (X.) Achilles Tatius περὶ σφαίρας in Petavii Uranolog. p. 122. 140.

Δείξας γὰρ ἄστρων τὴν ἐναντίαν ὁδὸν
δήμους τ' ἔσωσα καὶ τύραννος ἱζόμην.

Cf. Strab. I. p. 43. A. ed. Almelov.

Ad Thyestem tragoediam Musgrav. retulit etiam versus apud Aristot. Rhet. II, 23.

Ἀλλ' εἴπερ ἐστὶν ἐν βροτοῖς ψευδηγορεῖν
πιθανόν, νομίζειν χρή γε καὶ τοὐναντίον,
ἄπιστ' ἀληθῆ πολλὰ συμβαίνειν βροτοῖς.

Nam scholiastes Aristot. (Paris. 1539. fol.*) fol. 43.

*) Liber est in bibl. regia Berolinensi, unde transcriptum locum benevole mecum communicavit Buttmannus.

vers. 27. ad hos versus. *Εὐριπίδου ταῦτα φησὶ πρὸς τὸν Θυέστην· ὅς ταῦτά φησι πρὸς τὸν Ἀτρέα, τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ.* Haec alieno loco, ut ait Musgr. id est post explicationem verborum *χρὴ σκοπεῖν* in versibus Theodectis §. 3. sequuntur. Sed suo loco ista: *εἰ ἐστὶν ἐν βρ. ψευδηγορεῖν πιθανά* (sic) *ἤτοι ψεύδεσθαι καὶ δοκεῖν πιθανὰ τοῖς πολλοῖς καὶ ἀληθῆ λέγειν, οὐ μέντοι γε δὲ ψευδῆ. Χρὴ νομίζειν καὶ τὸ ἐναντίον. ἤτοι ὅτι συμβαίνει πολλάκις ἀληθῆ μὲν λέγειν τινὰ, ἄπιστα δὲ καὶ ψευδῆ νομίζεσθαι τοῖς ἀκροαταῖς.* Sed sintne haec Thyestae verba, fratrem Atreum alloquentis, an Atrei Thyestem, e loco corrupto mihi quidem non liquet. Sententia eadem est, quae versuum Agathonis apud Aristot. rhet. II, 24. *τάχ᾽ ἄν τις εἰκὸς αὐτὸ τοῦτ᾽ εἶναι λέγοι, βροτοῖσι πολλὰ τυγχάνειν οὐκ εἰκότα.* quo philosophus respicit etiam poët. 18, 20. 26, 29.

Quod vero apud Dion. Cass. 58, 24. de Mamerco Aemilio Scauro narratur, eiusque tragoedia Atrei nomine inscripta: *παρῄνει δὲ τῶν ἀρχομένων τινὶ ὑπ᾽ αὐτοῦ κατὰ τὸν Εὐριπίδην, ἵνα τὴν τοῦ κρατοῦντος ἀβουλίαν φέρῃ,* in eo haud dubie, ut monuit Heath, respexit ad Phoen. 393. *τὰς τῶν κρατούντων ἀμαθίας φέρειν χρεών.*

CRETENSES.

Huius fabulae argumentum optime explicavit Bentlei. epist. ad Mill. p. 470 sqq. ed. Lips. Schol. Aristoph. Ran. 873. ad verba: *ὦ Κρητικὰς μὲν συλλέγων μονῳδίας. ἐν γὰρ τοῖς Κρησὶν Ἴκαρον μονῳδοῦντα ἐποίησε. καὶ οἱ μὲν εἰς τὴν Ἰκάρου μονῳδίαν ἐν τοῖς Κρησί· θρασύτερον γὰρ δοκεῖ εἶναι τὸ πρόσωπον· Ἀπολλώνιος δὲ ὅτι δύναται καὶ εἰς τὴν Ἀντιόπην τὴν ἐν τοῖς Κρήταις εἰρῆσθαι - - Τιμαχίδας δὲ διὰ τὴν ἐν τοῖς Κρησὶ μίξιν Πασιφάης πρὸς τὸν ταῦρον.* Icari, Daedali filii, quae partes fuerint in fabula, portentosum Pasiphaes amorem tractante, si quaeris, vix aliud occurrit nisi hunc cum Daedalo patre ob vaccam ligneam fabricatam, in qua inclusa Pasiphae tauro copiam

sui faceret, in Labyrinthum carcerem coniectum inde aufugisse. Scena erat in Creta insula, chorus e mystis constabat. vid. fr. II. Tale argumentum in scena exhiberi potuisse minus fortasse miraberis, si idem in tabula propositum apud Philostr. Imag. I, 16. legeris. Nec illud absurdum fuerit suspicari, Euripidem, Anaxagorae discipulum, rationes physicas in hac fabula secutum esse; quo etiam mystarum chorus spectat. Aliud autem est e physicis rationibus fabulam interpretari, aliud tales rationes et symbolicam aliquam vim vetustissimae iam fabulae subiectam fuisse, eique originem dedisse.

I. Schol. ad Aristoph. Ran. 1398. ad verba *Ἀλλ᾽ ὦ Κρῆτες, Ἴδης τέκνα, Τὰ τόξα λαβόντες ἐπαμύνατε* haec annotat: *ταῦτα δὲ παρὰ τὰ ἐκ Κρητῶν Εὐριπίδου.*

II. Porphyrius de abstinentia IV, 19. p. 172 sq. *Μικροῦ με παρῆλθε καὶ τὸ Εὐριπίδειον παραθέσθαι, ὅς τοὺς ἐν Κρήτῃ τοῦ Διὸς προφήτας ἀπέχεσθαί φησι διὰ τούτων. λέγουσι δὲ οἱ κατὰ τὸν χορὸν πρὸς Μίνω·*

Φοινικογενοῦς παῖ τῆς Τυρίας
τέκνον Εὐρώπας καὶ τοῦ μεγάλου
Ζανὸς, ἀνάσσων
Κρήτης ἑκατομπτολιέθρου,
ἥκω ζαθέους ναοὺς προλιπὼν,
οἷς αὐθιγενὴς τμηθεῖσα δοκοὺς
στεγανοὺς παρέχει Χαλύβῳ πελέκει,
καὶ ταυρόδετός γ᾽
ἀτρεκεῖς ἁρμοὺς κυπάρισσος.
ἁγνὸν δὲ βίον τείνομεν, ἐξ οὗ
Διὸς Ἰδαίου μύστης γενόμην,
καὶ νυκτιπόλου Ζαγρέως βιοτὰς
τάς τ᾽ ὠμοφάγους δαῖτας τελέσας,
μητρί τ᾽ ὀρείᾳ δᾷδας ἀνασχὼν,
καὶ Κουρήτων
Βάκχος ἐκλήθην ὁσιωθείς.
πάλλευκα δ᾽ ἔχων εἵματα, φεύγω
γένεσίν τε βροτῶν καὶ νεκροθήκης
οὐ χριμπτόμενος, τήν τ᾽ ἐμψύχων
βρῶσιν ἐδεστῶν πεφύλαγμαι.

Tyriae magno Phoenice satae Genus Europae summique Iovis, O qui Cretae Centena per oppida regnas,

Sacra advenio templa relinquens, Quas prisca domos dedit indigena Quercus chalyba secta bipenni, Taurique sibi glutine iungens De vera tigna cupressu, Puram vitam ducimus, ex quo Factus magni sum mysta Iovis, Et noctivagi vitam Zagreos Et crudivoras claudens epulas, Iacto Mater tibi magna mater faces Et Curetum dici incipio Sacratus rite sacerdos, Niveosque gerens habitus fugio Partus hominum, quaeque sepultos Monumenta tenent, nullaque utor Dape quae venit ex animante. Grot. Exc. p. 392.

V. 1. 2. V. D. in Diario class. Angl. 9. p. 197. coni. *Φανικογενής* et *κὰκ τοῦ μεγ. Ζ.*

V. 5—9. citat Erotianus v. *ἀτρεκεῖς* p. 36. ed. Franz. sed corruptissime, *Εὐριπίδης ἐν κλεισί* pro *ἐν Κρησί* etc. nam vix operae pretium est omnia menda enotare.

V. 6. *δοκούς* Erotian. *δορός* vet. ed. Porph. *δρῦς* edd. Porph.

V. 7. *στεγανούς* Cod. Monac. pro *στεγανάς*.

V. 8. Porph. *ταυροδέτῳ κρηθεῖσ'*. Erot. *τορολέτῳ κολληθείς*. Grotius in Exc. p. 391. *ταυροδέτρῳ κραθεῖσ'* quod recte explodit Bentl. „Quin et *ταυρόδετος*, inquit, non alibi reperio; neque vero intelligo, qui commode dici potuerit. Ut *ἀλυσίδετος* est *ἀλύσει δεθείς*, *κηρόδετος κηρῷ* et si qua sunt alia, sic et *ταυρόδετος* fuerit *ταύρῳ δεδεμένος*, *tauro compactus*, non *glutine taurino*. Nam quis obsecro *ταῦρον* usurpavit *ἀντὶ τῆς ταυροκόλλας?*" Nihilominus tamen Toup. Em. in Suid. T. II. p. 549. „Dicitur *ταυρόδετος taurino glutine compactus*, ut *ἐλεφαντόδετος dente elephantino vinctus*. Sed haec non omnibus sapiunt." Sibi sapiat Vir egregius, sed immodicus sui aestimator, contemtor aliorum. *ἐλέφας* non tantum belluam significat, sed etiam dentem elephanti et ebur; at *ταῦρος* non item gluten taurinum. Ipse scribi iubet *καὶ ταυρόδετος δέ*, *Atque adeo.*" Quod Graecae elegantiae est." Ad hoc Porson. in App. T. IV. p. 490. Quantocyus *Graecam* istam *elegantiam* dele et corrige *καὶ ταυροδέτους*, ipse tamen de vi vocis *ταυρόδετος* securus. Bentl. etsi miratus, unde illa vox in Porphyrii et Erotiani codices irrepserit, id non temere factum existimans, et fassus se hoc prompte expedire non posse, ne tamen *ἀσύμβολος* veniat, donec melius aliquid occurrat, *ταυροδέτῳ* de medio tollendum censet, totumque locum sic legendum indicat.

ἥκω ζαθέους ναοὺς προλιπών,
οἷς αὐθιγενὴς τμηθεῖσα δοκοὺς
στεγανὰς παρέχει Χαλύβων πελέκει
καὶ κολληθεῖσ'
ἀτρεκεῖς ἁρμὰς κυπάρισσος.

Scaliger, ut annotatum est in Fabric. Bibl. gr. T. VI. p. 237. not. s. hos versus in cod. suo manu sua hunc in modum emendaverat: *ἥ. ζ ν. πρ. Οὓς αὐθ. τμηθ. δοκὸς Στεγ. παρ. χαλύβῳ πελέκει Καὶ ταυροδέτῳ κρηθεῖσ' ἀτρεκεῖς Ἁρμοὺς κυπαρίσσῳ.* Cod. Monac. *ταυροδέτῳ κρηθεῖσ' ἀτρεκεῖς ἁρμοὺς κυπαρίσσου.* Tandem Hermann. apud Lobeck. de morte Bacchi (Viteb. 1810.) p. 11 sq. locum ita constituit:

ἥκω ζαθέους ναοὺς προλιπών,
οὓς αὐθιγενὴς τμηθεῖσα δοκοὺς
στεγανοὺς παρέχει Χαλύβῳ πελέκει
καὶ ταυροδέτῳ κόλλῃ κραθεῖσ'
ἀτρεκεῖς ἁρμοὺς κυπάρισσος.

quae verba ita ordinanda esse monet: *οὓς στεγανοὺς παρέχει αὐθιγενὴς κυπάρισσος, τμηθεῖσα δοκοὺς* (in tignos fissa) *χαλύβῳ πελέκει καὶ ταυροδέτῳ κόλλῃ κραθεῖσ' ἀτρεκεῖς ἁρμούς* (securium acie et glutine firmiter compacta). Pro *δοκούς* ut apud Erotianum legitur vet. ed. Porphyrii, et, teste Herm. Cod. Monac. *δορός*. Haec verba apud Lobeck. errore scribentis excidisse postea me monuit Hermann. *χαλύβῳ* idem firmat exemplo Aesch. S. ad Th. 734.

V. 12. Pro *βιοτάς* Herm. praefert lectionem cod. Monac. *βροντάς*, „dummodo dorica forma aboleatur, quam librarii crebro induxerunt. *Βροντὴ Ζαγρέως* quemadmodum dicatur, apparet ex Nonno Dionys. VI, 165. X, 294. XXXI, 35. XXXVIII, 209. XXXIX, 71." Equidem vereor, ne *βροντὴ Ζαγρέως* allegoricis seu

mysticis seriorum commentis accommodatius sit, quam Euripidi. Lobeck quoque aliud quid requirebat, et minime sibi displicere ait *σπονδάς*. Maltby etiam ad Morell. Thes. prosod. p. 413. mendum inesse suspicatur in voc. *βιοτάς* aut aliquid omissum.

V. 13. *τελέσας* Musgr. vertit *valedicens*, quod an recte fieri non possit, iure dubitat Maltby l. c. Hermann. monuit his versibus „vitae communis cultum et consuetudinem indicari, quam paulisper, dum sacris operam dabant, intermittebant.“ quod Lobeck. confirmat exemplo Pythagoreorum, qui hostias adrodere sibi religioni non duxerunt. Miror tamen inter ea, quae mystis propria erant, quaeque ad designandum *ἁγνὸν* illum *βίον* valere debent, ea etiam commemorari, quibus a reliquorum hominum victu et cultu non abhorrebant. Maltby l. c. coni. *τάς τ᾽ ὠμοφάγου δαιτὸς τελετάς*.

D A N A E.

Prologum huius fabulae primus e vetustis biblioth. Palatinae membranis edidit Hieron. Commelinus in editionis tragoediarum Euripidis parte altera. Sed illum Euripide prorsus indignum et hominis non antiquissimi foetum esse, ita demonstravit Iacobsius in Wolfii anal. p. IV. p. 392. ut mihi quidem omnem dubitationem exemerit. Assentitur etiam Wolfius l. c. Idem sibi quoque videri significaverat P. Elmslei. diar. class. n. 16. p. 432. (vid. Suppl. Markl. ed. Lips. p. 240.) in censura Edinburg. 37. p. 77. (Iphig. Markl. ed. Lips. p. 259.) et ad Heracl. 634. Itaque vitia et metri et dictionis, quae plurima in eo insunt, qui corrigere velit, videat ne non tam describentis librarii errores, quam insulsi versificatoris inscitiam corrigat. Equidem illud fragm. ita exhibui, ut in Commeliniana legitur.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

Ε Ρ Μ Η Σ.
Δ Α Ν Α Η.
Τ Ρ Ο Φ Ο Σ.
Α Κ Ρ Ι Σ Ι Ο Σ.
Α Γ Γ Ε Λ Ο Σ.
Χ Ο Ρ Ο Σ.
Α Θ Η Ν Α.

Ε Ρ Μ Η Σ.

Δόμοι μὲν οἵδ᾽ εὔπυργά τ᾽ ἐρύματα χθονὸς
οὐκ ἐν πολυχρύσοισιν ἤσκηται χλιδαῖς·
ἀρχὴν δὲ τῶνδε καὶ θεῶν ἱδρύματα
Ἀκρίσιος εἴληχεν, τύραννος τῆσδε γῆς·
Ἕλλησι δ᾽ Ἄργος ἡ πόλις κικλήσκεται.
οὗτος δ᾽, ἔρωτι παιδὸς ἄρσενος σχεθεὶς,
Πυθῶδ᾽ ἀφῖκτο, καὶ λέγει Φοίβῳ τάδε·
πῶς ἂν γένοιτο σπέρμα παιδὸς ἐν δόμοις,
τίνος θεῶν βροτῶν τε πρευμενοῦς τυχών.
κεῖνος δὲ δυσξύμβλητον ἐξήνεγκ᾽ ὄπα·
ἔσται μὲν, ἔσται παιδὸς ἄρσενος τόκος
οὐκ ἐξ ἐκείνου· πρῶτα γὰρ θῆλυν σπορὰν
φῦσαι δεήσει. κἄτά πως κείνη ποτὲ
εὐνὴν κρυφαίαν γνοῦσα καὶ μὴ γνοῦσα δὴ
ὑπόπτερον λέοντα τέξεται πατρὶ,
ὅς τῆσδέ γ᾽ ἄρξει χἀτέρας πολλῆς χθονός.
τοιαῦτ᾽ ἀκούσας Λοξίου μαντεύματα
γάμων ἀπείχεθ᾽· ὁ μὲν δέ γε τίκτει λαθὼν,
πρὸς τοῦ παρόντος ἱμέρου νικώμενος.
Δανάην δ᾽ ἐπωνόμαζε τήνδ᾽, ὅθ᾽ οὕνεκα
πολὺς παρῆλθεν εἰς γονὴν παίδων χρόνος.
ἐν παρθενῶσι δ᾽ εὐθὺς, οἷς ἐδείματο,
δίδωσιν Ἀργείαισιν εὔφρουρον κόραις,
εἰς ἀνδρὸς ὄψιν εὐλαβούμενος μολεῖν.
εἶθ᾽ ὡς ὁ μακρὸς ηὔξανεν ταύτην χρόνος,
καὶ κάλλος εἶχεν ἔξοχον καθ᾽ Ἑλλάδα,

φίλτροις ἀφύκτοις Ζεὺς κατασχεθεὶς πατὴρ,
εὐνῇ συνελθεῖν λάθρα πως ἠβούλετο.
σαφῶς δὲ πείθειν οὐκ ἔχων εἰς μηχανὴν
τοιάνδ᾽ ἐχώρησ᾽, ὡς ἄπυρος χρυσὸς γεγὼς,
ποθεινὸν εἰδὼς τοῦτο κτῆμα τοῖς βροτοῖς,
διὰ στέγους ῥεύσειεν ἐν χερσὶν κόρης.
ἡ δ᾽ οὖν μὴ γνοῦσα τὸν κεκρυμμένον δόλον
κόλποισι τὸν θεὸν εἰσρέοντ᾽ ἐδέξατο.
χρόνῳ δ᾽ ἑαυτὴν ὡς κατεῖδ᾽ ἐγκύμονα,
εἰς θαῦμ᾽ ἐσῄει, κἀξεπέπληκτο σαφῶς,
ὡς εἰς τόδ᾽ ἦλθε, μέμψιν εὐλαβουμένη.
φυγῇ δὲ λάθρα τῆσδε γῆς ὡρμωμένην
μαθὼν πατήρ νιν, ἐγκατάκλειστον δόμοις
ὀργῇ χολωθεὶς καὶ σκότῳ κρύψας ἔχει,
τἀληθὲς ὄψει προσκοπούμενος μαθεῖν,
κἂν ταῦτ᾽ ἀληθῆ καὶ σαφῶς ἔχοντ᾽ ἴδῃ,
ἔγνωκεν ἄμφω ποντίους ἀφιέναι,
τὴν παῖδα καὶ τὸ τεχθέν. ὧν δέ γ᾽ ἐστάλην,
μύθους Δανάῃ τούσδ᾽ εὐπροσηγόρους ἄγων,
ἐκ Διὸς, ἀφίξομαι τάχιστα σημανῶν.
ὑπηρέτην γὰρ ὄντα τἀπεσταλμένα
πράσσειν προθύμως, ὅστις ἂν γ᾽ ᾖ νουνεχής.

ΧΟΡΟΣ.

Τίς ὁ καινοτρόπος οὗτος μῦθος
κατ᾽ ἐμὰν ἦκεν ἀκουάν;
ἔνθ᾽ ἀσπερχὲς μενεαίνουσα
τοῖσδε δώμασι κοιράνου
ἀμφίδοξος πελάζω.
τίς δεσπότιν ἐμὴν Δανάην
βάξις ἔχει κατὰ πτόλιν;
ἣν μή ποτ᾽ ὤφελ᾽ εἰς ὦτα φέρειν
ὁ πρῶτος τάδε φράσαι τολμήσας,
ὡς ἐγκύμων εἴληπται
χρανθεῖσα λέκτροις
ἀνδρός. πατὴρ δέ μιν κλήσας
ἐν παρθενῶσι σφραγῖσι
δέμας φυλάσσει.
ταῦτ᾽ ἐτήτυμα μαθεῖν θέλω.
ἀλλ᾽ εἰσορῶ γὰρ τύραννον χθονὸς τῆσδ᾽
Ἀργείας Ἀκρίσιον πρὸ δόμων στείχοντα·
φυγῇ βαρὺς, ὡς δόξαι, κέαρ.

ΑΚΡΙΣΙΟΣ.

σὺ δ᾽, εἰ κατ᾽ οἴκους εὐνοῶν ἐτύγχανες,
οὐκ ἄν ποτ᾽ ἦλθες εἰς τόδε θράσους.
* * * * * * * *

V. 1 — 4. recte ut ineptos notat Iacobs. p. 398. cuius verba transcribere nolo, quum in omnium manibus sint Wolfii analecta. Idem operam perdidisse iudicat Musgravium, qui ita hos versus concinnari posse dixit: *δ. μὲν οἶδε καὶ θεῶν ἱδρύματα Λύκει᾽, ἃ πολυχρ. ἴσχ. χλ. Ἀρχὴν δὲ τῶνδ᾽ εὔπυργά τ᾽ ἐρύματα χθονὸς Ἀκρίσιος εἴληχ᾽ ὢν τύραννος τῆσδε γῆς.*

V. 6. Elmslei. ad Heracl. 634. „Aoristum passivum *ἐσχέθην* in genuinis tragicorum scriptis vel non reperi vel repertum enotare neglexi. Bis occurrit in Commeliniano Danaës fragmento, quod spurium esse alibi monui, v. 6. 27. In eodem fragmento v. 44. legitur passivum *τεχθέν* Tragicis prorsus ignotum.“ *ἔρωτι παιδός* ex Ione 67 sumtum videri monuit Iacobs. p. 400.

V. 7. *ἀφῖκτο* pro *ἀφίκετο* (vid. Buttmanni gramm. gr. uber. T. II, 1. p. 9 sqq.) Homericum est, a quo Tragici, praeterquam in melicis, prorsus abstinuerunt; sin plusquamperf. est pro aoristo, ne hic quidem usus a Tragicis receptus est. vid. Gramm. meam T. II. p. 959 sq.

V. 8. 9. Vid. Iacobs. p. 400 sq.

V. 10. Vid. id. p. 401. not. 9.

V. 11 — 15. Vid. id. ibid. Quis sanus ita loquatur: *tum illa* nescio quomodo, *clandestinum concubitum experta* — — — Pro *καὶ μὴ γνοῦσα* debuerat dici *κοὐ γνοῦσα*. Vides hominem ne graece quidem scientem. Ineptus etiam est lusus verborum *εὐνὴν γνοῦσα καὶ μὴ γνοῦσα*. concubitum quidem illa *ἔγνω*, nec potuit *μὴ γνῶναι* (modo *γνῶναι εὐνήν* dici possit) sed non cognovit, quis esset, quocum concumberet.

V. 15. *ὑπόπτερον* est ex emendatione Bentl. ep. ad Mill. p. 465.

V. 18. Nota elegantem particularum concursum *ὁ μὲν δέ γε*. pro quo Barn. *ὁ δέ γε μέν*. Boisson. *ὁ δέ γε*

φίλτροις ἀφύκτοις Ζεὺς κατασχεθεὶς πατήρ,
εὐνῇ συνελθεῖν λάθρα πως ἠβούλετο.
σαφῶς δὲ πείθειν οὐκ ἔχων εἰς μηχανὴν
τοιάνδ᾽ ἐχώρησ᾽, ὡς ἄπυρος χρυσὸς γεγώς,
ποθεινὸν εἰδὼς τοῦτο κτῆμα τοῖς βροτοῖς,
διὰ στέγους ῥεύσειεν ἐν χερσὶν κόρης.
ἡ δ᾽ οὖν μὴ γνοῦσα τὸν κεκρυμμένον δόλον
κόλποισι τὸν θεὸν εἰσρέοντ᾽ ἐδέξατο.
χρόνῳ δ᾽ ἑαυτὴν ὡς κατεῖδ᾽ ἐγκύμονα,
εἰς θαῦμ᾽ ἐσήει, κἀξεπέπληκτο σαφῶς,
ὡς εἰς τόδ᾽ ἦλθε, μέμψιν εὐλαβουμένη.
φυγῇ δὲ λάθρα τῆσδε γῆς ὡρμωμένην
μαθὼν πατήρ νιν, ἐγκατάκλειστον δόμοις
ὀργῇ χολωθεὶς καὶ σκότῳ κρύψας ἔχει,
τἀληθὲς ὄψει προσκοπούμενος μαθεῖν,
κἂν ταῦτ᾽ ἀληθῆ καὶ σαφῶς ἔχοντ᾽ ἴδῃ,
ἔγνωκεν ἄμφω ποντίους ἀφιέναι,
τὴν παῖδα καὶ τὸ τεχθέν. ὧν δέ γ᾽ ἐστάλην,
μύθους Δανάῃ τούσδ᾽ εὐπροσηγόρους ἄγων,
ἐκ Διός, ἀφίξομαι τάχιστα σημανῶν.
ὑπηρέτην γὰρ ὄντα τἀπεσταλμένα
πράσσειν προθύμως, ὅστις ἂν γ᾽ ᾖ νουνεχής.

ΧΟΡΟΣ.

Τίς ὁ καινοτρόπος οὗτος μῦθος
κατ᾽ ἐμὰν ἦκεν ἀκουάν;
ἔνθ᾽ ἀσπερχὲς μενεαίνουσα
τοῖσδε δώμασι κοιράνου
ἀμφίδοξος πελάζω.
τίς δεσπότιν ἐμὴν Δανάην
βάξις ἔχει κατὰ πτόλιν;
ἣν μή ποτ᾽ ὤφελ᾽ εἰς ὦτα φέρειν
ὁ πρῶτος τάδε φράσαι τολμήσας,
ὡς ἐγκύμων εἴληπται
χρανθεῖσα λέκτροις
ἀνδρός. πατὴρ δέ μιν κλήσας
ἐν παρθενῶσι σφραγῖσι
δέμας φυλάσσει.
ταῦτ᾽ ἐτήτυμα μαθεῖν θέλω.
ἀλλ᾽ εἰσορῶ γὰρ τύραννον χθονὸς τῆσδ᾽
Ἀργείας Ἀκρίσιον πρὸ δόμων στείχοντα·
φυγῇ βαρύς, ὡς δόξαι, κέαρ.

ΑΚΡΙΣΙΟΣ.

σὺ δ᾽, εἰ κατ᾽ οἴκους εὐνοῶν ἐτύγχανες,
οὐκ ἄν ποτ᾽ ἦλθες εἰς τόδε θράσους.
* * * * * * * *

V. 1—4. recte ut ineptos notat Iacobs. p. 398. cuius verba transcribere nolo, quum in omnium manibus sint Wolfii analecta. Idem operam perdidisse iudicat Musgravium, qui ita hos versus concinnari posse dixit: *δ. μὲν οἶδε καὶ θεῶν ἱδρύματα Λύκει᾽, ἃ πολυχρ. ἴσχ. χλ. Ἀρχὴν δὲ τῶνδ᾽ εὔπυργά τ᾽ ἐρύματα χθονὸς Ἀκρίσιος εἴληχ᾽ ὢν τύραννος τῆσδε γῆς.*

V. 6. Elmslei. ad Heracl. 634. „Aoristum passivum *ἐσχέθην* in genuinis tragicorum scriptis vel non reperi vel repertum enotare neglexi. Bis occurrit in Commeliniano Danaës fragmento, quod spurium esse alibi monui, v. 6. 27. In eodem fragmento v. 44. legitur passivum *τεχθέν* Tragicis prorsus ignotum.“ *ἔρωτι παιδός* ex Ione 67 sumtum videri monuit Iacobs. p. 400.

V. 7. *ἀφῖκτο* pro *ἀφίκετο* (vid. Buttmanni gramm. gr. uber. T. II, 1. p. 9 sqq.) Homericum est, a quo Tragici, praeterquam in melicis, prorsus abstinuerunt; sin plusquamperf. est pro aoristo, ne hic quidem usus a Tragicis receptus est. vid. Gramm. meam T. II. p. 959 sq.

V. 8. 9. Vid. Iacobs. p. 400 sq.

V. 10. Vid. id. p. 401. not. 9.

V. 11—15. Vid. id. ibid. Quis sanus ita loquatur: *tum illa* nescio quomodo, *clandestinum concubitum experta* — — — Pro *καὶ μὴ γνοῦσα* debuerat dici *κοὐ γνοῦσα*. Vides hominem ne graece quidem scientem. Ineptus etiam est lusus verborum *εὐνὴν γνοῦσα καὶ μὴ γνοῦσα*. concubitum quidem illa *ἔγνω*, nec potuit *μὴ γνῶναι* (modo *γνῶναι εὐνήν* dici possit) sed non cognovit, quis esset, quocum concumberet.

V. 15. *ὑπόπτερον* est ex emendatione Bentl. ep. ad Mill. p. 465.

V. 18. Nota elegantem particularum concursum *ὁ μὲν δέ γε*. pro quo Barn. *ὁ δέ γε μέν*. Boisson. *ὁ δέ γε*

μήν. De *ὅ* ad idem, quod praecesserat, subiectum relatum vid. Gramm. gr. T. II. p. 582. not. 9. De *τίκτει λαθών, inscius gignit,* vid. Iacobs. p. 403.

V. 19. Sophocli apud Stob. tit. 28. p. 194, 19. sublectum esse monuit Iacobs. p. 402. not. 2.

V. 20. Monstrum vocis *πρωνόμασε* (pro *προωνόμασε*) portentosius etiam reddidit Barnes. *πρωνόμασσε.* Musgr. leni mutatione scribit *Δανάην δ' ἐπωνόμαζε.* Boisson. *Δ. δὲ παῖδ' ὠνόμασε τήνδ' - - τήνδε* ridet Iacobs p. 403. De *ὅθ' οὕνεκα* vid. T. VII. p. 507. et Gramm. gr. 1270. Not. ubi locus scholiastae Sophocl. not. *t.* laudatus satis indicat, veteres etiam Grammaticos in his vocibus de elisione cogitasse. De etymologia vid. Iacobs. l. c.

V. 23. Pro *εὔφρουρον* Porson. Adv. p. 273=242. corr. *εὖ φρουρεῖν.*

V. 27. Commel. *ἀφέκτοις.* Correxit Barnes. De *κατασχεθείς* vid. ad v. 6.

V. 28. *λάθρα πως* contra metrum. Heath coni. *λαθραίως*, secunda correpta, ut in *γεραιός, δείλαιος.* De sententia horum versuum et sqq. vid. Iacobs. p. 404 sq.

V. 29. *σαφῶς πείθειν* quid sit, nescio.

V. 30. *ὡς ἄπυρος* anapaestus in quarta sede, qui facile tolli possit scribendo *ἄπυρος ὡς* cum Heathio; sed potest ipsius auctoris vitium esse. Porson. Adv. p. 274=242. *ἵν' ἄπυρος χρυσός - -*

V. 31. denuo anapaestus est in quarta sede, cui medeare scribens *κτῆμα τοῦτο.*

V. 32. *ῥεύσειεν* aoristus non solum Tragicis, sed omnino Graecis, antiquioribus certe, ignotus. Nec *ἐν χερσίν* pro *εἰς χεῖρας* incorruptam antiquorum temporum integritatem sapit. vid. Gramm. gr. p. 1141 sq. Mirum etiam, quod quum aurum in manus virginis defluxisset, illa *κόλποισι τοῦτ' ἐδέξατο.*

V. 33. Ut metrum restitueretur, Pierson. Veris. p. 137. emend. *ἡ δ' οὖν δόλον μὴ γνοῦσα*, ubi iterum *μή* pro *οὐ* positum est. Heath. *ἡ δ' ἀγνοοῦσα τὸν κεκρ. δ.*

V. 35. *χρόνῳ δ' ἑαυτήν* dedit Barn. pro *χρ. δὲ αὐτήν.* Sed quorsum *ἑαυτήν*, quasi vis esset in pronomine, *se ipsam, non aliam?* et quis unquam dixit *ὁρῶ ἐμαυτὸν ἡμαρτηκότα* pro *ὁρῶ ἡμαρτηκώς?* Elegans est, quod Iacobs. p. 406. scribi potuisse dicit a peritiore homine, *χρόνῳ δὲ νηδὺν ὡς κατεῖδ' ἐγκύμονα.*

V. 36. De locutione ne graeca quidem *εἰς θαῦμα εἰσιέναι* vid. Iacobs. p. 406. *κἀξεπέπληκτο* contra metrum, et contra consuetudinem Atticorum, de qua vide ad v. 7. Barnes. edidit *κἀξεπιπέπληκται*, quo versus fit uno pede longior, nec temporum ratio constat. *ἐκπλήττεσθαι, καταπλήττεσθαι, consternari,* novimus, item *ἐπιπλήττειν, obiurgare;* at *ἐξεπιπλήττεσθαι* quid valet? idem quod simplex *ἐκπλήττεσθαι*, an *consternatum se ipsum obiurgare?* Pierson. l. c. servat *κἀξεπέπληκτο* sed ne quid metrum detrimenti capiat, pro *σαφῶς* legit *σφοδρῶς.* Et revera *σαφῶς* quo referendum sit, non liquet, iungendane *ἐκπλήττεσθαι σαφῶς*, quod nihili est, an *ὡς σαφῶς εἰς τόδ' ἦλθε*, quae Heathii ratio est, non contorta illa solum, sed ne graeca quidem, si quidem vertit *quasi scienter hoc probrum admisisset.* Tandem Musgrav. *κἀξεπλήχθη τὠσαφές et rei obscuritate obstupuit.* Non intelligebat scilicet Danae, quomodo aurum eam vim habere posset, ut, quae illud accepisset puella, eam gravidam faceret.

V. 37. 38. 39. transponit Musgr. hoc ordine 38. 37. 39. nec tamen effecit, ut concinnior esset locus. Pannum Euripideum, *εἰς τόδ' ἐλθεῖν*, sed non ea, qua hic legitur, constructione usurpatum, illustravit Pierson. l. c. Quo enim spectat *τόδε? ὥστε ἐκπλαγῆναι*, an *ὥστε ἐγκύμονα ἑαυτὴν κατιδεῖν?* Neutrum ineptae tautologiae crimine vacat.

V. 38. Commel. *ὁρμωμένη.* Barn. *ὁρμωμένην.* quod structurae certe ratio postulat. Nota *τῆσδε γῆς ὁρμωμένην* pro *ἐκ τῆσδε γῆς.* E sqq. intelligimus non idcirco iratum fuisse patrem quod gravida esset D. sed quod aufugerat; quod vero domi eam inclusit, nihil aliud fecit quam quod iam antea fecerat. Cf. Iacobs. p. 407.

V. 40. Balbutientis haec est oratio *ὀργῇ χολωθεὶς καὶ σκότῳ*, quasi etiam *ὀργισθεὶς σκότῳ* iungenda sint, ac non *δόμοις καὶ σκότῳ κρύψας ἔχει.*

V. 42. *κἄν* Musgrav. pro *καί.*

V. 44. vid. ad v. 6. Porson. *ὧν δ' ἐγὼ 'στάλην· στέλλεσθαι τινός* pro *ἕνεκα τινός*, vix Graecum. Genitivus enim ille causam indicans non nisi cum verbis animi affectum significantibus iungi solet.

V. 45. *μύθους τούσδε*, quosnam? quos iamdudum garrire non desiit, an epistolam aliquam monstrans haec dicit? Et quis unquam nominavit *μύθους εὐπροσηγόρους* et *ἄγειν μύθους?*

V. 46. *ἀφίξομαι*. Igitur nondum ad regiam Acrisii accessit, sed in medio inter coelum et terram intervallo pendet.

V. 48. Ad *πράσσειν* deest *δεῖ*, cuius ellipsis aliud exemplum non novi.

V. 50. De *ἀκουάν* vid. Iacobs. p. 409. Notanda locutio *κατά τινος ἀκουάν ἥκειν*, quae expressa esse videtur ex illo Phoen. 1480.

V. 51. *ἀσπερχὲς μενεαίνειν* Homericum sed in aliam sententiam detortum. vid. Iacobs. p. 409. Pro *μενεαίνουσα* consuetudo Tragicorum postulat *μενεαίνων*. vid. Gramm. gr. §. 436. 4. 6.

V. 52 sq. in duos divisit Heath. Mira haec est metrorum compositio, qua post versum anapaesticum sequitur glyconeus, tum duo cretici cum syllaba. Cuius generis metro scripti sint vss. 54. 58. 61. 64. 65. non dixerim. *ἀμφίδοξος* non proprie dictum: neque enim est in duas propensus ut dubitet utram praeferat, sed dubitans, haesitans, quum unum tantum commemoretur, de quo dubitat chorus.

V. 61. ineleganter iuncti duo dativi, quorum prior ad *κλῄσας* alter ad *φυλάσσει* referendus est.

V. 68. Eleganter Porson. App. ad Toup. emendat. p. 476. *οὐκ ἄν ποτ' ἦλθες εἰς τόδ', εἰς ὃ νῦν, θράσους*, qui versus, si recte memini, apud Sophoclem alicubi legitur.

Transeamus iam ad genuinae fabulae fragmenta, quae qui legat, eum recte Iacobs. monet longe diversam ab illo prologo et dictionem et vim poeticam, eamdemque aliis etiam Euripidis fabulis communem agniturum esse; quod idem accidisse memini nonnullis qui a lectione carminum Anacreonticorum, quae vulgo feruntur, ad eiusdem poëtae fragmenta transierunt. Argumentum fabulae quod fuerit et quae partium descriptio, difficile est dicere; nam qui loci ex ea laudantur, ii fere sententias ad universum genus pertinentes continent, ut ii in aliis etiam fabulis locum invenire potuerint. Unum fragmentum est I. e quo de temporum ratione ac personarum conditione ac fortuna aliquid suspicari possis: in eo quippe loquitur mulier, liberis adhuc carens, ut videtur, de voluptate e puero in sinu ludente percipienda, sermone ad patrem converso. Haec si Danae fuit, dicere illa non potuit Argis quum a Iove compressa, partus tempore instante, patris iram timeret. Nihil igitur restat, nisi ut Danaen Seriphi, Polydecti nuptam, e quo nondum pepererat, haec patri dixisse, qui Danaen et Perseum repetitum in Seriphum venerat, ut est apud Hygin. f. 63., statuamus. Similis sententia est fr. II. III. Cetera, quae ab Hygino narrantur, ab Euripide etiam in illa fabula exposita fuisse, quibus argumentis sibi persuaserit Welcker. in libro *de trilogia Aesch.* p. 389. non assequor. Quodsi vera sunt quae supra disputavimus, hoc etiam argumento colligi potest, prologum Commelin. qui scenam Argis esse indicat, non posse ad fabulam pertinere, cuius scena in Seripho, certe non Argis fuit. De choro Danaae valere videntur, quae Pollux habet IV, 16, 111. *Τῶν δὲ χορικῶν ᾀσμάτων τῶν κωμικῶν ἕν τι καὶ ἡ παράβασις, ὅταν ἃ ὁ ποιητὴς πρὸς τὸ θέατρον βούλεται λέγειν, ὁ χορὸς παρελθὼν λέγει ταῦτα. ἐπιεικῶς δὲ αὐτὸ ποιοῦσιν οἱ κωμῳδοποιηταί. τραγικὸν δὲ οὐκ ἔστιν, ἀλλ' Εὐριπίδης αὐτὸ πεποίηκεν ἐν πολλοῖς δράμασιν. ἐν μέν γε Δαναΐδι* (sic MSS.) *τὸν χορὸν τὰς γυναῖκας ὑπὲρ αὐτοῦ τι ποιήσας παρειπεῖν, ἐκλαθόμενος ὡς ἄνδρας λέγειν ἐποίησε τῷ σχήματι τῆς λέξεως τὰς γυναῖκας. Δανάῃ* legendum esse, non *Δαναΐδι*, vix dubitari posse videtur. In ea igitur fabula *παράβασιν* fuisse apparet; at quomodo mulieres virorum sermone et genere dicendi usae fuerint, non intelligo: neque enim eum, qui haec scripserit, tragicae dictionis tam imperitum fuisse credere possum, ut nesciret mulieres chori quum de se loquentes plurali numero utantur, masculino genere uti.

I. (XI.) Stob. tit. 76. p. 453. Gesn. 78. p. 335. Grot. et Gaisf.

Τάχ' ἂν πρὸς ἀγκάλαισι καὶ στέρνοις ἐμοῖς
πηδῶν ἀθύροι καὶ φιλημάτων ὄχλῳ
ψυχὴν ἐμὴν κτήσαιτο· ταῦτα γὰρ βροτοῖς
φίλτρον μέγιστον, αἱ ξυνουσίαι, πάτερ.

Forte aut lacertis pectori aut ludens meo Assiliet atque innocua libans oscula Mulcebit animum; namque blanditiae has, pater, In nostra magnam cor habent pelluciam. V. 3. ad κτήσαιτο Valck. in marg. ed. Barn. adscripsit: f. κνήσαιτο.

II. (VI.) Stob. tit. 69. p. 429. Gesn. 71. p. 293. Grot. et Gaisf.

Καὶ νῦν παραινῶ πᾶσι τοῖς νεωτέροις
μὴ πρὸς τὸ γῆρας τοὺς γάμους ποιουμένους
σχολῇ τεκνοῦσθαι παῖδας· — οὐ γὰρ ἡδονὴ,
γυναικί τ' ἐχθρὸν χρῆμα πρεσβύτης ἀνὴρ —
ἀλλ' ὡς τάχιστα· καὶ γὰρ ἐκτροφαὶ καλαὶ,
καὶ συννεάζων ἡδὺ παῖς νέῳ πατρί.

Audite, iuvenes; omnibus dictum volo, Differre thalamos ad senectae terminum Nolite: prolem serite, dum tempus sinit. Res est molesta feminae coniunx senex; Properate; iuvat hoc educandis liberis, Pulchrumque iuveni natus alludens patri. V. 4. ad Aristoph. Thesm. 420. apposuit Bergler. collato etiam Phoenic. fr. II.

III. (X.) Stob. tit. 73. p. 448. Gesn. 75. p. 327. Grot. et Gaisf.

Γύναι, φίλον μὲν φέγγος ἡλίου τόδε,
καλὸν δὲ πόντου χεῦμ' ἰδεῖν εὐήνεμον,
γῆ τ' ἠρινὸν θάλλουσα πλούσιόν θ' ὕδωρ,
πολλῶν τ' ἔπαινον ἐστί μοι λέξαι καλῶν·
ἀλλ' οὐδὲν οὕτω λαμπρὸν οὐδ' ἰδεῖν καλὸν,
ὡς τοῖς ἄπαισι καὶ πόθῳ δεδηγμένοις
παίδων νεογνῶν ἐν δόμοις ἰδεῖν φάος.

Mulier, amicum solis hoc magni iubar, Dulce est tueri maria quum venti silent, Dulce est et amnis largus et vernans humus. Sunt alia pulchra multa, quae possum addere. Sed, crede, nullum gratius spectaculum est, Quam post querelas orbitatis tetricae Conspicere florem liberum orientem domi. V. 3. Musgrav. vertit, quasi esset πλούσιόν θ' ἕλωρ, *praeda dives,* infelici coniectura.

IV. (I.) Stob. eclog. phys. p. 16. Canter. p. 139 sq. Grot. T. I. p. 216. Heeren.

Ἐς ταυτὸν ἥκειν φημὶ τὰς βροτῶν τύχας
τόνδ' ὃν καλοῦσιν αἰθέρ', ᾧ τάδ' ἐστι δή.
Οὗτος θέρους τε λαμπρὸν ἐκλάμπει σέλας,
χειμῶνά τ' αὔξει συντιθεὶς πυκνὸν νέφος,
θάλλειν τε καὶ μὴ, ζῆν τε καὶ φθίνειν ποιεῖ.
Οὕτω δὲ θνητῶν σπέρμα· τῶν μὲν εὐτυχεῖ
λαμπρὰ γαλήνη, τῶν δὲ συννεφεῖ πάλιν·
ζῶσίν τε σὺν κακοῖσιν, οἱ δ' ὄλβου μέτα
φθίνουσ' ἐτείοις προσφερεῖς μεταλλαγαῖς.

Ego esse valde paria fortunam arbitror Et quem vocamus, quisquis est tandem, aethera. Aether serenae aestatis accendit iubar, Hiememque denso nubium stipat globo; Florere dat negatque; dat vitam et mori. Humana sic gens saepe blandientibus Fovetur auris, saepe inhorret nubilo. Hi difficilius, illi agunt felicius; Sed hos et illos exedunt ipsae vices.

V. 2. Grot. e coni. ed. τόν θ' ὃν κ. αἰ. ὅς τ' ἂν ἐστι δή. Hoc quidem plane soloecum est, ne dicam barbarum; elegantissimam coniecturam vocat Heeren. Nec τὸν δ' ὃν καλοῦσιν αἰθέρα Tragicorum consuetudini accommodatum est, qui sine articulo dicerent ὅν τε καλοῦσιν αἰθέρα. Equidem v. 1. cum Musgravio scribendum puto ταῖς βροτῶν τύχαις, τόνδε αἰθέρα εἰς ταυτὸν ἥκειν φημὶ ταῖς βροτῶν τύχαις, *hunc aetherem congruere dico cum fortuna hominum.* Mox pro ᾧ τάδ' ἐστι δή, Iacobs. in specim. p. 12. coni. ᾧ τάδ' ἐστ' ἔθη, melius Blomfield gloss. Aesch. Agam. 155. ὅστις ἐστὶ δή, accommodate ad Grotii interpretationem. — V. 7. λαμπρᾷ γαλήνῃ Barnes. Valcken. diatr. p. 5. et Heeren. Quod quominus reciperem, illud me impediit, quod Tragicos in comparando rem generatim proponere solere οὕτω δὲ θνητῶν σπέρμα, tum per partes explicare animadverteram. Proprie autem dicendum erat τῶν μὲν βίοτος εὐτυχεῖ, ὥσπερ λαμπρὰ γαλήνη quae duo deinde in unum contrahuntur, ut in illo *Rusticus exspectat dum defluat amnis.* Vid. ad Rhes. 56. Dobree ad Arist. Plut. 314. Nec in γαλήνη συννεφεῖ haerendum; sicut enim δεινῶν ἄημα πνευμάτων ἐκοίμισε πόντον, nimirum quum cessavit, sic γαλήνη συννεφεῖ, *coelum* antea *serenum nubibus obducitur.* — V. 8. ζῶσίν τε

id est *καὶ οἱ μὲν ζῶσι.* Miror Musgrav. *ζῶσιν* vertentem *divites sunt.* V. 9. *ἐτείοις προσφερεῖς* ex egregia emendatione Valcken. diatr. p. 6. pro *αἰτίοις προσφόροις.* Sed Musgrav. *πρόσφοροι*, ut Phoen. 132. ne nimis abundet littera sibilans. Utrum praeferam dubius haereo; nam paria sunt in utramque partem rationum momenta. Grotius edidit *φθίνουσι δ' αὐτοὺς πρόσφοροι μεταλλαγαί*, quod recepit Barnes. Heath autem *φθίνουσι δ' αὖ τοὺς πρ.* legendum coniecit.

V. (II.) Stob. tit. 7. p. 86. Gesn. p. 47. Grot.

Φεῦ τοῖσι γενναίοισιν ὡς ἁπανταχοῦ
πρέπει χαρακτὴρ χρηστὸς εἰς εὐψυχίαν.

Ah quam bonorum sanguinem semper decent Impressa celsi spiritus vestigia! V. 2. Grot. ed. *τρέπει*, hanc vulgatam lectionem esse existimans, deceptus edit. Stob. Gesner. a. 1559. et Genev. Hoc etiam in Schow. libris esse videtur, qui ad *τρέπει* nihil annotaverit. Inde Heath. fecit *ῥέπει*, Iacobs. Specim. p. 110. *βλέπει.* Paris. A. ed. Trincav. Gesn. a. 1549. *πρέπει.* quod praefert etiam Wyttenb. ad Plut. p. 603. Cf. Brunck. ad Arist. Eccles. 427. Similis Euripidis sententia est apud Plutarch. T. II. p. 85. A. Vid. fr. inc. CXIX.

VI. (III.) Stob. tit. 10. p. 127. Gesn. p. 69. Grot.

Κρείσσων γὰρ οὔτις χρημάτων πέφυκ' ἀνήρ,
πλὴν εἴ τις· ὅστις δ' οὗτός ἐστιν, οὐχ ὁρῶ.

Pecuniam qui spernat, haud quisquam est homo, Aut si quis est, hunc qui sit ignoro tamen. In Trincav. Sophocli tribuitur, in Paris. A. Euripidi in Danae; et iam Gesn. lemma habet: *Sophoclis al. Euripidis in Danae*, fortasse e Cod. Mendozae. V. 2. Porson. Adv. 274. (242. Lips.) scribit *πλὴν εἷς τις*, collato loco Soph. Oed. T. 118 qui diversissimus est: ibi enim de certo homine sermo est, *ὅς φόβῳ φυγὼν οὐδὲν εἶχε φράσαι*, hic dubitanter loquitur. *εἴ τις* sanissimum est, vid. Herm. ad Soph. Ai. 179. et quae monui Gramm. gr. p. 1250 sq. f.

VII. (IV.) Stob. tit. 16. p. 153. Gesn. p. 91. Grot.

Ὅστις δόμους μὲν ἥδεται πληρουμένους,
γαστρὸς δ' ἀφαιρῶν σῶμα δύστηνος κακοῖ,
τοῦτον νομίζω καὶ θεῶν συλᾶν βρέτη,
τοῖς φιλτάτοις τε πολέμιον πεφυκέναι.

Quicunque plenam laetus adspectat domum, Et corpori ipse subtrahit succum suo, Hic mihi videtur sacra rapturus deûm, Natusque amicos impio ut bello petat. Gesn. *δόμοις πληρουμένοις.* Grotius edidit *δόμους — πληρούμενος* et v. 2. *δύστηνον*, quod pro librorum lectione habens Luzac. Exercit. p. 9. Valcken. narrat emendasse *δόμοις — πληρουμένοις* et *δύστηνος.* Paris. A. B. Trincav. *δόμους — πληρουμένους*, in quod incidit etiam Schaefer ad Lamb. Bos. p. 26. *δύστηνον* etiam Paris A. B. sed m. sec. et Schow. codd. sex.

VIII. (V.) Stob. tit. 62. p. 398 sq. Gesn. 64. p. 261. Grot. et Gaisf.

Ἔρως γὰρ ἀργὸν κἀπὶ τοῖς ἀργοῖς ἔφυ·
φιλεῖ κάτοπτρα καὶ κόμης ξανθίσματα,
φεύγει δὲ μόχθους. ἓν δέ μοι τεκμήριον·
οὐδεὶς προσαιτῶν βίοτον ἠράσθη βροτῶν,
ἐν τοῖς δ' ἔχουσιν ἡβητὴς πέφυχ' ὅδε.

Res otiosa et operis est fugiens amor, Cui specula curae tinctaque in flavum coma. Odit labores; hoc tibi signum cape, Quod nemo amavit quaeritans victum stipe. Regnum ille molles inter opulentos tenet. V. 1. legebatur *κἀπὶ τοῖς ἔργοις.* Plutarch. Amat. II. p. 757. A. citat *κἀπὶ τοιούτοις ἔφυ.* Hoc Valcken. diatr. p. 7. reponendum censebat, ad vocem *τοιούτοις* adscriptum esse *ἀργοῖς*, et hinc ortam lectionem Stobaei; Pierson. contra Verisim. p. 134. *κἀπὶ τοῖς ἀργοῖς ἔφυ* reponebat. Eodem respicit Plut. p. 760. D. V. 5. in metrum peccat. Itaque Grotius edidit *ἡδυπαθὴς πέφυχ' ὅδε*, anapaesto in quartam sedem illato, Scaliger *νηπύτης πέφ. ὅδε* quod recte dubitat Pierson. l. c. an graecum non sit, Piers. *ἔχουσι δ' ἐμπέφυκεν ἡβητὴς ὅδε*, in quo non magis graecum est *ἔχοντες* pro *οἱ ἔχοντες.* Valck. l. c. *ἐν τοῖς δ' ἔχουσ' ἔφηβος ἐμπέφυχ' ὅδε*, quasi *ἔφηβος* unquam sit *vigens*; Heath. *ηγέτης πέφ. ὅ.* Musgrav. infelicissima coniectura *ἀμβάτης*, *insessor*, quia *ἐπιβαίνειν* a Plutarcho et Libanio de iis usurpetur, qui impotentem dominationem exercent, et vertit: *at ille contra divitibus inequitare solet.* Poterat etiam Ciceronis loco uti Verr. 4, 20, 43. *iactabit se et in his equitabit equuleis.* Gaisford. *ἐν τοῖς δ' ἔχουσι χρήματ' ἐμπέφυχ' ὅδε*; tandem Iacobs. lect. Stob. p. 11. *ἐν τοῖς δ' ἔχουσι θὴρ ἴτης πέφυχ' ὅδε*, *in opulentiorum rebus haec*

bestia habitat et inhaeret, locutionem ibid. docte illustrans. Ne hoc quidem placet, nec tamen, quid scribendum sit, invenio. Boissonad. scripturam ἐν τοῖς δ' ἔχουσι πέφυκεν ἡβητὴς ὅδε lubens praetermitto.

IX. (VII.) Stob. tit. 75. p. 452. Gesn. 77. p. 331. Grot. et Gaisf.

Γυνὴ γὰρ ἐξελθοῦσα πατρῴων δόμων
οὐ τῶν τεκόντων ἐστὶν, ἀλλὰ τοῦ λέχους·
τὸ δ' ἄρσεν ἕστηκ' ἐν δόμοις ἀεὶ γένος
θεῶν πατρῴων καὶ τάφων τιμάορον.

Mulier paternis exiens penatibus Non iam parentum est propria, cum ducta est viro. At stirps virilis in domo semper manet, Et ius sepulchrûm servat et avitos deos. Duo priores versus Stob. affert etiam tit. 71. p. 432. Gesn. 73. p. 308. Grot. ubi γυνὴ μέν habet, altero loco γυνὴ γάρ. V. 4. legebatur τιμᾷ ὅρον, quod post Vales. ad Harpocr. p. 33. emendavit Stanlei. ad Aesch. Choeph. 141. Vocem illustrat Valcken. diatr. p. 7 sq. Legitimos familiarum ritus et deorum manium iura perpetua natorum successione servari solita hinc etiam ostendit Lobeck. diss. I. de Tritopatribus in Seebodii Misc. crit. I. p. 522.

X. (VIII.) Stob. tit. 71. p. 432. Gesn. 73. p. 309. Grot. et Gaisf.

Ἦν γάρ τις αἶνος, ὡς γυναιξὶ μὲν τέχναι
μέλουσι, λόγχῃ δ' ἄνδρες εὐστοχώτεροι.
εἰ γὰρ δόλοισιν ἦν τὸ νικητήριον,
ἡμεῖς ἂν ἀνδρῶν εἴχομεν τυραννίδα.

Ita fama perhibet, foeminas astu magis Pollere, ferri laude potiore viros. Nam si daretur fraudibus victoria, Virile nostras iret in leges genus. V. 2. μέλουσι Heath. pro μέλλουσι, et sic Paris. B.

XI. (IX.) Stob. ibid.

Συμμαρτυρῶ σοι· πανταχοῦ λελείμμεθα
πᾶσαι γυναῖκες ἀρσένων ἀεὶ δίχα.

Tecum fatebor: nil nisi spolium sumus Miserae mulieres, ni virûm virtus iuvet.

XII. (XII.) Stob. tit. 95. p. 519. Gesn. 97. p. 391. Grot. et Gaisf.

Φιλοῦσι γάρ τοι τῶν μὲν ὀλβίων βροτοὶ
σοφοὺς τίθεσθαι τοὺς λόγους, ὅταν δέ τις
λεπτῶν ἀπ' οἴκων εὖ λέγῃ πένης ἀνὴρ,
γελᾶν. ἐγὼ δὲ πολλάκις σοφωτέρους
πένητας ἄνδρας εἰσορῶ τῶν πλουσίων,
καὶ θεοῖσι μικρὰ χειρὶ θύοντας τέλη
τῶν βουθυτούντων ὄντας εὐσεβεστέρους.

Plerique plenum iudicant sapientia Quidquid profantur divites; si quid loqui Vir pauper audet gente proletaria, Rident: ego autem pauperes locupletibus Plerumque sapere rectius re comperi, Illisque salsa qui deos placant mola Minus pios hos esse qui mactant bovem. V. 2. legebatur σοφ. ἡγεῖσθαι. Grotius edidit καλῆσαι, quod ne graecum quidem est pro καλέσαι. Valcken. diatr. p. 8. τίθεσθαι, *putare, reputare.* V. 6. 7. Athenaeus citat II. p. 40. C. τέλη explicans θυσίας, unde θεοῖσι scripserunt Theod. Canter. V. L. II, 5. et Grot. pro θεοῖς, μικρά Grotius pro μικρᾷ, et sic Paris. A. Verba θεοῖσι μικρὰ χειρὶ θύοντας τέλη ex Athen. repetit Eustath. ad Il. μ'. p. 892, 39.

Praeterea hos versus ex Euripidis Danae affert Stob. tit. 74. p. 321. Grot. — nam in Trincav. et Gesner. deest locus — qui tit. 71. p. 433. Gesn. 73. p. 311. Grot. Alexidi tribuuntur

Οὐκ ἔστιν οὔτε τεῖχος οὔτε χρήματα,
οὔτ' ἄλλο δυσφύλακτον οὐδὲν ὡς γυνή.

quod est fragm. XIII. apud Musgrav.

XIII. (Belleroph. XV.) Athen. IV. p. 159. B. C. Stob. tit. 89. p. 501. Gesn. 91. p. 367. Grot. et Gaisf. Maxim. (in Gesn. ed. Stob. ap. Wechel. 1581.) p. 759.

Ὦ χρυσὲ, δεξίωμα κάλλιστον βροτοῖς,
ὡς οὔτε μήτηρ ἡδονὰς τοιάσδ' ἔχει,
οὐ παῖδες ἀνθρώποισιν, οὐ φίλος πατὴρ,
οἵας σὺ χοἰ σὲ δώμασιν κεκτημένοι.
εἰ δ' ἡ Κύπρις τοιοῦτον ὀφθαλμοῖς ὁρᾷ,
οὐ θαῦμ' ἔρωτας μυρίους αὐτὴν τρέφειν.

Primum versum citat etiam Sext. Empir. adv. Gramm. XI, 122. p. 713. Lucian. Gall. T. I. p. 153. (T. VI. p. 311. Bip.) quatuor priores Sext. Emp. ib. I, 279. p. 277. Athenag. apol. p. 117. = 33. ed. Colon. - - E Bellerophonte

bestia habitat et inhaeret, locutionem ibid. docte illustrans. Ne hoc quidem placet, nec tamen, quid scribendum sit, invenio. Boissonad. scripturam *ἐν τοῖς δ' ἔχουσι πέφυκεν ἡβητὴς ὅδε* lubens praetermitto.

IX. (VII.) Stob. tit. 75. p. 452. Gesn. 77. p. 331. Grot. et Gaisf.

Γυνὴ γὰρ ἐξελθοῦσα πατρῴων δόμων
οὐ τῶν τεκόντων ἐστὶν, ἀλλὰ τοῦ λέχους·
τὸ δ' ἄρσεν ἕστηκ' ἐν δόμοις ἀεὶ γένος
θεῶν πατρῴων καὶ τάφων τιμάορον.

Mulier paternis exiens penatibus Non iam parentum est propria, cum ducta est viro. At stirps virilis in domo semper manet, Et ius sepulchrûm servat et avitos deos. Duo priores versus Stob. affert etiam tit. 71. p. 432. Gesn. 73. p. 308. Grot. ubi *γυνὴ μέν* habet, altero loco *γυνὴ γάρ*. V. 4. legebatur *τιμᾷ ὅρον*, quod post Vales. ad Harpocr. p. 33. emendavit Stanlei. ad Aesch. Choeph. 141. Vocem illustrat Valcken. diatr. p. 7 sq. Legitimos familiarum ritus et deorum manium iura perpetua natorum successione servari solita hinc etiam ostendit Lobeck. diss. I. de Tritopatribus in Seebodii Misc. crit. I. p. 522.

X. (VIII.) Stob. tit. 71. p. 432. Gesn. 73. p. 309. Grot. et Gaisf.

Ἦν γάρ τις αἶνος, ὡς γυναιξὶ μὲν τέχναι
μέλουσι, λόγχῃ δ' ἄνδρες εὐστοχώτεροι.
εἰ γὰρ δόλοισιν ἦν τὸ νικητήριον,
ἡμεῖς ἂν ἀνδρῶν εἴχομεν τυραννίδα.

Ita fama perhibet, foeminas astu magis Pollere, ferri laude potiore viros. Nam si daretur fraudibus victoria, Virile nostras iret in leges genus. V. 2. *μέλουσι* Heath. pro *μέλλουσι*, et sic Paris. B.

XI. (IX.) Stob. ibid.

Συμμαρτυρῶ σοι· πανταχοῦ λελείμμεθα
πᾶσαι γυναῖκες ἀρσένων ἀεὶ δίχα.

Tecum fatebor: nil nisi spolium sumus Miserae mulieres, ni virûm virtus iuvet.

XII. (XII.) Stob. tit. 95. p. 519. Gesn. 97. p. 391. Grot. et Gaisf.

Φιλοῦσι γάρ τοι τῶν μὲν ὀλβίων βροτοὶ
σοφοὺς τίθεσθαι τοὺς λόγους, ὅταν δέ τις
λεπτῶν ἀπ' οἴκων εὖ λέγῃ πένης ἀνὴρ,
γελᾶν. ἐγὼ δὲ πολλάκις σοφωτέρους
πένητας ἄνδρας εἰσορῶ τῶν πλουσίων,
καὶ θεοῖσι μικρὰ χειρὶ θύοντας τέλη
τῶν βουθυτούντων ὄντας εὐσεβεστέρους.

Plerique plenum iudicant sapientia Quidquid profantur divites; si quid loqui Vir pauper audet gente proletaria, Rident: ego autem pauperes locupletibus Plerumque sapere rectius re comperi, Illisque salsa qui deos placant mola Minus pios hos esse qui mactant bovem. V. 2. legebatur *σοφ. ἡγεῖσθαι.* Grotius edidit *καλῆσαι*, quod ne graecum quidem est pro *καλέσαι.* Valcken. diatr. p. 8. *τίθεσθαι, putare, reputare.* V. 6. 7. Athenaeus citat II. p. 40. C. *τέλη* explicans *θυσίας*, unde *θεοῖσι* scripserunt Theod. Canter. V. L. II, 5. et Grot. pro *θεοῖς*, *μικρά* Grotius pro *μικρᾷ*, et sic Paris. A. Verba *θεοῖσι μικρὰ χειρὶ θύοντας τέλη* ex Athen. repetit Eustath. ad Il. *μ'*. p. 892, 39.

Praeterea hos versus ex Euripidis Danae affert Stob. tit. 74. p. 321. Grot. — nam in Trincav. et Gesner. deest locus — qui tit. 71. p. 433. Gesn. 73. p. 311. Grot. Alexidi tribuuntur

Οὐκ ἔστιν οὔτε τεῖχος οὔτε χρήματα,
οὔτ' ἄλλο δυσφύλακτον οὐδὲν ὡς γυνή.

quod est fragm. XIII. apud Musgrav.

XIII. (Belleroph. XV.) Athen. IV. p. 159. B. C. Stob. tit. 89. p. 501. Gesn. 91. p. 367. Grot. et Gaisf. Maxim. (in Gesn. ed. Stob. ap. Wechel. 1581.) p. 759.

Ὦ χρυσὲ, δεξίωμα κάλλιστον βροτοῖς,
ὡς οὔτε μήτηρ ἡδονὰς τοιάσδ' ἔχει,
οὐ παῖδες ἀνθρώποισιν, οὐ φίλος πατὴρ,
οἵας σὺ χοἰ σὲ δώμασιν κεκτημένοι.
εἰ δ' ἡ Κύπρις τοιοῦτον ὀφθαλμοῖς ὁρᾷ,
οὐ θαῦμ' ἔρωτας μυρίους αὐτὴν τρέφειν.

Primum versum citat etiam Sext. Empir. adv. Gramm. XI, 122. p. 713. Lucian. Gall. T. I. p. 153. (T. VI. p. 311. Bip.) quatuor priores Sext. Emp. ib. I, 279. p. 277. Athenag. apol. p. 117. = 33. ed. Colon. - - E Bellerophonte

petitos esse Seneca indicavit ep. 115. loco supra p. 104. adscripto, qui ita vertit:

Pecunia ingens generis humani bonum,
Cui non voluptas matris aut blandae potest
Par esse prolis, non sacer meritis parens.
Tum dulce si quid Veneris in vultu micat,
Merito illa amores coelitum atque hominum movet.

Vid. Valck. diatr. p. 165. C. Hinc Grotius lemma addidit *Euripides Bellerophonte.* nam in Trinc. et Gesn. deest lemma. At apud Maximum e Danae petiti dicuntur, et sic etiam Cod. MS. Stob. quem Valcken. commemorat in nota Mpta, Vossianus, puto, *Εὐριπίδης Δανάῃ*, et Cod. Paris. A. apud Gaisf. De Seneca dubitari potest: nam nec quisquam antiquorum praeter illum de Bell. avaritia quidquam commemoravit, et quod ille in Bellerophonte docenda factum scribit, id Plutarch. T. II. p. 17. E. in Ixione locum habuisse narrat. Fieri autem poterat, ut et quod de Ixione lectum vel auditum meminerat, id errore abreptus ad Bellerophontem transferret, sicut Consol. ad Helv. 13. Aristidem pro Phocione posuit, de benef. III, 6. Macedonas pro Persis, et locum Danaes tanquam e Bellerophonte sumtum laudaret. Itaque rectius hic locus ad Danaen referatur. V. 1. Athenag. *ὦ χρυσὲ, ἀξίωμα* et pro *βροτοῖς* Lucian. *κτέρας*. V. 2. Stob. *οὐδέ* et *τοίας*, sed ibi etiam Codd. A. B. *τοιάσδ'*. V. 3. *ἐν δόμοισιν* pro *ἀνθρώποισιν* Athen. V. 4. legitur apud Athen. et Sextum Emp. deest apud Stob. et Senec. unde eum subdititium habebat Grotius, defendit Heath. V. 6. Athen. *ἔχειν* pro *τρέφειν*. Propter *τρέφειν* P. Leopard. Emend. III, 2. pro *movet* apud Senecam mavult *fovet.*

XIV. (falso cit. V. p. 593. ed. Oxon. p. 479. ed. Lips.) Stob. Grot. tit. 91. p. 371. 92. p. 375. Gaisf. tit. 92. 6. (Apud Gesn. tit. 90. p. 505. primus tantum versus legitur, additis *καὶ τὰ λοιπά.*)

Ἄρ' οἶσθ', ὅθ' οὕνεχ' οἱ μὲν εὐγενεῖς βροτῶν
πένητες ὄντες οὐδὲν ἐμφαίνουσ' ἔτι,
οἳ δ' οὐδὲν ἦσαν πρόσθεν, ὄλβιοι δὲ νῦν,
δόξαν φέρονται τοῦ νομίσματος χάριν,
καὶ συμπλέκοντες σπέρμα καὶ γάμους τέκνων;
δοῦναι δὲ μᾶλλον πλουσίῳ πᾶς τις κακῷ

πρόθυμός ἐστιν, ἢ πένητι κἀγαθῷ,
κακὸς δ' ὁ μὴ 'χων, οἱ δ' ἔχοντες ὄλβιοι.

At nonne cernis inclita stirpe editos, Si pauperescunt, claritatem amittere, At ante viles, rebus augescentibus, Opulentitate comparare gloriam Per liberûm coniugia et innexas domos? Deinde cuncti non probis, sed ditibus Donare malunt, quam probis et egentibus. Dites beati, pauperum infelix genus. In Grot. ed. lemma est: *Eurip. Hecuba:* sed p. 374. Valcken. iam sua manu correxit: *Danae MS. A.* Cf. Brunck. ad Eur. Hec. p. 308. Gaisf. ad Stob. tit. 92. 6. — V. 2. Codex utroque loco exhibet *ἐμφαίνουσ'*. *Brunck.* At Gaisford. qui totum loco e Paris. A. se dedisse profitetur, edidit *ἀναφαίνουσ'* Musgr. legit *ἐκφανεῖς ἔτι*, nescio qua de causa. — V. 5. Paris. priori loco *συμπλέκοντες*, sed postremae syllabae emendatio ab eadem manu superscripta *αι*. *συμπλέκοντες* tamen arripuit Musgrav. V. 8. *ὁ μὴ 'χων* scripsit iam Valcken. ad Eur. Phoen. 408.

DICTYS.

Apollodorus II, 4, 3. Perseus *παραγενόμενος εἰς Σέριφον καὶ καταλαβὼν προσπεφευγυῖαν τοῖς βωμοῖς μετὰ τοῦ Δίκτυος τὴν μητέρα διὰ τὴν Πολυδέκτου βίαν* (is enim *Δανάης ἐρασθεὶς καὶ, ἠνδρωμένου Περσέως, οὐ δυνάμενος αὐτῇ συνελθεῖν - - Περσεῖ ἐπέταξε τῆς Γοργόνος κομίζειν τὴν κεφαλήν* ibid. 2.) *εἰσελθὼν εἰς τὸν βασιλέα, συγκαλέσαντος τοῦ Πολυδέκτου τοὺς φίλους, ἀπεστραμμένος τὴν κεφαλὴν Γοργόνος ἔδειξε· τῶν δὲ ἰδόντων ὁποῖον ἕκαστος ἔτυχε σχῆμα ἔχων ἀπελιθώθη. Καταστήσας δὲ τῆς Σερίφου Δίκτυν βασιλέα κ. τ. λ.* Hoc fabulae Euripideae argumentum fuisse suspicor ob fragm. I. in eo enim Dictys, teste Plutarcho, Danaen filii Persei mortem deflentem exemplo aliorum, qui non minus graves molestias perpessi sint, consolatur, Itaque nuntiata haud dubie erat, vel credebatur certe, mors Persei, haud dubie Polydecto

auctore, qui ita se Danae potiturum esse sperabat, ut in Hercule furente Lycus Herculem mortuum esse vel simulans vel credens vim parat. Hinc sententiae complures de vi amoris fr. VI. quae Polydectis, amore Danaes capti, personae congruunt; cui alius, Dictys, opinor, honestum amorem hominum proborum opponit. Insunt tamen nonnulla, quae ab aliis non narrantur, quaeque, quomodo ab Euripide administrata sint, incertum est, ut quod fr. IX. significatur, aliquem liberos habentem novum tamen coniugium, e quo novi liberi gignerentur, quaesivisse; obscurum est etiam fr. V. Cur vero Polydecten vim Danaae afferentem et culpam sibi contrahentem facere non licuerit Euripidi, quia tragoediarum eius vis ac natura genus vindictae respueret, quod Perseus in lapides conversis Polydecte eiusque amicis exegerit, de quo Welckerus disputat de trilog. Aesch. p. 389. mihi quidem non liquet.

I. (XIV.) Plutarch. consol. ad Apollon. Opp. T. II. p. 106. *Ὁ δὲ παραμυθούμενος τὴν Δανάην δυσπενθοῦσαν Δίκτυς φησί·*

Δοκεῖς τὸν ᾅδην σῶν τι φροντίζειν γόων
καὶ παῖδ᾽ ἀνήσειν τὸν σὸν, εἰ θέλοις στένειν;
παῦσαι· βλέπουσα δ᾽ εἰς τὰ τῶν πέλας κακὰ
ῥᾴων γένοι᾽ ἂν, εἰ λογίζεσθαι θέλοις,
ὅσοι τε δεσμοῖς ἐκμεμόχθηνται βροτῶν,
ὅσοι τε γηράσκουσιν ὀρφανοὶ τέκνων,
τούς τ᾽ ἐκ μεγίστης ὀλβίας τυραννίδος
τὸ μηδὲν ὄντας· ταῦτά σε σκοπεῖν χρεών.

κελεύει γὰρ αὐτὴν ἐνθυμεῖσθαι τὰ τῶν ἴσα καὶ μείζω δυστυχούντων, ὡς ἐσομένην ἐλαφροτέραν. Grotius in Excerptis p. 381. ad Danaen retulit et vertit: *Orcumne credis fletibus flecti tuis Et redditurum, si gemas, natum tibi? Iam parce, quaeso; quod tuum est, melius feres Aliena spectans ad mala et tecum putans, Quot sint acerba quos coërcent vincula, Qui consenescunt liberûm exsorti domo, Qui devoluti regio de culmine Nil sunt; iuvabit ista te animadvertere.* V. 2. Musgrav. θέλεις. V. 4. Grotius ῥᾷον φέροις ἄν. male. vid. Bentlei. ep. ad Mill. p. 464. Wyttenb. ad Plutarch. p. 718. V. 5. Grotius scripsit ἐμμεμόχθηνται, quod recepit Barnes. reiiciens Bentlei. l. c. scriptum oportuisse dicit ἐμμεμόχλευνται vel ὅσοι τε δεσμοῖσι μεμόχλευνται βρ. Recte vulgatam defendit Wyttenb. l. c. et Philomath. II. p. 20. vertens *in vinculis defatigati, confecti, consumti contabuerunt.* V. 7. Valcken. in marg. ed. Barnes. adscripsit: f. ὀλβίους. Elmslei. ad Heracl. 168. τούς τ᾽ ἐκ μέγιστον ὀλβίας τυραννίδος. Me quidem duplex adiectivum uni substantivo iunctum non offendit.

Eiusdem Dictyis ad Danaen verba esse videntur illa:

II. (II.) Stob. tit. 13. p. 145. Gesn. p. 83. Grot.

Θάρσει· τό τοι δίκαιον ἰσχύει μέγα.

Confide; robur grande iustitia obtinet.

III. (XV.) Schol. Soph. Ai. 787. *Τί μ᾽ αὖ τάλαιναν. πρὸς τὸ Εὐριπίδου ἐν Δίκτυϊ·*

τί μ᾽ ἄρτι πημάτων λελησμένην
ὀρθοῖς;

IV. (VIII.) Stob. tit. 81. p. 474. Gesn. 83. p. 347. Grot. et Gaisf.

Εἷς γάρ τις ἐστὶ κοινὸς ἀνθρώποις νόμος,
καὶ θεοῖσι τοῦτο δόξαν, ὡς σαφῶς λέγω,
θηρσίν τε πᾶσι, τέκνα τίκτουσιν φιλεῖν·
τὰ δ᾽ ἄλλα χωρὶς χρώμεθ᾽ ἀλλήλων νόμοις.

Communis haec lex stirpis est mortalium, Trahens et ipsos in sui assensum deos Ferasque, amare quidquid est ex se satum; In rebus aliis iure non uno utimur. Iungenda sunt: κοινός ἐστιν ἀνθρώποις νόμος θηρσίν τε πᾶσι, ita ut verba καὶ θεοῖσι — λέγω parenthesin constituant, *quum etiam diis idem videatur.* τίκτουσιν dictum est, non τίκτοντας, quia hoc refertur ad ἀνθρώποις θηρσίν τε. Videntur esse Danaes verba. V. 2. ὡς σαφῶς λέγω est e Grotii emendatione pro ὃ σαφῶς λ.

V. (XVI.) Stob. tit. 50. p. 357. Gesn. 52. p. 201. Grot. et Gaisf.

Νεός, πόνοις δέ γ᾽ οὐκ ἀγύμναστος φρένας.

Juvenis, sed animo ad laborem exercito. In Trincav. et Gesn. deest lemma, sed ad Dictyem refertur in Paris. A. quem secutus est Grotius. Sermo esse videtur de Perseo. Pro πόνοις δέ γ᾽ Musgrav. ed. πόνοισι δ᾽ quod

Valcken. etiam margini Stobaei Grot. allevit. Nihil opus: vid. Porson. ad Eurip. Or. 1234. Med. 814. Neque tamen *δέ γε* ibi tantum locum habet, ubi secunda persona loqui incipit, sed omnibus locis, quibus, quae praecedunt, augentur.

VI. (VI.) Stob. tit. 62. p. 399. Gesn. 64. p. 261. Grot. et Gaisf.

Κύπρις γὰρ οὐδὲ νουθετουμένη χαλᾷ,
ἄν τ' αὖ βιάζῃ, μᾶλλον ἐντείνειν φιλεῖ,
κἄπειτα τίκτει πόλεμον· εἰς δ' ἀνάστασιν
δόμων περαίνει πολλάκις τὰ τοιάδε.

Nihil remittit, multa si moneas, Venus; Quod si pares vim, tendit hoc contra magis, Deinde bellum parit, in excidia urbium Et vastitates haec solent prorumpere. Duos priores versus citat etiam Galen. de Hippocr. et Plat. dogm. IV. p. 282, 45. ed. Foesii (Vol. V. p. 411. ed. Kühn.) ubi pro *οὐδέ* scriptum est *οὐδέν*, duplicata littera *ν*, quae statim sequitur et v. 2. *ἄν γάρ βιάζῃ*. Loqui videtur Polydectes, vehementiam sui erga Danaen amoris testificans, et fratris admonitiones (hinc *νουθετουμένη* v. 1.) repellens. De sententia vid. Gatak. advers. misc. p. 524. Valcken. ad Hippol. 444.

VII. (VII.) Stob. tit. 81. p. 474. Gesn. 83. p. 347. Grot. et Gaisf.

Πατέρα τε παισὶν ἡδέως συνεκφέρειν
φίλους ἔρωτας ἐκβαλόντ' αὐθαδίαν,
παῖδάς τε πατρί· καὶ γὰρ οὐκ αὐθαίρετοι
βροτοῖς ἔρωτες, οὐδ' ἑκουσία νόσος.
σκαιόν τι δὴ τὸ χρῆμα γίγνεσθαι φιλεῖ,
θεῶν ἀνάγκας ὅστις ἰᾶσθαι θέλει.

Morem remota gerere contumacia Amore capto filio debet pater, Natus parenti: non enim est hominum in manu Amor, nec illud spontis est nostrae malum. Audacia est insana, velle avertere Necessitates numine immissas deûm. Eadem sententia est in Hippol. 464. ubi vid. Valcken. Videntur haec etiam esse Polydectis verba.

VIII. (I.) Stob. eclog. phys. c. 12. p. 149. 151. Grot. T. I. p. 272. Heer.

Φίλος γὰρ ἦν μοι· καί μ' ἔρως ἕλοι ποτὲ
οὐκ εἰς τὸ μωρόν, οὐδέ μ' εἰς Κύπριν τρέπων.
ἀλλ' ἔστι δή τις ἄλλος ἐν βροτοῖς ἔρως,
ψυχῆς δικαίας σώφρονός τε κἀγαθῆς.
καὶ χρῆν δὲ τοῖς βροτοῖσι τόνδ' εἶναι νόμον,
τῶν εὐσεβούντων οἵτινες γε σώφρονες
ἐρᾶν, Κύπριν δὲ τὴν Διὸς χαίρειν ἐᾶν.

Amasse ego illum fateor; ille autem fuit Non stulta suadens, veneris aut illex amor. Nam datus et alius est amor mortalibus Iusti piique sobriique pectoris. Utinamque lex haec gentis humanae foret, ut amare sanctis moribus spectabiles Fas esset, omnis sed fugaretur Venus. V. 3. 4. laudat etiam Plutarch. T. II. p. 11. E. et ex Euripidis Theseo Stob. tit. 5. p. 63. Gesn. p. 37. Grot. ubi locus deest in Paris. A. V. 2. pro *τρέπων* malit *τρέποι*. Videntur esse verba Dictyis, Polydectem coërcere cupientis.

IX. (IX.) Stob. ibid. p. 349. Grot.

Ὄντων δὲ παίδων καὶ πεφυκότος γένους,
καινοὺς φυτεῦσαι παῖδας ἐν δόμοις θέλεις,
ἔχθραν μεγίστην σοῖσι συμβάλλων τέκνοις.

Quum sit tibi stirps, quum genus vivat tuum, Nova paras augere progenie domum; Hostilitatem mutuam proli seris. Supra voc. *πεφυκότος* Valck. in ed. Barn. adscripsit: an *πεπηγότος*. Num hac Polydecti a Dictye dicta sint, dubito, quum illum liberos iam habuisse aliunde non constet.

X. Stob. ibid. p. 347. Grot.

Ἐγὼ νομίζω πατρὶ φίλτατον τέκνον,
παισίν τε τοὺς τεκόντας, οὐδὲ συμμάχους
ἄλλους γενέσθαι φήμ' ἂν ἐνδικωτέρους.

Carissimum esse liberos patri puto, Natis parentem; nec societas firmior Datur inveniri, nec fides antiquior. In Paris. A. lemma est *ἐν τῷ αὐτῷ* i. e. *ἐν τῷ Δίκτυϊ*, ut ad fr. IX.

XI. (X.) Stob. tit. 84. p. 492. Gesn. 86. p. 351. Grot. et Gaisf.

Εἰς δ' εὐγένειαν ὀλίγ' ἔχω φράσαι καλά·
ὁ μὲν γὰρ ἐσθλὸς εὐγενὴς ἔμοιγ' ἀνήρ,
ὁ δ' οὐ δίκαιος, κἂν ἀμείνονος πατρὸς
Ζηνὸς πεφύκῃ, δυσγενὴς εἶναι δοκεῖ·

Praeconia a me haud magna nobilitas feret; Nam bonus et aequus nobilis me iudice est; Contemtor aequi, quamlibet claro satu Ipsum Tonantem superet, est ignobilis.

XII. (XII.) Stob. tit. 91. p. 507. Gesn. 93. p. 377. Grot. et Gaisf.

Μή μοί ποτ' εἴη χρημάτων νικωμένῳ
κακῷ γενέσθαι, μήδ' ὁμιλοίην κακοῖς.

Nunquam malus sim victus a pecunia; Sed nec malorum me illigem commercio. Hi versus apud Stob. tit. 92. p. 511. Gesn. 94. p. 381. Grot. iuncti sunt cum fr. Cresph. VIII. Sed sententiam quatuor versus non satis aptam inter se habent, ut verisimilius sit eos e diversis dramatis excerptos esse, altero autem loco lemma per incuriam omissum, quod nonnumquam factum in Stob. edd.

XIII. (IV.) Stob. tit. 37. p. 226. Gesn. 39. p. 155. Grot. et Gaisf.

Εἰ δ' ἦσθα μὴ κάκιστος, οὔποτ' ἂν πόλιν
τὴν σὴν ἀτίζων τήνδ' ἂν εὐλόγεις πάτραν.

Ni pravus esses, patriae nunquam tuae Contemtor haec externa laudares sola. Boissonadio πάτραν et πόλιν transponenda videntur.

XIV. (IV.) Stob. ibid.

Ὡς ἔν γέ μοι κρίνοιτ' ἂν οὐ καλῶς φρονεῖν,
ὅστις πατρῴας γῆς ἀτιμάζων ὅρους
ἄλλην ἐπαινεῖ καὶ τρόποισιν ἥδεται.

Nam me quidem censore non recte sapit Qui patriam collaudat alienam suae Contemtor, inque non suos mores abit. In exemplaribus Stobaei hi duo sunt diversi loci ex eadem fabula petiti; Musgrav. utrumque in unum coniunxit, ut iam antea Barnes. *ἔν γέ μοι* est *me iudice:* vid. Valck. ad Eur. Hipp. 324. Brunck. ib.

1330. quae non recordatus Heath. scribi iussit ὥς εὖ γέ μοι. Sed scribendum: ἔν γ' ἐμοί.

XV. (XI.) Stob. tit. 88. p. 500. Gesn. 90. p. 363. Grot. et Gaisf.

Φεῦ φεῦ παλαιὸς αἶνος ὡς καλῶς ἔχει·
οὐκ ἂν γένοιτο χρηστὸς ἐκ κακοῦ πατρός.

Quam vera vetus est, proh dolor, sententia, Malo parente non seri sobolem bonam. Haec omnia inde a fr. VII. Dictyis personae bene convenire videntur; sed in Polydecten quoque omnia cadere, quae obiiciuntur, ita ut ad eum oratio converti videri potuerit, non dixerim, ut fr. VIII. XI. XII.

XVI. (XIII.) Stob. tit. 104. p. 565. Gesn. 106. p. 441 sq. Grot. et Gaisf.

Πολλοῖς παρέστην κἀφθόνησα δὴ βροτῶν
ὅστις κακοῖσιν ἐσθλὸς ὢν ὅμοιος ᾖ,
λόγων ματαίων εἰς ἅμιλλαν ἐξιών.
τὸ δ' ἦν ἄρ' οὐκ ἀκουστὸν οὐδ' ἀνασχετόν,
σιγᾶν κλύοντα δεινὰ πρὸς κακιόνων.

Iam saepe vidi, saepe et indigne tuli Bonos sequentes moris exemplum mali, Sermone cum certamen irato strepit. At illud ingens visu et auditu nefas, Aliquem tacentem probra peiorum pati. φθονεῖν est idem quod νεμεσᾶν, *indigne ferre eum, qui modum egreditur*, ut Teleph. fr. XI. Musgr. Heath. duos posteriores versus non eidem personae, cui priores, tribuendos existimant. Sed opponuntur inter se qui v. 1. 2. commemorantur, et qui v. 3. 4. 5. Videntur autem haec a Polydecte pronuntiata esse.

XVII. (III.) Stob. tit. 36. p. 217. Gesn. p. 145. Grot.

Τυραννικόν τι πόλλ' ἐπίστασθαι λέγειν.

Semper loqui discupere nimis est regium. Grotius enim ἐφίεσθαι dederat pro ἐπίστασθαι, quia hoc sensum huic titulo περὶ ἀδολεσχίας minus convenientem habere videbatur. At quidni homo garrulus etiam, ὁ ἀδολέσχης, dici possit πόλλ' ἐπίστασθαι λέγειν, sicut Thersites ἔπεα φρεσὶν ᾖσιν ἄκοσμά τε πολλά τε ᾔδη Il. β', 213. Ver-

sus autem ille in Paris. A. ut e Dictye desumtus notatur, quique hunc sequuntur duo *Ἀνὴρ γὰρ ὅστις ἥδεται λέγων ἀεὶ, λέληθεν αὐτὸν τοῖς ξυνοῦσιν ὢν βαρύς* e Sophoclis Alete. At in Gesneriana noster versus est Aeschyli, duo sequentes Euripidis e Dictye, et hinc Musgravius hos versus fr. XVII. posuit, quod eo magis mirum, quod alias Grotianam sequi solet, in qua tamen lemmata sunt e Paris. A. In Gesneriana confusa esse videntur lemmata, Aeschyli nomine, quod ad v. 32. adscriptum oportuerat, sumtum e Prometheo v. 329. ad v. 29. *Τυραννικόν τι* - - translato, Euripidis autem a v. 29. ad 30. 31. et omisso nomine Sophoclis.

XVIII. (V.) Stob. tit. 42. p. 276. Gesn. 44. p. 171. Grot. et Gaisf.

Μὴ νεῖκος, ὦ γεραιὲ, κοιράνοις τίθου,
σέβειν δὲ τοὺς κρατοῦντας ἀρχαῖος νόμος.

Noli tyrannis, o senex, contendere. Antiqua lex est ista, rectores cole. „Male Grotius secundum versum dat Menandro et Clericus.“ *Valck.* in nota Msta ad Eurip. Barn. Cf. Heath. V. 1. legebatur *τυράννοις*. Grotius *κοιράνοις* e Salmasii emendatione. Cf. Porson. adv. p. 153. (134. Lips.) Blomfield. ad Aesch. Prom. 994. Verba esse videntur chori Dictyn a iurgio cum Polydecte persequendo avocans. *κοιράνοις* quum dicit pro *κοιράνῳ* id est *Πολυδέκτῃ*, ut in illo *τυράννοις ἐκποδὼν μεθίστασο* Phoen. 40. ad totum genus transfert, quod de uno rege dicere volebat. Pro *τοὺς κρατοῦντας* Boisson. *τοὺς ἄρχοντας*, nescio unde.

ERECHTHEUS.

De Erechthei historia locus classicus est Lycurgi adv. Leocrat. p. 160, 9. ed. H. Steph. (apud Reisk. T. IV, 2. p. 201. ed. Bekk. Oxon. T. III. p. 261.) *Φασὶν Εὔμολπον τὸν Ποσειδῶνος καὶ Χιόνης μετὰ Θρακῶν ἐλθεῖν τῆς χώρας ταύτης ἀμφισβητοῦντα, τυχεῖν δὲ κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους βασιλεύοντα Ἐρεχθέα, γυναῖκα ἔχοντα Πραξιθέαν τὴν Κηφισοῦ θυγατέρα, μεγάλου δὲ στρατοπέδου μέλλοντος αὐτοῖς εἰσβάλλειν εἰς τὴν χώραν, εἰς Δελφοὺς ἰὼν ἠρώτα τὸν θεὸν, τί ποιῶν ἂν νίκην λάβοι παρὰ τῶν πολεμίων. χρήσαντος δ' αὐτῷ τοῦ θεοῦ, τὴν θυγατέρα εἰ θύσειε πρὸ τοῦ συμβαλεῖν τὼ στρατοπέδω, κρατήσειν τῶν πολεμίων, ὁ δὲ τῷ θεῷ πειθόμενος τοῦτ' ἔπραξε καὶ τοὺς ἐπιστρατευομένους ἐκ τῆς χώρας ἐξέβαλε. διὸ καὶ δικαίως ἄν τις Εὐριπίδην ἐπαινέσειεν, ὅτι τά τε ἄλλ' ὢν ἀγαθὸς ποιητὴς καὶ τοῦτον τὸν μῦθον προείλετο ποιῆσαι, ἡγούμενος κάλλιστον ἂν γενέσθαι τοῖς πολίταις παράδειγμα τὰς ἐκείνων πράξεις, πρὸς ἃς ἀποβλέποντας καὶ θεωροῦντας συνεθίζεσθαι ταῖς ψυχαῖς τὸ τὴν πατρίδα φιλεῖν.* Cf. Heyne ad Apollod. III, 15, 4. Plutarch. parall. T. II p. 310 D. *Ἐρεχθεὺς πρὸς Εὔμολπον πολεμῶν ἔμαθε νικῆσαι, ἐὰν τὴν θυγατέρα προθύσῃ· καὶ συγκοινωνήσας τῇ γυναικὶ Πραξιθέᾳ προέθυσε τὴν παῖδα. Μέμνηται Εὐριπίδης ἐν Ἐρεχθεῖ.*

I. (XIII.) Clem. Alex. Strom. VI. p. 619. D.

- - - εὕδουσ' ἐν ἀστρώτῳ πέδῳ,
πηγαῖσι δ' οὐχ ὑδραίνουσιν πόδας.

De Sellis, oraculi Dodonaei sacerdotibus, qui *ἀνιπτόποδες, χαμαιεῦναι* vocantur Il. π', 234. haec dicta esse monuit Valcken. diatr. p. 170 sq. qui se non exputare fatetur, qua occasione in Erechtheo memorari potuerint et Selli et quae habet sequ. fr. Mihi oraculum de filia immolanda Erechtheo redditum esse Dodonae finxisse videtur Euripides et locus e prologo sumtus esse. V. 2.

Heath. scribebat *πόδας δὲ πηγαῖς οὐχ ὑδραίνουσιν* - - Valcken. *πηγαῖσι Σελλοὶ δ' οὐχ ὑγρ. π.* Musgrav. *ἐν ἀστρώτῳ πέδῳ, εὕδουσι πηγαῖς δ' οὐχ ὑδρ. π.* et *πηγαῖς* habet Eustath. ad Il. π', p. 1058, 4. = 1074, 41. Erfurdt. *πηγαῖσι δ' ὕδατος οὐχ ὑγρ. π.* — Ad eumdem locum de oraculo Dodonaeo pertinere arbitror sequens fr.

II. (XVIII.) Append. Vatic. II, 67. p. 292. *Μίασμα δρυός. παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἐρεχθεῖ αἰνιττόμενον τὸ Θηβαῖον παρανόμημα εἰς τὸ ἐν Δωδώνῃ μαντεῖον* - - *ἠσέβησαν γὰρ εἰς τὴν ἱέρειαν εἰσβαλόντες αὐτὴν εἰς τὸν ἐν Δωδώνῃ λέβητα ζέοντα ἐρωτικῶς διατεθεῖσαν εἰς ἕνα τῶν θεωρῶν.*

III. (XV.) Hesych. *Ζεῦγος τριπάρθενον. Εὐριπίδης Ἐρεχθεῖ.* Tres Erechthei filiae designari censeo, quamquam quatuor commemorat Lycurgus, sex Suidas v. *παρθένοι* e Phanodemo. Sed Theon schol. in Arat. 169. ubi Hyadas tres commemorari ab Euripide dixerat, paulo post *Εὐριπίδης μὲν οὖν ἐν Ἐρεχθεῖ τὰς Ἐρεχθέως θυγατέρας Ὑάδας φησὶ γενέσθαι τρεῖς οὔσας.*

IV. (IV.) Stob. tit. 52. p. 360. Gesn. 54. p. 205. Grot. et Gaisf.

Οὐδεὶς στρατεύσας ἄδικα σῶς ἦλθεν πάλιν.

Sine iure bellans non redit sospes domum. Musgrav. hoc fr. cum fr. VI. coniunctum exhibuit, quippe sensu cum eo cohaerens.

V. (III.) Stob. tit. 49. p. 355. Gesn. tit. 51. p. 197. Grot. et Gaisf.

Ὀλίγους ἐπαινῶ μᾶλλον, ἢ πολλοὺς κακούς.

Imbellium agmen sperno pro paucis bonis. *Ὀλίγους* nim. *ἀγαθούς*, omisso vocabulo, quod in opposito latet.

VI. (V.) Stob. tit. 52. p. 360. Gesn. 54. p. 205. Grot. et Gaisf.

Ὡς σὺν θεοῖσι τοὺς σοφοὺς κινεῖν δόρυ
στρατηλάτας χρή, τῶν θεῶν δὲ μὴ βίᾳ.

Volentibus dis arma sapientem decet Movere, non coeleste si imperium vetet.

VII. Stob. tit. 57. p. 378. Gesn. 59. p. 227. Grot et Gaisf.

Ναῦς ἡ μεγίστη κρεῖσσον, ἢ μικρὸν σκάφος.

Quaerenda navis magna prae tenui scapha. Omisit Musgr. sed apud Barnes. est v. 61. In ed. Gesn. et Grot. tanquam e Sophoclis Erechtheo affertur; at Trincav. *Εὐριπίδου*, Paris. A. *Εὐριπίδου Ἐρεχθέως.* Cf. Brunck. fr. Soph. p. 669. ed. min. f. 8.

VIII. Stob. tit. 52. p. 360. Gesn. 54. p. 207. Grot.

Μισῶ δ' ὅταν τις καὶ χθονὸς στρατηλάτης
μὴ πᾶσι πάντων προσφέρῃ μειλίγματα.

Odi creatum patriae et bello ducem, Qui ferre nescit casibus solatia. Vid. ad fr. Belleroph. XXVI.

IX. (X.) Stob. tit. 29. p. 199. Gesn. p. 127. Grot.

Ἐκ τῶν πόνων τοι τἀγάθ' αὔξεται βροτοῖς·
ὁ δ' ἡδὺς αἰὼν ἡ κακή τ' ἀτολμία
οὔτ' οἶκον οὔτε βίοτον οὐδὲν ὠφελεῖ.

Crescunt labore cuncta bona mortalium; At vita mollis atque iners ignavia Vitam nec hominum nec domos quidquam iuvant. Apud eumdem tit. 8. p. 97 = 53. ad Archelaum referuntur. Vid. Archel. fr. VII. ubi est *ἡ κακή τ' ἀνανδρία.* Potuerunt in utraque fabula poni, in Erechtheo inter admonitiones, quibus filii vitam regi vult moriens pater.

X. (IX.) Stob. tit. 92. p. 512. Gesn. 94. p. 383. et Gaisf.

Τὰς οὐσίας γὰρ μᾶλλον, ἢ τὰς ἁρπαγὰς,
τιμᾶν δίκαιον· οὔτε γὰρ πλοῦτος ποτὲ
βέβαιος ἄδικος — — — —

Decora res est, arte quae laudabili, Non vi, paratur; non habent solidam diu Male parta sedem.

XI. (XI.) Stob. tit. 120. p. 609. Gesn. 122. p. 499. Grot. 121. Gaisf.

ἐγὼ δὲ τοὺς καλῶς τεθνηκότας
ζῆν φημὶ μᾶλλον τοῦ βλέπειν τοὺς μὴ καλῶς.

Trincav. Gesn. *τοῦ βλάπτειν*, pro quo Gesn. in marg. Malim *βλέπειν*, quod *ἀντὶ τοῦ ζῆν* accipitur: et *βλέπειν τοὺς* MS. Colleg. Nov. apud Musgr. Paris. A. N. Voss. Arsen. *βλέποντος μὴ κ.* coni. Salmas. et rec. Grotius. At *βλέπειν* etsi saepe pro *ζῆν* ponitur, tamen num

βλέπειν καλῶς hoc sensu dici possit dubito. Nam illud eam tantum vitam significat, quae sensuum et totius corporis integritate continetur; *honeste* autem *vivere* non corporis est, sed animi. Neque tamen altera scriptura aptiorem sententiam praebet; quid enim hoc sibi vult: *qui honestam mortem oppetiverunt, eos vivere censeo potius quam vivere eos, qui non honeste vitam agunt?* Quidni simpliciter dixit ζῆν φημὶ μᾶλλον τῶν μὴ καλῶς ζώντων? An argutias captavit Euripides τοὺς ζῶντας, eos qui vere i. e. e ratione vivunt, opponens τοῖς βλέπουσιν seu iis, qui nihil nisi spiritum ducunt, edunt, bibunt, dormiunt, bestiarum, quam hominum, similiores?

XII. (XII.) Clem. Alex. Strom. VI. p. 741. ed. Paris. (621. B. Sylb.)

Αἰδοῦς δὲ καὐτὸς δυσκρίτως ἔχω πέρι·
καὶ δεῖ γὰρ αὐτῆς, κἄστιν οὖ κακὸν μέγα.

Difficile de pudore iudicium mihi est; Saepe eius opus est, est et ubi magnum malum. Sic H. Stephan. locum emendavit sched. V, 2. quum ederetur αἰδοῦς καὶ αὐτός quod ipsum retinuit Boissonad. vel αἰδοῦς δὲ αὐτός et ἔστιν οὐ. Bergl. ad Aristoph. Ran. 1481. citat αἰδοῦς γὰρ αὐτός. Cf. Valcken. ad Hippol. 385.

XIII. (VI.) Stob. tit. 53. p. 367. Gesn. 55. p. 211. Grot. et Gaisf.

Κείσθω δόρυ μοι μίτον ἀμφιπλέκειν
ἀράχναις, μετὰ δ' ἡσυχίας πολιῷ
γήρᾳ συνοικοίην·
ἀείδοιμι δὲ στεφάνοις κάρα
πολιὸν στεφανώσας,
Θρῄκιον πέλταν πρὸς Ἀθηνᾶς
περὶ κίοσιν ἀγκρεμάσας θαλάμοις,
δέλτων τ' ἀναπτύσσοιμι γῆρυν,
ἃν σοφοὶ κλέονται.

In Stob. Gesn. primus versus scribitur: Ἀρκείτω μοι μίτον ἀμφιπλέκειν ἀράχνα. Paris. A. Arsen. ἀρκείσθω δόρυ μοι μ.
σθω
Voss. ἀρκείτω δόρυ. δόρυ addit etiam Paris. B. E Voss. et Plutarch. Nicia p. 529. A. (c. 9.) versum emendavit Valck diatr. p. 168. Pacem, sed non nisi parta de hostibus vi-

ctoria, exoptat chorus haud dubie senum, in qua armorum et telorum nullus usus est, eaque aranearum telae opplent, ut in loco Bacchylidis apud Stobaeum ibid. ἐν δὲ σιδαροδέτοισι πόρπαξι αἰθᾶν ἀραχνᾶν ἱστοὶ πέλονται. Plut. l. c. ἐπόθουν τὸν ἀμίαντον καὶ ἀπόλεμον βίον, ἡδέως μὲν ᾀδόντων τὰ τοιαῦτα χορῶν ἀκούοντες· Κείσθω - - V. 4. πέλταν pro πεάταν e coni. Salmasii edidit Grot. et sic Paris. B. Arsen. Vult a tecti περιστύλοις pendere scuta Thracica, spolia hostium superatorum, ut recte Heath. — V. ult. legebatur κλέωνται. κλέονται coniectura assecutus est Gaisf. De voce cf. ad Alcest. 460.

XIV. (XIX.) Etymol. M. p. 153, 31. Ἀσιάτις. Ἀσιάδος κρούματα, τῆς κιθάρας. οὕτως Ἀριστοφάνης εἶπε, παρῳδῶν τὸ ἐξ Ἐρεχθέως Εὐριπίδου. ἡ τρίχορδος κιθάρα οὕτω καλεῖται. Vid. Aristoph. Thesm. 126.

XV. (XVI.) Suidas, Ἀνάστατοι, πλακούντων εἶδος. — Αἱ δὲ σελῆναι πέμματά εἰσι πλατέα κυκλοτερῆ· πέλανοι δὲ τὰ εἰς θεοὺς πέμματα. — Καὶ ἐν Ἐρεχθεῖ τὰς σελήνας πελάνους εἴρηκεν Εὐριπίδης·

Καί μοι — πολὺν γὰρ πέλανον ἐκπέμπεις δόμων —
φράσον σελήνας τάσδε πυρίμου χλόης.

Eadem leguntur s. v. σελῆναι. ἐκπέμπεις h. l. est iam in edit. Basil. 1544. sed sub v. σελῆναι est ἐκπέμπει. Pro πυρίμου Toup. Em. in Suid. I. p. 53. πυρίνου, *placentas ex tritico factas*. Idem, Rogat scilicet virgo, inquit, fati sui nescia; quo iste tantus apparatus? *Dic mihi,* inquit ad patrem, *quo has placentas es missurus? Nam video te plurimas mittere.* Tum plura de σελήναις. Frustra cur haec moliri Toupium, quamquam ingeniose, dicat Musgravius, non video: quamquam potuit etiam alia persona haec interrogare.

XVI. (XVII.) Suid. v. βοῦς ἕβδομος. πέμματα κέρατα ἔχοντα κατὰ μίμησιν τῆς πρωτοφαοῦς σελήνης. ἐκάλουν δὲ αὐτὸν βοῦν προστιθέντες καὶ τὸ ἕβδομον, ἐπεὶ ἐπὶ ἓξ ταῖς σελήναις ἐπεθύετο οὗτος ἕβδομος. ὁμοίως δὲ αἱ σελῆναι πέμματα πλατέα κυκλοτερῆ, ἃ καὶ οὕτως ἐκάλουν. ἔστι δὲ παρὰ Εὐριπίδῃ ἐν Ἐρεχθεῖ καὶ παρ' Ἀχαιῷ ἐν Ἴωνι. ut dubites, utrum τὰς σελήνας an βοῦν ἕβδομον

commemoratum esse ab Euripide dicere voluerit Suidas; alterum tamen probabilius, quia sequitur *τάττεται δὲ ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν ἄγαν ἀναισθήτων.*

XVII. (I.) Lycurg. l. c. *ἄξιον δὲ καὶ τῶν ἰαμβείων ἀκοῦσαι, ἃ πεποίηκε λέγουσαν τὴν μητέρα τῆς παιδός· ὄψεσθε γὰρ ἐν αὐτοῖς μεγαλοψυχίαν καὶ γενναιότητα ἀξίαν καὶ τῆς πόλεως καὶ τοῦ γενέσθαι Κηφισοῦ θυγατέρα.*

Τὰς χάριτας ὅστις εὐγενῶς χαρίζεται,
ἥδιστον ἐν βροτοῖσιν· οἳ δὲ δρῶσι μὲν,
*χρόνῳ δὲ δρῶσι, δυσγενέστεροι * *.*
ἐγὼ δὲ δώσω τὴν ἐμὴν παῖδα κτανεῖν·
λογίζομαι δὲ πολλά· πρῶτα μὲν πόλιν
οὐκ ἄν τιν' ἄλλην τῆσδε βελτίω λαβεῖν,
ἧ πρῶτα μὲν λεὼς οὐκ ἐπακτὸς ἄλλοθεν,
αὐτόχθονες δ' ἔφυμεν· αἱ δ' ἄλλαι πόλεις,
πεσσῶν ὁμοίως διαφοραῖς ἐκτισμέναι,
ἄλλαι παρ' ἄλλων εἰσὶν εἰσαγώγιμοι.
ὅστις δ' ἀπ' ἄλλης πόλεος οἰκίζει πόλιν,
ἁρμὸς πονηρὸς ὥσπερ ἐν ξύλῳ παγεὶς,
λόγῳ πολίτης ἐστὶ, τοῖς δ' ἔργοισιν οὔ.
ἔπειτα τέκνα τοῦδ' ἕκατι τίκτομεν,
ὡς θεῶν τε βωμοὺς πατρίδα τε ῥυώμεθα.
πόλεως δ' ἁπάσης τοὔνομ' ἕν, πολλοὶ δέ νιν
ναίουσι· τούτους πῶς διαφθεῖραί με δεῖ,
ἐξὸν πρὸ πάντων μίαν ὕπερ δοῦναι θανεῖν;
εἴπερ γὰρ ἀριθμὸν οἶδα καὶ τοὐλάσσονος
τὸ μεῖζον, οὑμὸς οἶκος οὐ πλεῖον σθένει
πταίσας ἁπάσης πόλεος, οὐδ' ἴσον φέρει.
εἰ δ' ἦν ἐν οἴκοις ἀντὶ θηλέων στάχυς
ἄρσην, πόλιν δὲ πολεμία κατεῖχε φλὸξ,
οὐκ ἄν νιν ἐξέπεμπον εἰς μάχην δορὸς
θάνατον προταρβοῦσ'; ἀλλ' ἐμοί γ' εἴη τέκνα,
ἃ καὶ μάχοιτο καὶ μετ' ἀνδράσιν πρέποι,
μὴ σχήματ' ἄλλως ἐν πόλει πεφυκότα.
τὰ μητέρων δὲ δάκρυ' ὅταν πέμπῃ τέκνα,
πολλοὺς ἐθήλυν' εἰς μάχην ὁρμωμένους.
μισῶ γυναῖκας, αἵτινες πρὸ τοῦ καλοῦ
ζῆν παῖδας εἵλοντο καὶ παρήνεσαν κακά.
καὶ μὴν θανόντες γ' ἐν μάχῃ πολλῶν μέτα
τύμβον τε κοινὸν ἔλαχον εὔκλειάν τ' ἴσην.
τἠμῇ δὲ παιδὶ στέφανος εἷς μιᾷ μόνῃ

πόλεως θανούσῃ τῆσδ' ὕπερ δοθήσεται,
καὶ τὴν τεκοῦσαν καί σε δύο θ' ὁμοσπόρω
σώσει· τί τούτων οὐχὶ δέξασθαι καλόν;
*τὴν οὐκ ἐμὴν *, πλὴν φύσει, δώσω κόρην*
θῦσαι πρὸ γαίας· εἰ γὰρ αἱρεθήσεται
πόλις, τί παίδων τῶν ἐμῶν μέτεστί μοι;
οὐκοῦν ἅπαντα γοῦν ἐμοὶ σωθήσεται·
ἄρξουσιν ἄλλοι· τήνδ' ἐγὼ σώσω πόλιν.
ἐκεῖνο δ', οὗ τὸ πλεῖστον ἐν κοινῷ μέρος,
οὐκ ἔσθ', ἑκούσης τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἄτερ
προγόνων παλαιὰ θέσμι' ὅστις ἐκβαλεῖ.
οὐδ' ἀντ' ἐλάας χρυσέας τε Γοργόνος
τρίαιναν ὀρθὴν στᾶσαν ἐν πόλεως βάθροις
Εὔμολπος οὐδὲ Θρᾷξ ἀναστέψει λεὼς
*στεφάνοισι, * * Παλλὰς δ' οὐδαμοῦ τιμήσεται.*
χρῆσθ', ὦ πολῖται, τοῖς ἐμοῖς λοχεύμασιν,
σώζεσθε, νικᾶτ'· ἀντὶ γὰρ ψυχῆς μιᾶς
οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ τήνδ' ἐγὼ σώσω πόλιν.
ὦ πατρὶς, εἴθε πάντες οἳ ναίουσί σε
οὕτω φιλοῖεν, ὡς ἐγώ· καὶ ῥᾳδίως
οἰκοῖμεν ἄν σε, κοὐδὲν ἂν πάσχοις κακόν.

V. 2. *ἥδιστον.* Osann et Bekk. *ἥδιον*, e Codd. ut ait Osann. De constructione vid. Schaef. ad not. Porson. in Eur. Phoen. 519. Gramm. gr. §. 632. 6. p. 1302 sq.

V. 3. Ad explendum versum Scaliger scribebat - - *δρῶσι, πολλὰ δυσγενέστεροι*, Grotius, in Exc. p. 363. et hunc Barnes. *χρόνῳ δὲ πολλῷ δρῶσι, δυσγενέστεροι.* Taylor. Reisk. ed. *δρῶσι, πολλῷ δυσγενέστεροι*, Heinrich *δρῶσι δυσγενέστερον.* Herm. in not. Mspt. *δυσγενέστεροι φύσιν.* Possis etiam coniicere *δυσγενέστεροι μακρῷ* vel *δυσγενέστερον πέλει. δυσγενέστεροι* videtur esse e correctione H. Steph. vel Taylori; *δυσγενέστερον* revocavit Bekk. Codd. auctoritate; quod tamen vereor ne e praec. *ἥδιστον* ortum sit.

V. 7. *ἧ* est ex emend. Grotii, quam firmat Vratisl. apud Osann. Plutarch. etiam de exsil. p. 604. D. *ἧ*, non *οἱ*, ut narrat Taylor. *οἱ* tamen Scalig. et Heinr. Vulgo *ἥ*.

V. 9. Plutarch. l. c. *πεσσῶν ὁμοίως διαφορηθεῖσαι βολαῖς*, quae lectio verior videri possit, altera Lycurgi

ab explicatore orta, qui adscripserit *ἐκτισμέναι ὁμοίως πεσσοῖς*. Plutarchi lectio magis genuina etiam videbatur Valcken. ad Herod. VII, 161. (p. 580, 78.) Sed recte iam Musgravius monuit calculos seu *πεσσοὺς* non iaci, quod proprium est *τῶν κύβων*, sed promoveri, *κινεῖσθαι*; tum vix intelligas, quomodo urbs e variarum hominum undique confluentium colluvie orta *διαφορεῖσθαι* dici possit, quod potius de urbe dissipata, incolis in varia loca alia translatis, dici posse videtur. Itaque Plutarchi lectio vitiosa esse videtur, et ita a recta ratione aliena, ut ne secundae quidem recensioni adscribi possit. Quae vero ad secundas librorum editiones probandas e varietate lectionis argumenta petuntur, ea mihi quidem infirmissima esse videntur. vid. ad Med. T. VI. p. 423. Si autem Lycurgi lectio vera est, ita iungenda sunt verba: *ἐκτισμέναι διαφοραῖς ὁμοίαις πεσσῶν διαφοραῖς*. at quid est *διαφοραῖς κτίζεσθαι*? Lenior fit structura, si e Plutarcho legamus *ὁμοίως*, ut edid. Taylor Reisk. Musgr. Heinr.

V. 10. *εἰσαγώγιμοι* Vratisl. apud Osann. et Bekk. Idem supra scriptum habet Burnei. pro *εἰσαγώγιμαι*. Plutarch. *ἐξαγώγιμοι*. Cives talium urbium comparantur cum mercibus aliunde importatis.

V. 11. *πόλεος* Grot. pro *πόλεως*. *οἰκίζῃ* ed. Musgrav. sine idonea causa.

V. 13. Pro *πολίτης* Reisk. *πολίστης*, quod novum et factum vocabulum videbatur, donec idem legi in Angl. A. B. ab Osanno edocti sumus. At quidni is, qui ex alia urbe profectus urbem condit, non re ipsa eius *conditor* appellari possit, ut *κτίσται* vocantur, qui coloniam aliquo deduxerunt? *πολίτου* nomine is minus dignus est, quippe non in eadem urbe natus. Accentus etiam indicare videtur *πολίστης* vitiose scriptum esse pro *πολιστής*: ut enim *οἰκιστής*, sic *πολιστής* scribi debuit. Similiter qui Lysiae p. 872. ed. Reisk. vocantur *φύσει μὲν πολῖται, γνώμῃ δὲ χρώμενοι, ὡς πᾶσα γῆ πατρὶς αὐτοῖς ἐστιν* vocari etiam possint *λόγῳ μὲν πολῖται, τοῖς δ' ἔργοισιν οὔ*. Vss. 11. 12. 13. om. Plutarch. et pro iis quinque alios habet, qui apud Lycurg. non leguntur. Eos Musgrav. post v. 13. inseruit; ego infra exhibui. Eos ab hoc loco alienos esse indicat allocutio *γύναι*.

V. 14. Legebatur *ἔχητι*. Sed. vid. Porson. ad Eurip. Or. 26.

V. 16. Legebatur *πολ. δ' ἀπ. τοὔνομ', ἐν πολλοῖς δέ μιν νόμοισι*. Scalig. et Grot. *τοὔνομ' ἕν, πολλοῖς δ' ἐνὶ νόμοισι*. Musgr. *τοὔνομ' ἕν, πολλοὶ δέ μιν νέμουσι*. Osann e Codd. Heinr. et Bekk. *πολλοὶ δέ νιν ναίουσι*. In fine versus Boisson. *πῶς διαφθεῖραί με χρῆ* (sic).

V. 20. Legebatur *ἑνὸς οἶκος*, pro quo Taylor. *εἷς μὲν οἶκος*, quod rec. Boissonad. Reisk. *ἐμὸς οἶκος*, Bekk. coni. *ὁ ὑμός*. Vratisl. *ἑνὸς μὲν οἶκ.* anapaesto in secundum sedem illato.

V. 22. *ἀντὶ θηλέων*. Sunt *τὰ θήλεα*. Reisk. coni. *θηλειῶν* vel saltem *θηλέως* sc. *σταχύος*, aut *γόνου*, vel *σπόρου*. Hoc recepit Musgrav. *θηλέος* tamen scribendum esse monens; illud probat Hermann. in nota mspta.

V. 24. legebatur *μιν*.

V. 25. Notam interrogationis post *προταρβοῦσ'* posuit Grot. Pro *εἴη* Bekk. *ἔστι*, haud dubie e cod. mspto. unde Herm. scribendum coni. *ἔστω*. Mihi hoc optare reginam aptius videtur, quam iubere.

V. 27. *μὴ σχήματ' ἄλλως* recte Scaliger, Grotius, Taylor pro *μὴ σχήματα δ' ἄλλως*

V. 28. *ὅταν πέμπῃ*, *quum comitantur, prosequuntur*. vid. Buttmann. ad Soph. Phil. 495.

V. 31. *ζῆν παῖδας εἵλοντο, καὶ παρ.* Scalig. et Grot. *εἷλον*. Reisk. *ζ. παῖδας ἑλόμεναι παρήν*. et sic Boissonad. Heinr. om. *ζῆν, εἵλοντο παῖδας καὶ παρήν*. Schaef. ad Lamb. Bos. p. 739. - - *εἵλοντ' ἠδὲ κακὰ παρήν*. Herm. de ell. et pleon. p. 144. *ζ. π. εἵλονθ' ὅτι παρήν*. in not. mspta. *ζ. π. εἵλονθ', αἵ παρήν*. Mihi in mentem venit, *εἵλοντ', ἢ παρ.*

V. 34. Sic eleganter Tyrwhitt. (apud Schaef. melet. cr. p. 19.) quod recepit etiam Heinrich. pro *στέφ. ἡ μία μόνη Π. θανοῦσα τῆσδ' ὕ. δ.* in qua scriptura altera vocis *μία* syllaba contra morem producitur. Ex Tyrwh. em. et *τύμβος κοινός* ac *στέφανος εἷς* aptius sibi in oppositione respondent, nec *θανοῦσα δοθήσεται* contra leges linguae accipiendum erit pro *θανουμένη δοθήσεται*.

V. 36. *δύο θ᾽ ὁμοσπόρω* Bekk. e scriptura codd. A. B. *δύο θ᾽ ὁμοσπόρων*. Valck. ad Phoen. 1022. (cf. ad 585. Brunck. ad Aristoph. Ran. 1405.) *δύο θ᾽ ὁμοσπόρους*, probante Heath.

V. 37. *σώσει* Grot. pro *ὡς εἰ*. — *τί τούτων οὐχὶ δέξ. κ.* Eurip. Suppl. 527. *τί τούτων ἐστὶν οὐ καλῶς ἔχον;* ubi hunc locum apposuit Markl.

V. 38. *τὴν οὐκ ἐμὴν γάρ* vel *γοῦν* leg. coni. Herm. recte; in libris *γέ* deest.

V. 41. Sex codd. apud Bekk. *οὐκοῦν ἅπαντας γοῦν τ᾽ ἐμὸν σωθήσεται*. Reisk. coni. *τοὐν ἐμοί quantum in me (penes me) est*. Musgr. *Οὔκουν ἀπαντᾷ νῦν· ἐμοὶ σωθήσεται. Illud ergo in mentem mihi nunc non venit; servabitur urbs.* Heinrich. et Herm. Boissonad. Reiskii coniecturam probant, nisi quod hic etiam *οὐκ οὖν* scribit.

V. 42. *ἄρξουσιν ἄλλοι*. Sic duo codd. Bekk. pro *ἄρξουσι δ᾽ ἄλλοι*, *τήνδ᾽* tres pro *τὴν δ᾽*. Musgr. coni. *ἄρξουσί τ᾽ ἄλλοι τῇδέ γ᾽, εἰ σώσω, πόλει.* Herm. commate post *σωθήσεται* interpungit, et haec superioribus continuat sic: *ἄρξουσί τ᾽ ἄλλ᾽ οἷς τήνδ᾽ ἐγὼ σώσω πόλιν;*

V. 43. Herm. coni. *κείνων δέ γ᾽ οὔ μοι πλεῖστον ἐν κοινῷ μέρος;* Reisk. haec verba per epexegesin explicari censet illis, *προγόνων παλαιὰ θέσμια*, quo mihi quidem nihil melius in mentem venit.

V. 44 sq. Pro *ἄτερ* Valck. l. c. *ἄνευ*, quod probatum Musgr. et Dobraeo ad Aristoph. Plut. 586. recepit Heinr. Herm. citat Soph. Antig. 4. ut eum *ἐκούσης τῆς ἐμῆς ψυχῆς* et *τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἄτερ* posita esse *ἐκ παραλλήλου*, vel, si mavis, duas constructiones coniunctas censere suspicer, et *ἄτερ ἐμῆς ψυχῆς* repetita negatione dictum esse pro *μετ᾽ ἐμῆς ψυχῆς*, *me volente*.

V. 45. Libri *θέσμιά τις ἐκβάλλει*. Scalig. et Grot. *θέσμι᾽ οὔτις ἐκβαλεῖ*. Reisk. *θέσμι᾽ ὅστις ἐκβαλεῖ*.

V. 46. *οὐδ᾽ ἀντ᾽ ἐλάας* e praeclara Dobraei l. c. coniectura pro *οὐδ᾽ ἂν τελείας* recepit Bekker, probatum etiam Hermanno et Schaefero appar. Demosth. II. p. 343. Gorgonem cum Pallade nonnunquam commutari, ut a nostro Helen. 1316. monuit Müller Prolegom. p. 310. De

ἐλάᾳ et *τριαίνῃ* in Acropoli Dobraeus consuli iubet eos quos citet Meurs. Cecrop. XVIII—XXII. in quibus est Hegesias apud Strabon. IX. p. 396. (607. Almel.) *ἔπεισι δὲ ὅ φησιν Ἡγησίας, ὁρῶ τὴν ἀκρόπολιν, καὶ τὸ περὶ τῆς τριαίνης ἔχει τι σημεῖον*, citatus a Müllero in libro de Orchomeno p. 384. not. 2.

V. 48. *ἀναστέψει* Musgrav. pro *ἀναστρέψει*. Receperunt Heinr. et Bekk.

V. 49. Legebatur *στεφάνοισιν οὐδαμοῦ τιμήσεται. Παλλὰς δ᾽* e cod. A. recepit Osann. et e cod. Crippsio - Burneiano addendum monuit Dobraeus, addidit Bekk. etiam e Laurentiano. Sententiam his verbis declaravit Dobraeus: *Nunquam committam, ut Eumolpus Athenarum tutelam Palladi Poliadi ademtam patri suo Neptuno tribuat.* Boisson. edidit *Οὐκ ἔσθ᾽ ὅπως ὑμῖν ἐγὼ οὐ σώσω πόλιν.*

V. 54. Olim *ὡς ἐγώ· καί γε ῥᾳδίως*. Taylor *ὡς ἐγὼ· καὶ ῥᾳδίως*. Reisk. *ὡς ἔγωγε· ῥᾳδίως*.

Restat ut Hug. Grotii Exc. p. 382. interpretationem latinam addam. *Quum quid fit aliis corde generoso bene, Dulcissimum hoc hominibus: at qui differunt Procrastinantque merita, generosi minus. En ego meam ipsa filiam in mortem dabo Animo revolvens multa: primum urbem mea Reperire quae sit melior haud usquam licet; Cui non coactus populus alieno ex solo, Indigena sed gens; ceterae, scrupi velut, Urbes loco mutantur, ut iactus tulit, Aliaeque ab aliis sede pelluntur sua. At quisquis alio migrat et patriam fugit, Tanquam quod operi iungitur tignum malum, Verbo quidem ille est civis, at re non item. Deinde in hanc rem parere nos prolem iuvat, Ut protegamus patriam atque aras deûm. Tum civitatis nomen unum, in legibus Res posita multis: perdere has an fas mihi, Quum possit una vita pro multis dari? Si namque numeros, quidque sit plus aut minus, Percipimus animo, non malo unius domus Commune vinci, sed nec aequari potest. Quod si mihi pro stirpe foeminea mares Essent, et urbem Martis impeteret furor, Cunctarer illos mittere in pugnam, metu Abstenta mortis? talis at stirps sit mihi, Quae cernat armis, quae inter emineat viros, Non qui*

se inane praebeant spectaculum. Lamenta matrum prosequentum liberos Effeminarunt saepe pugnacem impetum. Odi sed illas, ante quae pulchro ferunt Vitam suorum, quae male hortantur suos. Quos pugna rapuit, hos solent communia Monumenta multis lausque ut ex cumulo sequi; Mea nata vero proprium accipiet decus, Quod se una tota pro urbe lustralem dabit, Matremque pariter atque germanas duas Servabit. Hic quid ergo non optabile? Dabo immolandam filiam non iam meam, Solo nisi ortu: namque si patriam capit Hostis, quid ad me pertinet proles mea? Nunc nostra habebunt se bene; hanc urbem regant Alii, salutem dum suam mihi debeat. Res, unde tantum publice orietur bonum, Animo nisi volente non fiet meo. Sic vetera nemo iura maiorum eruat, Sacram tridentem Gorgonis nec aureae, Stat urbis ipsa quae super fundamina, Eumolpus et Threïcia disiiciet manus, Attollet hostis nec coronatum caput. Cives, fruimini vos puerperio meo Et vincite et supereste; populum quominus Hunc anima redimat una, non possum pati. O patria, si te quotquot hoc habitant solum Pariter amarent ut ego, nos feliciter Ageremus et tu nulla patereris mala.

His subiungendus est locus apud Plutarch. II. p. 604. D. E. *Τίς γὰρ εἴρηκε τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος ἐγκώμιον τοιοῦτον οἷον Εὐριπίδης;*

Ἧι πρῶτα μὲν λεὼς οὐκ ἐπακτὸς ἄλλοθεν,
αὐτόχθονες δ' ἔφυμεν· αἱ δ' ἄλλαι πόλεις
πεσσῶν ὁμοίως διαφορηθεῖσαι βολαῖς
ἄλλαι παρ' ἄλλων εἰσὶν ἐξαγώγιμοι.
Εἰ δὲ πάρεργον χρή τι κομπάσαι, γύναι,
οὐρανὸν ὑπὲρ γῆς ἔχομεν εὖ συγκεκραμένον,
ἵν' οὔτ' ἄγαν πῦρ, οὔτε χεῖμα συμπιτνεῖ.
Ἃ δ' Ἑλλὰς Ἀσία τε τρέφει κάλλιστα
τῆς γε δέλεαρ ἔχοντες συνθηρεύομεν.

Horum versuum 5-9 non potuerunt non post Lycurgi tempus demum addi, ideoque non ab ipso auctore fabulae, sed ex interpolatione histrionum, cuius generis multa exempla collegit Boeckh. in libro de Tragicis graecis, verius quam e secunda editione petiti esse videantur. V. 5. Musgr. scribendum censebat *εἰ δ' ἐς πάρεργον χρή τι κομπάσαι, φίλαι*, quod ex parte amplectitur Hermann. pro *γυναῖκες* tamen non *γύναι* legens cum Osanno sed *λόγου*. Boisson. edidit *εἰ δὴ πάρεργον*. — V. 6. Musgr. *εὖ κεκραμένον*. V. 8. 9. Valck. ad Herod. I, 142. (p. 70, 80.) em. *Ἃ δ' Ἑλλὸς Ἀσία τε κάλλιστα τρέφει, Γῆς τῆσδε δέλεαρ ἔχοντες οὐ θηρεύομεν.* qui versus revera sunt horribiles. Musgr. *ἃ δ' Ἑλλὰς Ἀσίς τ' ἐκτρέφει κάλλιστ', ἀεὶ Τῆς γῆς δέλεαρ ἔχοντες, οὐ θηρεύομεν*, Hermann. autem ad Soph. Ai. p. 629. ed. Erf. mai. *ἃ δ' Ἑλλὰς Ἀσία τ' ἐντρέφει κάλλιστα γῇ, δέλεαρ ἔχοντες οὐδὲν, οὐ θηρ.* at in not. Mpta. *πάντα συνθηρεύομεν.* Boisson. *Ἃ δ' Ἑλλὰς Ἀσία τ' ἐκτρέφει κάλλιστ' ἀεὶ, Τῆς γῆς δέλεαρ ἔχοντες, οὐ θηρεύομεν.*

XVIII. (VII.) Stob. tit. 74. p. 451. Gesn. 76. p. 331. Grot. et Gaisf.

Θετῶν δὲ παίδων ποῦ κράτος; τὰ φύντα γὰρ
κρείσσω νομίζειν τῶν δοκημάτων χρεών.

Stirpi insitivae nulla vis; praestantius Satu datum quam lege mentitum genus. *δοκήματα* sunt *οἱ δοκοῦντες*, ut *παιδεύματα οἱ παιδευθέντες*.

XIX. (VIII.) Stob. tit. 77. p. 454. Gesn. 79. p. 337. Grot. et Gaisf.

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν μητρὸς ἥδιον τέκνοις.
ἐρᾶτε μητρὸς παῖδες· ὡς οὐκ ἔστ' ἔρως
τοιοῦτος ἄλλος, οἷος ἡδίων ἐρᾶν.

Grotius v. ult. *οἰκείων* pro *ἡδίων*. recte; et hoc rec. Boiss. *Nil est parente carius natis sua. Amate matrem, liberi: nam dulcior Nullus suorum quam suos erga est amor.* Barnesius hoc cum fr. XX. coniunxit, et sunt haec item, ut illa, patris ad liberos verba.

XX. (II.) Stob. tit. 3. p. 36. Gesn. p. 17. Grot.

Ὀρθῶς μ' ἐπήρου, βούλομαι δέ σοι, τέκνον, —
φρονεῖς γὰρ ἤδη κἀποσῶσαι' ἂν πατρὸς
γνώμας φράσαντος, ἢν θάνω, — παραινέσαι
κειμήλι' ἐσθλὰ καὶ νέοισι χρήσιμα,
βραχεῖ δὲ μύθῳ πολλὰ συλλαβὼν ἐρῶ.
πρῶτον φρένας μὲν ἠπίους ἔχειν χρεών·
τῷ πλουσίῳ τε μὴ διδοὺς μεῖζον μέρος
ἴσον σεαυτὸν εὐσεβεῖν πᾶσιν δίδου.
δυοῖν παρόντοιν πραγμάτοιν πρὸς θάτερον
γνώμην προσάπτων τὴν ἐναντίαν μίσει.

ἀδίκως δὲ μὴ κτῶ κτήματ᾽, ἢν βούλῃ πολὺν
χρόνον μελάθροις ἐμμένειν· τὰ γὰρ κακῶς
οἴκους ἐσελθόντ᾽ οὐκ ἔχει σωτηρίαν.
ἔχειν δὲ πειρῶ· τοῦτο γάρ τό τ᾽ εὐγενὲς
καὶ τοὺς γάμους δίδωσι τοὺς πρώτους ἔχειν.
ἐν τῷ πένεσθαι δ᾽ ἐστὶν ἥ τ᾽ ἀδοξία,
κἂν ᾖ σοφός τις, ἥ τ᾽ ἀτιμία βίου.
φίλους δὲ τοὺς μὲν μὴ χαλῶντας ἐν λόγοις
κέκτησο, τοὺς δὲ πρὸς χάριν σὺν ἡδονῇ
τῇ σῇ πονηροὺς κλεῖθρον εἰργέτω στέγης.
ὁμιλίας τε τὰς γεραιτέρας φίλει,
ἀκόλαστα δ᾽ ἤθη, λαμπρὰ συγγελᾶν μόνον,
μίσει· βραχεῖα τέρψις ἡδονῆς κακῆς.
ἐξουσίᾳ δὲ μήποτ᾽ ἐντυχὼν, τέκνον,
αἰσχροὺς ἔρωτας δημοτῶν διωκάθειν,
ὃ καὶ σίδηρον ἀγχόνας τ᾽ ἐφέλκεται,
χρηστῶν πενήτων ἤν τις αἰσχύνῃ τέκνα.
καὶ τοὺς πονηροὺς μή ποτ᾽ αὔξειν ἐν πόλει·
κακοὶ γὰρ ἐμπλησθέντες ἢ νομίσματος,
ἢ πόλεος ἐμπεσόντες εἰς ἀρχήν τινα,
σκιρτῶσιν, ἀδόκητ᾽ εὐτυχησάντων δόμων.
ἀλλ᾽, ὦ τέκνον μοι δὸς χέρ᾽, ὡς θίγῃ πατὴρ,
καὶ χαῖρ᾽· ὑπ᾽ αἰδοῦς δ᾽ οὐ λίαν ἀσπάζομαι·
γυναικόφρων γὰρ θυμὸς ἀνδρὸς οὐ σοφοῦ.

Quum iusta poscas, nate, quod poscis dabo. Nam tibi dat aetas sapere, nec me mortuo Sententiarum vis paternarum excidet. Dabo igitur gemmas, quae iuventutem iuvent, Sermone quamvis multa complectens brevi. Benignus esto semper et tractabilis; Nec diviti largire plus quam pauperi, Da te fruendum pariter ex aequo omnibus. Negotiorum de duobus quae imminent, Statim alteri animum adverte, ne procrastina. Fundare si vis solia mansurae domus, Opes iniquas sperne: nam quae per nefas Trans limen intrant stare non possunt diu. Fac aliquid habeas; inde nobilitas venit Et nuptiarum copia optimatium. At pauper adsit quamlibet sapientia, Expers honoris nomen habet inglorium. Tales amicos quaere, qui verum loqui Constanter ausint; obde ferratas fores His, qui infideles gratiae se mancipant. Adsuesce senibus; utile est commercium. Brevis voluptas saepe tristitiam parit. Ad dignitatis alta vectus culmina Ne civium corporibus illudas, cave. In sese et enses acuit et laqueum vocat Quicunque honesti pauperis spurcat domum. Mandare noli non probis rempublicam: Namque impiorum natio gazam sibi Vel imperi vim nacta desultat ferox, Crevisse cernens spem supra subito lares. Et iam manum da, nate, tangendam patri, Valeque; nam te prohibet amplecti pudor: Cor quippe non muliebre sapientem decet.

Huius fragmenti versus 11. 12. 13. leguntur etiam apud Stob. tit. 92. p. 511. Gesn. = 94. p. 389. vv. 14—17. ib. tit. 89. p. 503. = 91. p. 371. v. 18. 19. 20. ib. tit. 14. p. 148. = p. 83. et apud Plut. T. II. p. 63. A. vv. 21. 22. 23. ib. tit. 114. p. 585. = 116. p. 475. vv. 24. 25. 26. 27. ib. tit. 17. p. 156. = p. 95. vv. 28. 29. 30. 31. ibid. tit. 42. p. 276. = 44. p. 171. ubique ex Euripidis Erechtheo; quod lemma toti praeponit etiam Paris. A. Verba videntur esse Erechthei e vulnere in pugna accepta morientis (vid. Paus. I, 38, 4.) ad Cecropem filium.

V. 2. *κἀποσώσαι᾽ ἂν* Porson. praef. Eur. Hec. p. XXXIII. ed. Lond. tum quia *ἂν* verbo suo statim subiungi solet et quidem cum elisione, tum quia *meminisse* multo saepius est *σώζεσθαι*, quam *σώζειν*.

V. 3. *ἢν* scripsi pro *ἂν*, e consuetudine Tragicorum.

V. 7. Sic Gesn. Grot. *μεῖζον* om. Trinc. Voss. Paris. B. quorum ille *τῷ τε μὴ διδοὺς μέρος*, hic *ποτε μὴ διδοὺς μέρος*. Musgr. e MS. Coll. Nov. Oxon. scripsit *τῷ πλουσίῳ δὲ τῷ τε μὴ διδοὺς μέρος*. Hoc si sequamur, iungenda erunt *διδοὺς μέρος ἴσον*, tum denuo *ἴσον σεαυτὸν δίδου*. quae intricata est et contorta oratio. Nostram lectionem habere videntur etiam Paris. A. et Codd. Schowii.

V. 8. *εὖ σέβειν* Scalig. quo nihil proficitur. *εὖ σέβων* Salmas. quod recepit Grotius. Valcken. in marg. ed. Barn. „an *εὐσεβῆ ᾽ν*?“ et *εὐσεβῆ* habet Paris. B. a m. sec. Si *εὐσεβεῖν* verum est, iungenda *ἴσον εὐσεβεῖν*, *parem in pietate praestanda*, quod haud scio an consuetudo Graecorum non patiatur: nam *εὐσεβεῖν σεαυτὸν δίδου* esset *venerandum te praebe*. Itaque cum Musgr. verum puto *εὐσεβῶν*. Boissonad. *κεὐσεβῆ*.

V. 10. *μίσει* in metrum peccat. Itaque Salmasius coni. *τὴν ἐναντίαν μέθες*. Grotius autem edidit *γρ. προσάπτειν*,

(e MS. recentiore, et sic Voss.) *μήδ' ἐς αὔριον μένειν.* Musgr. coni. *γν. προσάπτειν τὴν ἐναντίαν μεθείς.* Boisson. *προσάπτειν τὴν ἐν. στύγει.*

V. 11. *ἄν* pro *ἦν* Stob. tit. 92.

V. 12. *τὰ γὰρ κακῶς.* Sic Stob. tit. 92. pro eo quod hic habet Gesn. et Codd. *τὰ δ' ἀδίκως*, pro quo Grot. dedit *τὰ γὰρ ἀδίκως.* Sed *ἀδίκως* haud dubie scriptum ab eo, qui, quod antea commemoratum erat, hic etiam legi debere censeret.

V. 15. e Stob. tit. 89=91. inseruit Grot. propter *τε* praecedens. Pro *τό τ'* Cod. C. apud Schow. *ποτ'*

V. 17. Stob. tit. 3. *ἀνανδρία τε ἤ τ' ἀτιμ. β.* Nostrum e tit. cit. dedit Grot.

V. 18. 19. 20. Plutarch. haec tanquam a Merope dicta laudat. Vid. fr. Cresph. XVIII. Sunt autem eiusmodi, ut in multis etiam aliis Euripidis tragoediis locum habere potuerint. In libro de util. ex inimicis cap. non leguntur, quod Grot. falso annotavit. V. 18. Stob. tit. 14. *φίλους.* V. 18. Boisson. *φίλων δὲ τοὺς μὲν μὴ χ.*

V. 19. *σὺν ἡδονῇ τῇ σῇ*, supple *λέγοντας*, quod in *λόγοις* latet. Durius tamen hoc, et vellem liber aliquis praeberet *τῇ σῇ λαλοῦντας.* Hoc illud est quod Demaratus dicit apud Herod. 7, 101. extr. *Βασιλεῦ, πότερα ἀληθηΐῃ πρὸς σὲ χρήσομαι, ἢ ἡδονῇ;*

V. 21. 22. 23. sic leguntur tit. 116. Nam tit. 3. illa tantum ponuntur: *ὁμιλίας τε τὰς γεραιτέρους θέλε. βραχεῖα τέρψις ἡδονῆς τίκτει λύπην.* Ex illo titulo locum supplevit Barnes. non praeeunte Grotio, qui *βρ. τέρψις ἡδ. λύπην τεκεῖ.* Io. Pierson. ut annotavit Valck. *τίκτει βλαβήν.* Tit. 3. scribitur etiam *τὰς γεραιτέρους*, quod defendi potest. vid. Gramm. gr. §. 117. 11. not.

V. 24. *ἐξουσίᾳ δὲ μήποτ' ἐντυχών* Stob. tit. 17. unde recepit Grotius pro *ἐξουσίαν δὲ μήποτ' εὐτυχῶν*, quod hic legebatur, et servavit Boissonad.

V. 25. *αἰσχρῶν ἔρ.* Trinc.

V. 26. *ὅ*, nimirum *τὸ αἰσχροὺς ἔρωτας δημοτῶν διωκάθειν*, sed per abundantiam aliquam explicatur verbis

χρηστῶν πενήτων ἤν τις αἰσχύνῃ τέκνα. Vid. Gramm. gr. §. 476. p. 892. Schaef. app. Demosth. IV. ad p. 779. v. 13. in quo tamen se errasse confitetur senex candidissimus Tom. V. ad p. 1277. v. 10. Mihi altero loco errasse videtur; nam Isocratei *ὃ δὲ πάντων σχετλιώτατον, ὅτι* diversa est ratio, de qua vid. Gramm. gr. p. 806.

V. 28. *αὔξειν ἐν πόλει* scribitur tit. 42. *αὐξάνειν πόλει* tit. 3. Illud recte praetulit Grotius vulgari formae.

V. 31. *ἀδόκητ'* tit. 44. et apud Plutarch. *ἀδίκως* tit. 3.

V. 33. *δ'* om. Grot. *σ'* post *λίαν* inserendum censet Heath. recte.

XXI. (XIV.) Steph. Byz. v. *Αἰθίοψ.*

Αἰθιοπίαν νιν ἐξέσωσας ἐπὶ χθόνα.

Leg. *εἰς χθόνα.* Sermo esse videtur de eo, quod Apollodorus narrat III, 15, 4. *Χιόνη δὲ Ποσειδῶνι μίγνυται. ἡ δὲ κρύφα τοῦ πατρὸς Εὔμολπον τεκοῦσα, ἵνα μὴ γένηται καταφανὴς, εἰς τὸν βυθὸν ῥίπτει τὸ παιδίον. Ποσειδῶν δὲ ἀνελόμενος εἰς Αἰθιοπίαν κομίζει.* Hoc si verum est, Neptunus hic compellari putandus est, a quo, non assequor.

Ad Erechtheum Porson. advers. p. 256. (226.) refert etiam locum apud Plutarch. II. p. 809. D.

Φιλῶ τέκν', ἀλλὰ πατρίδ' ἐμὴν μᾶλλον φιλῶ.

Verba videntur esse Praxitheae.

EURYSTHEUS,

DRAMA SATYRICUM.

De argumento nihil explorati habeo. Herculis ad inferos descensum in eo tractatum esse, satis probabiliter e fr. VIII. (IX.) colligit Musgrav. Eodem pertinere videtur fr. III. Hoc si verum est, concidit Piersoni coniectura memorata ad fr. II. Fortasse in hac fabula posuit Euripides, quod narrat Apollodor. II, 5, 1. de Eurystheo: *φασὶ δὲ ὅτι δείσας καὶ πίθον αὐτῷ χαλκοῦν εἰσκρυβῆναι ὑπὸ γῆς κατεσκεύασε, καὶ πέμπων κήρυκα Κοπρέα Πέλοπος τοῦ Ἠλείου ἐπέταττε τοὺς ἄθλους.* quod Apollod. cum Tzetze Chiliad. II, 232 sqq. post leonem Nemeaeum occisum, Diodor. Sic. IV, 12. post captum aprum Erymanthium factum scribunt.

I. Pollux X, 108. *Σκεῦος δὲ μαγειρικὸν καὶ ἠθμός, Εὐριπίδου ἐν Εὐρυσθεῖ Σατυρικῷ εἰπόντος·*

— — — ἢ κυάθον, ἢ χαλκήλατον
ἠθμὸν προσίσχων τοῖσδε τοῖς ὑπωπίοις.

II. Id ib. 145. *Ὅτι δὲ καὶ τὴν σπάθην ἐπὶ τοῦ ξίφους εἰρήκασιν, εὕροις ἂν ἐν Εὐριπίδου Εὐρυσθεῖ Σατυρικῷ· Πᾶς δὲ φασγάνῳ ἐξηθέριζεν ὥστε πύρινον σπάθῃ κολούων φασγάνου μελανδέτου.* ἐξηθέριζε vox est nihili; pro qua recte e Seberi MS. Pierson. Verisim. p. 256. scripsit *ἐξεθέρισεν*, deleta voce *φασγάνῳ* quae e glossemate ad sq. *σπάθῃ φασγάνου* adscripto orta est. Priorem versum addita voce *στάχυν* explerunt Pierson. et Heath. Minus bene Toup. Emend. in Suid. T. IV. p. 391. supplebat *στρατόν*. Sic igitur legendi hi versus:

Πῶς δ' ἐξεθέρισεν, ὥστε πύρινον στάχυν
σπάθῃ κολούων φασγάνου μελανδέτου.

πῶς suspectum est; hinc Pierson. tentabat etiam: A. *Πῶς δ' ἐξεθ.* B. *ὥστε πύρ. στ.* „Roganti alicui, fortasse

Eurystheo; quomodo Hercules capita hydrae excidisset, respondet nuntius: *veluti spicam triticeam gladio nigrum manubrium habente demetens.*“ contra quod Musgrav. monet, *ἐξεθέρισεν*, vocem graphice rem depingentem interroganti atque adeo, quomodo res acta sit, ignoranti non convenire. Quidni conveniat, si nuntius antea eadem voce usus fuerat? Musgrav. edidit: *πάντας δ' ἐξεθέρισεν, ὡς στάχυν Πύρινον· σπάθῃ κολούων φασγάνου μελανδέτου.* Sed haec omnia nimis incerta sunt; potuit enim de alia etiam pugna sermo esse.

III. Erotianus v. *τέρθρον* p. 366. *Τέρθρον ἔλεγον οἱ παλαιοὶ τὸ ἔσχατον καὶ ἐπὶ τέλει· ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν Εὐρυσθεῖ ποιεῖ τὸν Ἡρακλέα λέγοντα οὕτως·*

Πέμψεις δ' ἐς ᾅδου ζῶντα κοὐ τεθνηκότα,
καί μοι τὸ τέρθρον δῆλον εἰσπορεύομαι.

V. 2. Heath. scribit *ὡς πορεύομαι*, postulante scilicet constructione; Musgrav. autem, nisi gravius mendum latet, legendum *εἰς ὃ πορεύομαι* (voluit *ἐς ὃ πορ.* in quod incidit etiam Boissonad.) Erfurdt *δῆλον οἷ πορεύομαι*. Hi de usitatissima Graecorum ratione non cogitaverunt, qua membra ea, quae a relativo incipiunt, cum primaria sententiae parte coalescunt Vide quae monui ad Bacch. 465. Gramm. gr. §. 472. 4. c. not. Idem est ac si dixisset: *καὶ τὸ τέρθρον, ὃ εἰσπορεύομαι, δῆλόν μοί ἐστι.*

IV. Stob. tit. 60. p. 384. Gesn. 62. p. 235. Grot. et Gaisf.

Πιστὸν μὲν οὖν εἶναι χρὴ τὸν διάκονον
τοιοῦτον εἶναι, καὶ στέγειν τὰ δεσποτῶν.

Fidum qui ministerium exhibet Res ille heriles celet et praestet fidem. Prior versus in metrum peccat. Itaque Grotius edidit: - - - *πιστὸν οὖν χρὴ διάκονον*, quasi *διάκονος* secundam brevem habeat; Heath: *πιστὸν χρὴ μὲν οὖν διάκονον.* Musgr. coni. *πιστὸν μὲν οὖν αἰνῶ γε τὸν διάκονον Τοιαῦτά τ' εἶναι καὶ στ.* Mihi *εἶναι* e secundo vs. huc retractum et in fine aliquid excidisse videtur: *πιστὸν μὲν οὖν χρὴ τὸν διάκονον* * Quod Beck. dicit *τόν* omitti in edd. prioribus, falsum est de Gesneriana; Trincavellianam non inspexi. V. 2. Gesn. *τοι-*

οὖτόν τ' εἶναι. τε delevit Grot. et deest in Paris. A. Gesn. στέργειν sed in marg. στέγειν, quod edidit Grotius et habent Paris. A. B. et MSS. Coll. Nov. apud Musgrav.

V. Stob. tit. 75. p. 452. extr. Gesn. 77. p. 333. Grot. et Gaisf.

Μάτην δὲ θνητοὶ τοὺς νόθους φεύγουσ' ἄρα
παῖδας φυτεύειν· ὃς γὰρ ἂν χρηστὸς φυῇ,
οὐ τοὔνομ' αὐτοῦ τὴν φύσιν διαφθερεῖ.

Vanum est quod adeo serere progeniem notham Plerique metuunt: si quis est recta indole, Non mutat huius vocis ingenium sonus. διαφθερεῖ est ex emendatione Heathii et Valcken. ad Ammon. p. 88.

VI. Stob. tit. 90. p. 505. Gesn. 92. p. 375. Grot. et Gaisf.

Νῦν δ' ἢν τις οἴκων πλουσίαν ἔχῃ φάτνην,
πρῶτος γέγραπται τῶν κακιόνων κράτει,
τὰ δ' ἔργ' ἐλάσσω χρημάτων νομίζομεν.

Nunc qui domum habitat divite instructam penu, Summis adaequat hunc malorum factio. Habemus omnes facta post pecunias. Pro οἴκων Grotius scripsit οἶκοι, quo vix opus. τῶν κακιόνων κράτει i. e. τῇ τῶν κακιόνων γνώμῃ κρατούσῃ, paulo insolentius dictum. Nec tamen cum Musgrav. ἀμεινόνων pro κακιόνων vel cum Erfurdtio ἀρειόνων legendum censeo, nec πρῶτος pro πρότερος accipiendum. Est primus honore ac dignitate inter plures.

VII. Stob. tit. 96. p. 531. Gesn. 98. p. 409. Grot. et Gaisf.

Οὐκ οἶδ' ὅτῳ χρὴ κανόνι τὰς βροτῶν τύχας
ὀρθῶς ἀθρήσαντ' εἰδέναι τὸ δραστέον.

Non video qua sint lance res mortalium Examinandae, ut quid sit e re appareat. Pro ἀθρήσαντ' Pierson. apud Valcken. diatr. p. 172. legendum censebat σταθμήσαντ'. At ἀθρεῖν cum sit *contemplari* (vid. ad Cycl. 378.) inest etiam *iudicandi* notio.

VIII. (IX.) Schol. Eurip. 821. *Τὸν Δαίδαλον φασὶ ποιεῖν εἴδωλα, καὶ μετὰ τὸ πληροῦν (ἀποπληροῦν) αὐτὰ ποιεῖν ταῦτα κινεῖσθαι καὶ φθέγγεσθαι. ὅτι δὲ ἐκινεῖτο καὶ προΐει φωνήν, αὐτός τε Εὐριπίδης ἐν Εὐρυσθεῖ λέγει·*

Οὐκ ἔστιν, ὦ γεραιὲ, μὴ δείσῃς τάδε·
τὰ Δαιδάλεια πάντα κινεῖσθαι δοκεῖ
βλέπει τ' ἀγάλμαθ'· ὧδ' ἀνὴρ κεῖνος σοφός.

καὶ Κρατῖνος κ. τ. λ. Tzetz. Chiliad. I, 518. secundum et tertium versum affert, Platoni comico eos tribuens. V. 2. 3. Valcken. diatr. p. 171. corr. κινεῖσθαι δόκει Βλέπειν τ' ἀγάλμαθ': et βλέπειν iam Barnes. in Add. p. 520. V. 3. ὧδ' legitur apud Tzetz. ὅδ' Schol. Sensus esse videtur; *Ut Daedali simulacra speciem tantum viventium habent, non revera vivunt, sic hic vir specie tantum sapiens est, non revera.* Minus recte vertit Grot. in Exc. p. 386. *Quae Daedaleum fecit ingenium, senex, Miratus opera, haec ire et obtutu frui Ne crede: non ars eius in tantum valet.* His Musgrav. ab Eurystheo irrideri censet senem, qui Herculem ex inferis redeuntem a se visum esse nuntiasset. Non repugno.

IX. (VIII.) Athenaeus XI. p. 498. E. *Εὐριπίδης δ' Εὐρυσθεῖ ἀρσενικῶς ἔφη*

Σκύφος τε μακρός — — —

Hinc Eustath. ad Od. υ', 1775, 19. = 566.

X. Steph. Byz. v. *Τάρταρος. — — Ὁ οἰκήτωρ Ταρτάριος, καὶ διὰ τῆς εἰ διφθόγγου Εὐριπίδης ἐν Εὐρυσθεῖ Σατυρικῷ.*

HIPPOLYTUS PRIOR.

Fuit haec prior editio fabulae, quam postea correctam et expolitam Olymp. 87, 4. sub titulo *Ἱππολύτου στεφανηφόρου* in scenam protulit. vid. argum. Hippol. ad finem. *Καλυπτόμενον* priorem appellant Pollux IX, 50. et Schol. ad Theocr. II, 10. in libris Vaticanis. Bentlei. epist. ad Mill. p. 478. ed. Lips. sibi persuasissimum esse dicit, fabulam sic inscriptam esse ob v. 1448. (1458. Barn.) superstitis fabulae. Contra quem Valck. praef. Hipp. p. XIX. recte monet primum, eo versu tangi morem usitatissimum cadavera veste iniecta tegendi et faciem imprimis velandi, ut causa nulla fuerit, cur ob memoratum talem morem fabula ita nominaretur; deinde quum illos versus etiam in priore legi necesse fuerit, quippe a quibus illa titulum duxerit, nullam causam esse, cur duae editiones, in quarum utraque iidem versus legerentur, diversis tamen nominibus insignirentur. Ipse fabulam idcirco a Polluce ita appellari censet, quod posteriore editione prior obscurata sit. At ubi tandem fabula *καλύπτεσθαι* dicitur a posteriore recensione emendata? Musgravio verisimillimum videtur, Hippolytum, postquam raptu equorum laceratus esset, non vivum postea in scenam delatum esse, ut in superstite tragoedia, sed mortuum et *καλυπτόμενον*. At ita inscribi debebat *Ἱππ. καλυφθείς* vel potius *κεκαλυμμένος*. *καλυπτόμενος* enim significaret, eo ipso tempore, quum agebatur fabula, in scena coram spectatoribus eum operiri. Toup. cur. sec. in Theocr. ad II, 10. Hippolytum pudore suffusum, ideoque caput obvolventem exhibitum esse censet, et simili titulo insignitam Archippi Comici fabulam apud Athen. IX. p. 403. commemorat. Valck. quod fabulae haec inscriptio ab uno Polluce commemoretur, eam non a poeta ipso, sed a Grammatico ei inditam suspicatur, quum verum nomen

fuerit *Ἱππ. πρότερος*. Neque vero in singulis vocibus mutandis Euripidis substitit diligentia, sed utriusque fabulae, etsi idem argumentum fuit, descriptio tamen partium et *οἰκονομία* diversa. In priore Phaedram ipsam, non per interpretem, collocutam esse cum Hippolyto, eique amorem suum significasse colligi licet e fragm. VI. et sic post irritas nutricis adhortationes Phaedra ipsa Hippolyto amorem suum aperit apud Senecam v. 589 sqq. In eadem Lunam invocatam esse a Phaedra narrat Schol. Theocr. l. c. *Ταῖς ἔρωτι κατεχομέναις τὴν σελήνην μετακαλεῖσθαι σύνηθες, ὡς καὶ Εὐριπίδης ποιεῖ Φαίδραν πράττουσαν ἐν τῷ κατακαλυπτομένῳ* (vulg. *καλουμένῳ*) *Ἱππολύτῳ*. In priore etiam Theseum non ab oraculo reversum, sed ex inferis reducem in scenam prodiisse recte e fr. VII. colligere videtur Valcken. praef. p. XVIII. et ad v. 792. ut Seneca etiam rem tractavit. Sed longe aliter exitum in priore explicavit Eurip. siquidem Plutarch. de aud. poet. T. II. p. 28. A. *Καὶ ὁ σύσκηνος αὐτοῦ* (*Σοφοκλέους*) *πάλιν ὁρᾷς ὅτι τήν γε Φαίδραν καὶ προσεγκαλοῦσαν τῷ Θησεῖ πεποίηκεν, ὡς διὰ τὰς ἐκείνου παρανομίας ἐρασθεῖσαν τοῦ Ἱππολύτου*. Itaque in priore fabulae editione amorem suum confiteri debuit Phaedra, non accusare privignum, nisi forte se rem cum eo habuisse mentita est.

Prima pono ea, quae a Phaedra pronuntiata esse suspicor.

I. (II.) Stob. tit. 12. p. 140. Gesn. p. 78. Grot.

Ἔγωγε φημὶ καὶ νόμον γε μὴ σέβειν
ἐν τοῖσι δεινοῖς τῶν ἀναγκαίων πλέον.

Quoties periclum est, ex mea sententia Necessitati debet et lex cedere. Schow. lemma habet *Εὐριπίδης ἐν Ἱππολύτῳ τῷ καλυπτομένῳ*, e Codd. an e suo ingenio non habeo dicere. Brunck. in collectione fragm. ad calcem notarum in Hippol. p. 386. legendum coniicit: *καὶ νόμον μὴ δεῖν σέβειν*, sine idonea causa, quum *δεῖν* post *φημί* etc. centies omittatur, quippe in ipso verbo latens. vid. Lamb. Bos. p. 596. Gramm. gr. §. 531. p. 1036. Quod Valcken. ad Hipp. 474. dicit, haec in oratione *nutricis* posita fuisse, festinanti excidit: pugnat enim cum iis, quae in praef. p. XVIII. ipse monuerat.

II. (IV.) Stob. tit. 49. p. 355. Gesn. 51. p. 195. Grot. et Gaisf.

Οὐ γὰρ κατ' εὐσέβειαν αἱ θνητῶν τύχαι,
τολμήμασιν δὲ καὶ χερῶν ὑπερβολαῖς
ἁλίσκεταί τε πάντα καὶ θηρεύεται.

Mortalium fortuna fas nescit sequi, Sed vi manuque cernimus quaeri et rapi, Quodcunque rerum est, occupandum audaciae.

III. (VI.) Stob. tit. 61. p. 388. Gesn. 63. p. 245. Grot. et Gaisf.

Ἔχω δὲ τόλμης καὶ θράσους διδάσκαλον
ἐν τοῖς ἀμηχάνοισιν εὐπορώτατον,
Ἔρωτα, πάντων δυσμαχώτατον θεῶν.

Mihi nil timentis auctor est audaciae Qui solus arcti invenit rebus viam, Amor, potestas omnium invictissima. Iterum nutricis haec verba esse dicit Valcken. ad Hippol. 522. Rectius ipsi Phaedrae tribuit Brunck. Nutrix certe dicere non poterat, se Amorem habere magistrum.

Respondet ad haec Hippolytus:

IV. (III.) Stob. tit. 31. p. 211. Gesn. p. 137. Grot.

Ὦ πότνι' Αἰδὼς, εἴθε τοῖς πᾶσιν βροτοῖς
ξυνοῦσα τἀναίσχυντον ἐξῄρου φρενῶν.

Utinam teneres, sancte, tu mentes, Pudor, Ut impudicum quidquid est, evelleres.

V. (I.) Aristoph. Vesp. 748.

Μή μοι τούτων μηδὲν ὑπισχνοῦ

ubi Schol. *Ἐξ Ἱππολύτου Εὐριπίδου.* Sed haec Valcken. ad Hipp. 230. adscribi oportuisse iudicat ad v. 749. *κείνων ἔραμαι, κεῖθε γενοίμαν.* Haec enim in priore Hippolyto pro versu 229. editae Hippolyti lecta esse suspicatur. Mihi locum Aristoph. e versibus Hippol. et Alcestidis 884 sq. conflatum videri monui ad Hippol. 229.

Huc referendus etiam esset versus a Zenobio p. 18. Diogeniano p. 181. Suida et Apostolio in proverbiorum numero recitatus, quem Musgrav. inter fragm. XVII. posuit

Ἄκαιρος εὔνοι' οὐδὲν ἔχθρας διαφέρει.

vel, ut Schol. Hipp. 592. affert *παροιμίαν, εὔνοια ἄκαιρος οὐδὲν διαλλάσσει ἔχθρας*, si eum Euripidis esse constaret: nusquam enim ut Euripideus citatur. vid. Porson. praef. Hecub. p. XIX.

VI. (V.) Plutarch. II. p. 778. B. Stob. tit. 61. p. 386. Gesn. 63. p. 239. Grot. et Gaisf.

Οἱ γὰρ Κύπριν φεύγοντες ἀνθρώπων ἄγαν
νοσοῦσ' ὁμοίως τοῖς ἄγαν θηρωμένοις.

Qui dona Veneris spernit animi contumax, Nimium sequente non magis culpa vacat. vel, ut Muretus vertit *Namque Venerem quicunque refugiunt nimis, Peraeque aegrotant, atque qui appetunt nimis.* Sec. v. Stob. Trinc. Gesn. *τοῖς διώκουσιν ἄγαν*, Plutarch. *τοῖς ἀγαθὰ ᾐρημένοις.* Emendarunt Muret. V. L. IX, 18. Salmasius, Grotius ita ut in marg. G. Mez. scriptum invenit Wyttenbach. Senis haec verba esse vel alius, quicum colloquebatur Hippolytus, suspicari se scribit Valcken. ad Hipp. 113.

VII. (VII.) Clem. Alex. Strom. VI. p. 622. B. (p. 742. Paris.) Stob. tit. 71. p. 432. Gesn. 73. p. 309. Grot. et Gaisf.

Ἀντὶ πυρὸς δὲ γὰρ ἄλλο πῦρ μεῖζον καὶ δυσμαχώτερον βλάστον γυναῖκες

Sic apud Clem. legitur; at apud Stob. *ἀντὶ πυρὸς γὰρ ἄλλο πῦρ μεῖζον ἐκβλαστοῦμεν γυναῖκες πολὺ δυσμαχώτερον.* Haec feliciter sic in numeros redegit Grotius:

- - - - - Ἀντὶ γὰρ πυρὸς
πῦρ ἄλλο μεῖζον ἠδὲ δυσμαχώτερον
ἔβλαστον αἱ γυναῖκες.

Proque igni novus Successit ignis atque inexpugnabile malum mulieres. Verba videntur esse Hippolyti unius ob noxam Phaedrae totum genus mulierum exsecrantis, quibus similia leguntur in Hippol. coron. 611 sqq.

VIII. (XIV.) Stob. tit. 118. p. 601. Gesn. 120. p. 489 sq. Grot. 119. Gaisf.

Ὦ λαμπρὸς αἰθὴρ ἡμέρας θ' ἁγνὸν φάος,
ὡς ἡδὺ λεύσσειν τοῖς τε πράσσουσιν καλῶς
καὶ τοῖσι δυστυχοῦσιν, ὧν πέφυκ' ἐγώ.

O lucide aether, Solis o purum iubar O quam beatos vester adspectus iuvat Hominesque miseros pariter, inter quos ego. V. 2. Grotius male τοῖς γε πράσσ. Sequor Valcken. ad Hippol. 792. haec esse Thesei ab inferis, non Delphis, redeuntis.

IX. (X.) Stob. tit. 91. p. 507. Gesn. 93. p. 377. Grot. et Gaisf. Apostol. XIX, 82.

Ὕβριν τε τίκτει πλοῦτος, ἢ φειδὼ βίου.

Aut parcitas aut fastus est opibus comes. Haec et sequens fr. dicta esse videntur a Theseo in Hippolytum, quem noverca accusaverat, quod libidinose et proterve se tentasset.

X. (XI.) Stob. tit. 103. p. 562. Gesn. 105. p. 439. Grot.

Ὁρῶ δὲ τοῖς πολλοῖσιν ἀνθρώποις ἐγὼ
τίκτουσαν ὕβριν τὴν πάρος εὐπραξίαν.

Iam saepe vidi praeviam mortalium Felicitatem dedecus magnum sequi. Similiter apud Senecam Hippol. 204 sq. nutrix Phaedram castigans, *Quisquis*, inquit, *secundis rebus exsultat nimis Fluitque luxu, semper insolita appetit. Tunc illa magnae dira fortunae comes Subit libido* etc. ut in Euripidis etiam fabula haec nutricis ad Phaedram verba esse suspicari possis, vel Hippolyti.

XI. (VIII.) Stob. tit. 71. p. 434. Gesn. 73. p. 311. Grot. et Gaisf.

Θησεῦ, παραινῶ καὶ τὸ λώϊστον φρονεῖν.
γυναικὶ πείθου μηδὲ τἀληθῆ κλύων.

Ut sapere pergas moneo, Theseu: foeminae, Quamvis loquenti vera, nil credas velim. V. 1. Pierson. ad Moerid. p. 300. em. καὶ τὸ λῷστον νῦν φρονεῖν. Brunck. dedit π. καὶ τὸ λῷστόν σοι φρονεῖν, per errorem, se praeeunte Piersono ita scripsisse, dicens. Maxime mihi placet, quod Gaisford. coniecit et recepit Boissonad.: Θ. π. σοι τὸ λῷστον εἰ φρονεῖς. φρονεῖς quidem est in

Paris. A. B. V. 2. Blomfield. ad Aesch. Prom. 282. legi vult ex Elmsleii praecepto πιθοῦ γυναικί. At Atticus diceret μὴ πεισθῇς vel μὴ πίθῃ, non μὴ πιθοῦ. Haud dubie haec sunt Chori verba eo loco in priore editione posita, ubi nunc leguntur v. 864 sqq. iudice Valcken. ad Hipp. 901. ut ego arbitror, in ea scena, in qua Theseus filium graviter obiurgaverat, isque se defendit.

XII. (IX.) Stob. tit. 80. p. 472. Gesn. 82. p. 345. Grot. et Gaisf.

Φεῦ φεῦ! τὸ μὴ τὰ πράγματ' ἀνθρώποις ἔχειν
φωνήν, ἵν' ἦσαν μηδὲν οἱ δεινοὶ λέγειν.
νῦν δ' εὐρόοισι στόμασι τἀληθέστατα
κλέπτουσιν, ὥστε μὴ δοκεῖν, ἃ χρὴ δοκεῖν.

Eheu quod ipsis non datum est rebus loqui, Ut nil valeret erudita oratio: Nam nunc diserti callide verum clepunt Et sequiori mancipant causae fidem. Duo priores versus citantur etiam a Plutarcho T. II. p. 802. A. unde v. 2. ἦσαν et οἱ δεινοὶ λέγειν pro ὦσι et οἱ δεινοὶ λόγοι scribendum docuit Valck. diatrib. p. 148. V. 3. et 4. habet etiam Clemens Alex. Strom. I. p. 290. Sylb. sed subiectos duobus versibus ex Alexandro fr. XIII. petitis, quibuscum nostros non cohaerere monuit Valcken. ibid. In iis εὐρόοισι στόμασι est e Clem. pro εὐρύθμοισι πιστώμασι apud Stob. probatum etiam a Valcken. l. c. prae coniectura εὐρύθμοισι στόμασι. Nec persuasit tamen Brunckio, qui non obstare sibi anapaestum in quarta sede dicit, quin credat Euripidis veram lectionem a Stobaeo servatam esse. At Porson. apud Monk. ad Hippol. 643. et Advers. p. 275. (243.) εὐτρόχοισι στόμασι, conferri iubens Eurip. Bacch. 268. Plut. vit. Pericl. T. I. p. 155. C. Nec hoc contentus Burgesius in censura ed. Monkianae (*Classic. journ.* 11. p. 81.) Verum haec Porsoni coniectura, inquit, cedat necesse est nostrae ab Hesychio haustae, εὐθρόοισιν, εὐήχοις. — Hos versus Valcken. diatrib. p. 256. lectos esse suspicatur loco versuum 486 et sqq. margini autem ed. Barnes. alleverat: vid. Hipp. v. 1022 etc. vel 1074. vel 486. Mihi ex oratione Hippolyti Phaedrae criminationes refutantis sumti esse videntur.

XIII. (XIII.) Erotian. *διεβλήθησαν, παρελογίσθησαν, ὥς καὶ Εὐριπίδης ἐν Ἱππολύτῳ φησίν·*

Τί δ' ἢν λυθεὶς με διαβάλῃς, παθεῖν σε δεῖ.

Legebatur *λυθῇς με διαβαλεῖς*. Correxit Musgr. et *λυθεὶς* est iam in ed. Charterii. Heath. citat: *τί δ' ἢν ψευδῆ με διαβαλεῖς, π. σε δεῖ. λυθείς* potest esse *dimissus*, ut Musgr. vertit, ut in Soph. Phil. 979. 1003. 1016. 1054. *συλλαβεῖν, συνδεῖν, ἀφιέναι* non *vinculis constringere, vinctum dimittere* significat, sed *manibus* tantum *tenere, comprehensum dimittere*. Vid. Buttmann. ad v. 1016. Herm. ad 993. Ita verba haec essent Thesei ad Hippolytum, cui ille manus iniicere iusserat ministros.

XIV. (XVI.) Iustin. Mart. de monarch. p. 107. = 69. ed. Hutch.

Ἀλλ' οὐ γὰρ ὀρθῶς ταῦτα κραίνουσιν θεοί.

XV. Stob. ecl. phys. p. 143. Grot. T. I. p. 235. Heeren.

Χρόνος διέρπων πάντ' ἀληθεύειν φιλεῖ.

Labentia ferunt veritatem tempora. Ad Hippol. refertur in Codd. V. A. E. et hoc lemma in Canter. et Grot. ad locum proxime praecedentem adscriptum est. Verba videntur esse Hippolyti.

XVI. (XII.) Pollux IX, 50. *Καὶ στάσις ἵππων, ἃς Εὐριπίδης ἐν Ἱππολύτῳ καλυπτομένῳ·*

- - πρὸς ἵππων εὐθὺς ὁρμήσας στάσιν.

De Hippolyto sermo est, vel Phaedrae amplexus fugiente, ut est apud Senecam 728. vel a patre abire iusso, quae Valcken. est sententia ad Hipp. 1183.

XVII. (XVIII.) Stob. tit. 5. p. 63. Gesn. p. 37. Grot.

Ὦ μάκαρ, οἵας ἔλαχες τιμάς,
Ἱππόλυθ' ἥρως, διὰ σωφροσύνην·
οὔποτε θνητοῖς ἀρετῆς ἄλλη
δύναμις μείζων· ἦλθε γὰρ ἢ πρόσθ'
ἢ μετόπισθεν
τῆς εὐσεβίας χάρις ἐσθλή.

Quos tu et quantos, Hippolyte heros, nactus honores Casto vitae tramite! namque haec Virtus homines

prima coronat: Cito vel sero sequitur semper Pietatem debita merces. Lemma apud Schow. est *Τοῦ αὐτοῦ ἐν Ἱππολύτῳ ά.* Idem e Codd. C. W. recepit *τιμάς*, ut pro *τιμῶς* ediderat Brunck, et nuper Gaisf. dedit. Musgrav. *τιμῆς*, ut scribendus erat Genitivus, quum sequantur illa *σωφροσύνην, θνητοῖς, ἀρετῆς*. Similiter apud Soph. Phil. 1115. pro *ἐμὰς λαχόντ' ἀνίας* alii legebant *ἐμᾶς*. V. ult. Gesn. *εὐσεβείας*, Grot. *εὐσεβίης*. Recte Valcken. ad Hipp. 1369. Brunck. Schow. Gaisf. *εὐσεβίας*. Cf. Monk. ad Hipp. 1365. Post *εὐσεβείας* addebatur *ἡ*, quod delendum monuit Valcken. in not. Mspta et deleverunt Musgr. Brunck. Schow. Gaisf.

XVIII. (XV.) Erotianus p. 118. ed. Franz. *Διόπῳ, τῷ τῆς νηὸς ἐπιμελητῇ παρὰ τὸ διοπτεύειν. Ἀττικὴ δὲ ἡ λέξις κειμένη καὶ παρ' Ἀριστοφάνει ἐν Ἀττικαῖς λέξεσι καὶ παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Σισύφῳ καὶ Εὐριπίδῃ ἐν Ἱππολύτῳ.*

Ad hanc fabulam referendi etiam essent versus quinque, quorum tres priores Clemens Alex. Strom. VI. p. 623. Sylb. pro Euripideis citat, omnes ex Euripidis Phaedra (i. e. Hippolyto. vid. Valcken. Praef. p. XVI. diatr. p. 16.) petitos significat lemma cod. Vossiani Stob. tit. 61. p. 388. = 63. p. 245. in edd. Gesneri autem et Grot. e Sophoclis Phaedra esse notatur. Hinc Musgravius post Barnes. eos ad Euripidis Phaedram T. III. p. 579. Brunck. inter Phaedrae Sophocleae fragmenta p. 664. retulit. Sunt autem hi:

Ἔρως γὰρ ἄνδρας οὐ μόνους ἐπέρχεται,
οὐδ' αὖ γυναῖκας, ἀλλὰ καὶ θεῶν ἄνω
ψυχὰς ταράσσει κἀπὶ πόντον ἔρχεται.
Καὶ τόνδ' ἀπείργειν οὐδ' ὁ παγκρατὴς σθένει
Ζεύς, ἀλλ' ὑπείκει καὶ θέλων ἐγκλίνεται.

Non in virorum sola Amor se pectora Et feminarum insinuat; ipsas quin deûm Sollicitat animas et ferum ponti gregem. Nec ipse contra tendere omnipotens deûm Rex audet; ultro flexus imperium subit. Valckenaerio ad Hipp. 447. omnino non Sophoclei coloris esse hi versus videntur, et in nomine Tragici errasse Clemens. Huic ut cum dubitatione aliqua assentior, ita Musgravii miror iudicium, cui duo ultimi Sophocleum characterem referre videntur, reliqui Euripideum. V. 3.

Stob. *χαράσσει*. Clem. *ταράσσει*, quod praetulerunt Valck. l. c. Musgr. Brunck.

Quod fragmentum Heath. addi iubet e Schol. Aristoph. Vesp. 312. id e Theseo esse infra docebitur.

Ex Hippolyto priore sumtos etiam esse suspicatur Monk. ad Hippol. 1249. versus a Stobaeo tit. 86. p. 498. Gesn. 88. p. 361. servatos:

Τὸν σὸν δὲ παῖδα σωφρονοῦντ᾽ ἐπίσταμαι
χρηστοῖς θ᾽ ὁμιλοῦντ᾽ εὐσεβεῖν τ᾽ ἠσκηκότα.
Πῶς οὖν ἂν ἐκ τοιοῦδε σώματος κακὸς
γένοιτ᾽ ἄν; οὐδεὶς τοῦτο μ᾽ ἂν πίθοι ποτέ.

Primum versum sic emendavit Pierson. Veris. p. 138. quum legeretur *τόσον δὲ παῖδας σωφρονοῦν ἐπ.* *παῖδα* habet Paris. A. *σωφρονοῦντ᾽* A. B. Grotius e coni. dedit *Τούτου δὲ πατέρα σωφρονοῦντ᾽ ἐπίσταμαι*, et vertit: *Novi parentem qui optimarum partium Pietate prisca, moribus sanctis fuit. Qui possit isto filius nasci malus Genitore? nemo est qui mihi hoc persuaserit.* Apud Musgrav. est in incertis LXII.

In hac etiam priore fabulae editione tabulam eam, qua Phaedra privignum accusarit, *πεύκην* appellatam esse, non *δέλτον*, ut in superstite fabula, Valcken. ad Hipp. 1253. colligit e loco Eustathii ad Il. ζ', p. 633. 21. = 489, 53. cui accedit Osann. ad Philem. gramm. p. 36. Ego non assentior, quia eius tabulae nullam mentionem factam esse in Hippol. priore, et longe aliam fabulae descriptionem fuisse existimo, de quo vide, quae ad initium Hippolyti prioris monui.

HYPSIPYLE.

Argumentum exposuit Apollod. III, 6, 4. Septem duces Thebas proficiscentes *παραγενόμενοι εἰς Νεμέαν, ἧς ἐβασίλευε Λυκοῦργος, ἐζήτουν ὕδωρ· καὶ αὐτοῖς ἡγήσατο τῆς ἐπὶ κρήνην ὁδοῦ Ὑψιπύλη, ἥτις νήπιον παῖδα ὄντα Ὀφέλτην ἀπολιποῦσα, ὃν ἔτρεφεν, Εὐρυδίκης ὄντα καὶ Λυκούργου — αἰσθόμεναι γὰρ αἱ Λήμνιαι ὕστερον Θόαντα σεσωσμένον, ἐκεῖνον μὲν ἔκτειναν, τὴν δὲ Ὑψιπύλην ἀπημπόλησαν· διὸ πραθεῖσα ἐλάτρευε παρὰ Λυκούργῳ. δεικνυούσης δὲ τὴν κρήνην, ὁ παῖς ἀπολειφθεὶς ὑπὸ δράκοντος διαφθείρεται. τὸν μὲν οὖν δράκοντα ἐπιφανέντες οἱ μετὰ Ἀδράστου κτείνουσι, τὸν δὲ παῖδα θάπτουσιν. Ἀμφιάραος δὲ εἶπεν ἐκείνοις τὸ σημεῖον τὰ μέλλοντα προμαντεύεσθαι. τὸν δὲ παῖδα Ἀρχέμορον ἐκάλεσαν. οἱ δὲ ἔθεσαν ἐπ᾽ αὐτῷ τὸν τῶν Νεμέων ἀγῶνα κ. τ. λ.* Cf. Hygin. fab. 74. coll. f. 15. Groddeck in *Bibl. d. alt. Litt. u. Kunst.* 2. p. 109. not. e.

I. Aristoph. Ran. 1242. Macrob. Saturn. I, 18.

Διόνυσος, ὃς θύρσοισι καὶ νεβρῶν δοραῖς
καθαπτὸς ἐν πεύκαισι Παρνασὸν κάτα
πηδᾷ χορεύων παρθένοις σὺν Δελφίσιν.

ubi Schol. *Ὑψιπύλης ἡ ἀρχή.* et ad v. 1244. *τὸ δὲ λοιπὸν τοῦ ἰάμβου παρθένοις σὺν Δελφίσιν.* Haec enim omisit Aristoph. sicut Macrobius etiam. Eosdem versus ad Aristoph. Nub. 604. ad verba: *Παρνασίαν θ᾽ ὃς κατέχων πέτραν σὺν πεύκαις σελαγεῖ Βάκχαις Δελφίσιν ἐμπρέπων Κωμαστὴς Διόνυσος*, citat Schol. *παρὰ τὸ Εὐριπίδειον· Διόνυσος, ὃς πεύκαισι καὶ νεβρῶν δοραῖς καθαπτὸς ἐν πεύκαισι Π. κάτα πηδᾷ χορεύων σὺν παρθένοις.* Bacchum memorari, quia is Hypsipylen in servando patre Thoante, filio suo adiuverit, e Statii Theb. V, 265. monuit Musgr. Verba *νεβρῶν δοραῖς καθαπτὸς* illustrat Wesseling. ad Diod. Sic. T. I. p. 15. (I, 11, 34.) Cf. P. Leop. Emend. V, 12. Verba *καθαπτὸς ἐν πεύκησι*

Παρνασοῦ ex Euripide citat Etymol. M. p. 1, 38. qui locus cum Hesych. v. *καθαπτός* indicatus est a Valck. in marg. Barn.

II. III. Schol. Arist. Ran. 1355. (Verba Aristophanis sunt *Οἰνάνθας γάνος ἀμπέλου*) παρὰ τὰ ἐξ Ὑψιπύλης Εὐριπίδου·

Οἰνάνθα φέρει τὸν ἱερὸν βότρυν.

καὶ τὸ

Περίβαλ' ὦ τέκνον

ἐξ Ὑψιπύλης. Apud Aristoph. ad verba *περίβαλ' ὦ τέκνον* additur *ὠλένας*. Videntur esse verba Hypsipylae ad Ophelten, quem ulnis fovens inducebatur.

IV. (X.) Macrob. Saturn. V, 18. *Licet abunde ista sufficiant ad probationem moris antiqui, quo ita loquendi usus fuit, ut Achelous commune omnis aquae nomen haberetur, tamen his quoque Euripidis nobilissimi tragoediarum scriptoris additur auctoritas, quam idem Didymus grammaticus in his libris, quos* τραγῳδουμένης λέξεως *scripsit, posuit his verbis:* Ἀχελῷον πᾶν ὕδωρ Εὐριπίδης φησὶν ἐν Ὑψιπύλῃ. λέγων γὰρ περὶ ὕδατος ὄντος σφόδρα πόῤῥω τῆς Ἀκαρνανίας (ἐν ᾗ ἐστὶ ποταμὸς Ἀχελῷος) φησί·

Δείξω μὲν ἀργεννοῖσιν Ἀχελώου ῥόον.'

Pro *ἀργεννοῖσιν* Barnes. scripsit *Ἀργείοισιν*, at Valcken. in marg. Leg. *ἀργεννοῖσιν* A. *ῥόοις*. Elmsl. ad Eur. Bacch. 625. pro *ῥόον* legi vult vel *δρόσον* vel *ῥοάς*.

V. (V.) Plutarch. π. πολυφιλίας II. p. 93. D. et Sympos. IV, 1. p. 664. F. - - ὥσπερ ὁ τῆς Ὑψιπύλης τρόφιμος

εἰς τὸν λειμῶνα καθίσας
ἔδρεπεν ἕτερον ἐφ' ἑτέρῳ αἱρόμενος
ἄγρευμ' ἀνθέων ἡδομένᾳ ψυχᾷ,
τὸ νήπιον ἄπληστον ἔχων.

Vertit Grotius in Exc. p. 463. *In prato residens puer Nunc hunc, nunc alium cupit Florem carpere; gaudio Mens perfunditur; innocens Expleri studium nequit* Euripidis versus esse ex eo collegit Valck. diatr. p. 212. quod Hypsipyles drama, qui sibi innotuerit, nemo scripserit praeter Euripidem. Ibidem comparat venustum

Statii locum Theb. V, 786. Versus distinxi ex parte cum Seidlero de vers. dochm. p. 69. V. 4. Plut. Symp. *ἄπληστον*, priore loco *ἄχρηστον*.

VI. (IV.) Plutarch. consol. ad Apoll. T. II. p. 110 sq. Clem. Alex. Strom. IV. p. 495=588. Stob. tit. 106. p. 568. Gesn. 108. p. 449. et Gaisf. Plutarchi haec sunt verba: *Οὐ φαύλως γὰρ ἂν δόξειεν ὁ παρὰ τῷ ποιητῇ Ἀμφιάρεως παραμυθεῖσθαι, τὴν Ἀρχεμόρου μητέρα δυσχεραίνουσαν ὅτι νήπιος ὢν ὁ παῖς καὶ ἄγαν ἄωρος ἐτελεύτησε· φησὶ γὰρ οὕτως·*

Ἔφυ μὲν οὐδεὶς ὅστις οὐ πονεῖ βροτῶν·
θάπτει τε τέκνα χἄτερ' αὖ κτᾶται νέα,
αὐτός τε θνήσκει. καὶ τάδ' ἄχθονται βροτοὶ
εἰς γῆν φέροντες γῆν· ἀναγκαίως δ' ἔχει
βίον θερίζειν ὥστε κάρπιμον στάχυν,
καὶ τὸν μὲν εἶναι, τὸν δὲ μή. τί ταῦτα δεῖ
στένειν, ἅπερ δεῖ κατὰ φύσιν διεκπερᾶν;
δεινὸν γὰρ οὐδὲν τῶν ἀναγκαίων βροτοῖς.

His solus Clemens illum praeponit:

Ἄγ' οὖν παραινῶ, ταῦτά μου δέξαι, γύναι.

quem Grotius Stobaeanis inseruit. In eo Porson. ad Eur. Hec. 539. legi iubet *ταῦτά μοι δέξαι*. V. 1. Stob. *ὅστις οὐκ ἀεὶ πονεῖ*. Nostrae lectioni favet Cicero, qui sic vertit Tusc. III, 25. *Mortalis nemo est, quem non attingat dolor Morbusque*. V. 2. Stob. *θάπτειν τε τέκνα χἄτερα* (Grot. *χἄτερ' αὖ*) *κτᾶσθαι πάλιν, Αὐτοὺς δὲ* (Grot. *αὐτός τε*) *θνήσκειν*. Clem. *σπείρει* pro *κτᾶται*. Cicero: *multi sunt humandi liberi, Rursum creandi*. unde colligas hunc etiam legisse *σπείρει*. V. 3. pro *καὶ τάδ'* Stob. *κατὰ δ'*. quod Grotius emendavit scribens *κᾆτα δ'*. »*κᾆτα* est indignantis.« Recte; at tunc non solet addi *δέ*. Musgr. *κάρτα δ' ἄ.* quod frigere videtur. *τάδε* explicatur sequentibus, *εἰς γῆν φέροντες γῆν*, *et ob haec indignantur*, nimirum *quod* etc. *καί* etiam videtur indignationi significandae inservire. V. 4. Plut. *φέροντες· τὴν δ' ἀν. ἔχει*. Stob. *τὴν ἀν. ἔ.* Grotius correxit e Cicerone, *Reddenda est terrae terra*. V. 7. Clem. *στέγειν*, tum *δεῖ δ' ἐκπερᾶν*. V. ult. sic citat Plutarch. p. 117. D. *Οὐθὲν γὰρ δεινὸν τῶν ἀναγκαίων βροτοῖς*. Clem. *οὐ δεινὸν οὐδὲν τῶν ἀν βρ.* Cf. Gatak. ad

M. Anton. VII, 40. Valck. diatr. p. 213. Wyttenb. ad Plut. p. 736 sq.

VII. (VI.) Stob. tit. 10. p. 127. Gesn. p. 71. Grot.

Κακοῖς τὸ κέρδος τῆς δίκης ὑπέρτερον.

Apud malos utilia plus iustis valent.

VIII. (VII.) Stob. tit. 20. p. 171, 50. et 172, 41. Gesn. p. 103. Grot.

Ἔξω γὰρ ὀργῆς πᾶς ἀνὴρ σοφώτερος.

Plus quisque semper positus extra iram sapit. Priore loco in Stob. Gesn. est *σοφώτατος*.

IX. (VIII.) Stob. tit. 109. p. 580. Gesn. 111. p. 463. Grot. 110. Gaisf.

Ἄελπτον οὐδὲν, πάντα δ' ἐλπίζειν χρεών.

Nil est supra spem; cuncta sperari data.

X. (IX.) Schol. Arist. Ran. 1363. (*ἀνὰ τὸ δωδεκαμήχανον Κυρήνης μελοποιῶν*) *Κυρήνη ἑταίρα τις ἐπίσημος, δωδεκαμήχανος ἐπικαλουμένη διὰ τὸ τοσαῦτα σχήματα ἐν τῇ συνουσίᾳ ποιεῖν. ἔστι δὲ παρὰ τὸ ἐξ Ὑψιπύλης Εὐριπίδου·*

Ἀνὰ τὸ δωδεκαμήχανον ἄντρον.

Eadem sunt apud Suidam v. *δωδεκαμήχανος*, qui pro *ἄντρον* habet *ἄστρον*. Neutrum intelligere se fatetur Musgr. Nec ego plus video.

XI. (XI.) Galen. T. V. p. 615. ed. Basil. XII. p. 376. Chart. de voc. *ἀέτωμα οἴκου* s. *ἀετός· καὶ Εὐριπίδης ἐν Ὑψιπύλῃ φησίν·*

Ἰδοὺ πρὸς αἰθέρ' ἐξαμιλλῆσαι κόραι
*γραπτοὺς * * * οἷσι προσβλέπειν τύπους.*

Egregie Valcken. diatr. p. 214. emend. *ἐξαμιλλῶνται* et lacunam ita explevit: *γρ. ἐν αἰετοῖσι προσβλ. τ.* Ego vero nolim *κόραι* interpretari *puellae*, sed *oculi*. *ἐξαμιλλᾶσθαι* enim per se vix valet *intueri aliquid conniti.* Fortasse tamen legendum hoc sensu *κόραις*.

XII. (XII.) Eustath. ad Il. *ν′* p. 959, 42 = 940, 46. Philem. gramm. p. 147. ed. Osann.

Εὔσημα καὶ σᾶ καὶ κατεσφραγισμένα.

εὔσημα est e correctione Valcken. diatr. p. 214. pro *εὔφημα*. De *σᾶ* pro *σῶα* vid. Gramm. graec. §. 124. p. 247. Buttm. I. p. 250.

XIII. Harpocrat. *Ἀρκτεῦσαι. Λυσίας ἐν τῷ ὑπὲρ Φρυνίχου θυγατρὸς, εἰ γνήσιος, τὸ καθιερωθῆναι πρὸ γάμων τὰς παρθένους τῇ Ἀρτέμιδι τῇ Μουνυχίᾳ ἢ τῇ Βραυρωνίᾳ, τὰ δὲ συντείνοντα εἰς τὸ προκείμενον εἴρηται παρά τε ἄλλοις καὶ Κρατίνῳ ἐν τοῖς ψηφίσμασιν. ὅτι δὲ ἀρκτευόμεναι παρθένοι ἄρκτοι καλοῦνται, Εὐριπίδης Ὑψιπύλῃ.*

XIV. Hesych. *Ἀναδρομαὶ, αὐξήσεις, βλαστήσεις. Εὐριπίδης Ἱκέτισιν, Ὑψιπύλῃ.*

XV. Lexicon Sangerm. s. Bekker. anecd. p. 93, 26. *Ἐκδημία, οὐ μόνον ἀποδημία. Εὐριπίδης Ὑψιπύλῃ.*

XVI. Id. ibid. p. 109, 15. *Νεαρὸς, ἀντὶ τοῦ νέος. Εὐριπίδης Ὑψιπύλῃ.*

I N O.

Fabulam Inonis secundum Euripidem exponit Hygin. fab. 4. *Athamas in Thessalia rex quum Inonem uxorem, ex qua duos filios [susceperat] perisse putaret, duxit Nymphae filiam Themistonem uxorem; ex ea geminos liberos procreavit. Postea resciit Inonem in Parnaso esse, quam bacchationis causa eo pervenisse. Misit qui eam adducerent; adductam celavit. Resciit Themisto eam inventam esse; sed quae esset nesciebat. Coepit velle filios eius necare. Rei consciam, quam captivam esse credebat, ipsam Inonem sumpsit et ei dixit, ut filios suos candidis vestimentis operiret, Inonis filios nigris. Ino suos candidis, Themistonis pullis operuit. Tunc Themisto decepta suos filios occidit. Id ubi resciit ipsa se necavit. Athamas autem in venatione per insaniam Learchum maiorem filium interfecit; at Ino cum minore filio Melicerte in mare se deiecit et dea est facta.* Videmus igitur hanc fabulam ex eo genere fuisse, in quo artibus, insidiis, fraudibus omnia geruntur. (*ein In-*

triguenstück) Pannos, quibus haud dubie induta fuit, ridet Aristoph. Ach. 434. ὦ παῖ (loquitur Euripides) δὸς αὐτῷ Τηλέφου ῥακώματα· *Κεῖται δ' ἄνωθεν τῶν Θυεστείων ῥακῶν Μεταξὺ τῶν 'Ινοῦς.* Schol. ad Arist. Vesp. 1404. (*γυναικὶ — ἐοικὼς θαψίνῃ, 'Ινοῖ κρεμαμένῃ πρὸς ποδῶν Εὐριπίδου*) θαψίνη, ὠχρᾷ. τοιαύτη γὰρ ἡ θάψος. - - - *Παρὰ δ' Εὐριπίδῃ γέγραπται ἡ 'Ινὼ κρεμαμένη καὶ ὠχρὰ ὑπὸ τῆς κακοπαθείας.* (Cod. Venet. Bekk. εἰσήγαγε δὲ Εὐρ. τὴν 'Ινὼ ὠχρὰν ὑπὸ τῆς κακοπαθείας et ad 1405. ἀντὶ τοῦ ὑπ' Εὐρ. ἐκ τῶν ποδῶν ἡ 'Ινὼ κρέμαται.) Videtur igitur Euripides κρεμάμενος sensu translato posuisse, quo Latini *suspensum animo* dicunt, et hoc risisse Aristophanes. *Sit flebilis Ino* Horat. A. P. 123. Quae extrema commemorat Hygin. idem schol. habet: *'Ινὼ κατὰ χόλον 'Ηρας μανεῖσα, ἔῤῥιψεν αὐτὴν εἰς τὴν θάλασσαν ἅμα τῷ υἱῷ αὐτῆς Μελικέρτῃ.* unde patet recte Valcken. in diatr. p. 180. haec secundum Euripidis fabulam narrata esse censuisse, frustra contradicente Elmsleio ad Med. 1251. Praeterea de hac fabula cf. Welcker de tril. Aesch. p. 340 sq. et de re ipsa Müller. de Orchom. p. 171.

I. Schol. Pind. Isthm. 41, 39. ad verba poetae: *ἀλλ' ἀνεγειρομένα χρῶτα λάμπει· τῷ αὐτῷ τρόπῳ καὶ Εὐριπίδης κέχρηται·*

'Ιδοῦσα δ' 'Ινοῦς συμφορὰν πολὺν χρόνον
νῦν ὄμμ' ἐγείρει.

Sic Pierson. apud Valcken. diatr. p. 173. locum restituit pro eo, quod legebatur: ἰδοῦσ' ἀδινοῦς συμφ. Idem hoc de Venere dictum suspicabatur, de qua Ovid. Metam. IV, 530. *At Venus immeritae neptis miserata labores.* At Musgr. edidit εὕδουσα δ' 'Ινοῦς συμφορὰ π. χ. νῦν ὄ. ἐ. hanc veram lectionem esse e contextu patere dicens. *Inus calamitas, postquam diu obdormiit, nunc oculum attollit* nihil aliud esse potest, nisi *calamitas nunc redintegratur, denuo saevit,* quod de Inone in insaniam coniecta dici potuit. At Musgr. hoc e prologo desumtum videtur, quasi esset *Ino ex calamitate denuo excitatur.* Debebat etiam esse εὑδήσασα, postquam obdormiit, non εὕδουσα, *dum dormit.* Si sermo est de Venere, commode illa dici potuit vultum Inonis, antea ob calamitatem et tristitiam deiectum, denuo erigere.

II. (VI.) Stob. tit. 39. p. 237. Gesn. 41. p. 159. Grot. et Gaisf. Plut. T. II. p. 507. B. Schol. Pind. Pyth. 3, 66.

"Ιστω δὲ μηδεὶς ταῦθ', ἃ σιγᾶσθαι χρεών·
μικροῦ γὰρ ἐκ λαμπτῆρος 'Ιδαῖον λέπας
πρήσειεν ἄν τις, καὶ πρὸς ἄνδρ' εἰπὼν ἕνα
πύθοιντ' ἂν ἀστοὶ πάντες, ὧν κρύπτειν
χρεών.

Tacenda quae sunt nemo per te intelligat. Fax parva facile montis Idaei nemus Totum cremarit; dixeris uni, cito Rumor per urbem fiet arcanum tuum. Plut. versus 2. et 3. habet cum parte quarti, Schol. Pind. secundum et partem tertii. Pro λαμπτῆρος Scal. apud Valck. diatr. p. 174. legendum coniiciebat σπινθῆρος. Pro '*Ιδ. λέπας* schol. Pind. '*Ιδ. σέλας.* V. 3. Stob. κἂν πρὸς ἓν εἴποις ποτε. E Plutarcho correxit Valcken. l. c. V. 4. ὧν est ex emendatione Erfurdti ad Soph. Ai. p. 633. pro ἅ. Possis etiam scribere ἅν. Verba sunt Themistonis, Inoni, quam pro serva habebat, consilium suum de necandis Inonis filiis significantis.

III. (XIV.) Stob. tit. 87. p. 500. Gesn. 89. p. 363. Grot. et Gaisf.

'Επίσταμαι δὲ πάνθ', ὅσ' εὐγενῆ χρεών,
σιγᾶν θ' ὅπου δεῖ καὶ λέγειν ἵν' ἀσφαλές,
ὁρᾶν θ' ἃ δεῖ με, κοὐχ ὁρᾶν ἃ μὴ χρεών,
γαστρὸς κρατεῖν δέ· καὶ γὰρ ἐν κακοῖσιν ὢν
ἐλευθέροισιν ἐμπεπαίδευμαι τρόποις.

Quae scire par est nobilem, didici omnia, Quum res iubet, tacere, quum tutum est, loqui, Quae fas, videre, nec videre, quae nefas, Ventri imperare; quamlibet pressum malis Cor disciplinas liberales imbibit. Apud Gesner. locus petitus esse dicitur e Sophoclis Ino, sed Paris. A. *Εὐριπίδου 'Ινοῖ*, quod confirmant Plutarch. T. II. p. 506. C. 606. A. Gellius N. Att. 13, 18. qui secundum versum citant. Inonis haec verba esse intelligimus e Plut. p. 506. *ἡ δ' Εὐριπίδειος 'Ινὼ παῤῥησίαν ἄγουσα περὶ αὑτῆς, εἰδέναι φησι Σιγᾶν κ. τ. λ.* iisque Ino ad versus fr. II. respondisse videtur Valcken. diatr. p. 174. V. 2. θ' post σιγᾶν habent Plut. utroque loco et Gellius et Stob. cod. Paris. B. Pro ὅπου Plut. p. 506. ὅπῃ. Versum expressum esse ex Aeschyleo ἐν τῷ πυρ-

φόρῳ *Προμηθεῖ* (cf. S. c. Th. 625. Choeph. 580. Eumenid. 277. vid. Valck. Gatak. adv. misc. p. 508. A.) *σιγῶν θ᾽ ὅπου δεῖ καὶ λέγων τὰ καίρια* monet Gellius. V. 4. *κρατεῖν τε* Valcken. Ibid. iam Valcken. offendit *ὤν* de muliere. Is quidem tueri lectionem conatur loco Eurip. Ion. 973. (ubi Aemil. Portus, Commelin. et Barnes. *θνητὸς ὤν* pro *θνητὸς οὖσ᾽*, ut est in Ald. rell.) et Soph. Antig. 461. ubi tamen *θνητὸν ὄντα* non ad Antigonen referendum est, plerisque tamen placituram opinatur elegantem Luzacii coniecturam legentis *κἂν γὰρ ἐν κακοῖσιν ὦ.* Cf. Luzac. Exercit. p. 22 sq. Mihi etiam illud *γαστρὸς κρατεῖν τε* ab Inonis persona alienum videtur, ut non multum absit, quin duos ultimos versus a prioribus segregandos et ab alio quodam pronunciatos esse suspicer. V. 5. *ἐμπεπαίδ.* marg. Gesn. et Paris. B. pro *ἐκπεπ.*

IV. (X.) Stob. tit. 83. p. 483. Gesn. 85. p. 349. Grot. et Gaisf.

Τοιάνδε χρὴ γυναικὶ πρόσπολον ἐᾶν,
ἥτις τὸ μὲν δίκαιον οὐ σιγήσεται,
τὰ δ᾽ αἰσχρὰ μισεῖ καὶ κατ᾽ ὀφθαλμοὺς ἔχει.

Talis profecto famula matronam decet, Quae ius et aequum non tegat silentio, Quodcunque foedum est lumine infesto intuens. V. 1. Grot. *μ᾽ ἐᾶν*, Heath. *γ᾽ ἐᾶν*, Valcken. *σ᾽ ἐᾶν*, vel *περᾶν* ex Hippol. 640. Boissonad. *προσπόλων ἐᾶν*, quod non intelligo. Mihi Valck. ratio optima esse videtur. V. 3. Heath. *κεὶ κατ᾽ ὀφθ. ἔχει*, quod probat Valcken.

V. (XII.) Stob. tit. 86. p. 498. Gesn. 88. p. 361. Grot. et Gaisf.

Τό τ᾽ εὐγενὲς
πολλὴν δίδωσιν ἐλπίδ᾽, ὡς ἄρξουσι γῆς.

Spem fore ut regni sola Olim capessant alta nobilitas facit. Haeccine Themistonem de Inonis filiis dixisse credamus? Idem de sequenti fragm. dictum volo.

VI. (XIII.) Stob. ib.

Τὴν εὐγένειαν, κἂν ἄμορφος ᾖ γάμος,
τιμῶσι πολλοὶ πρὸς τέκνων χάριν λαβεῖν,
τό τ᾽ ἀξίωμα μᾶλλον ἢ τὰ χρήματα.

Proli creandae coniuges multi parant Forma invenusta, nobili propagine, Clarosque honores ante divitias habent. *χάριν λαβεῖν* non puto dictum esse pro *ἵνα χάριν λάβωσι* vel *ὥστε λαβεῖν*, sed iis verbis explicatio continetur *τῆς εὐγενείας*, quasi dictum esset *τὴν εὐγένειαν τιμῶντες πρὸς τέκνων χάριν λαβεῖν ζητοῦσι.*

VII. (XV.) Stob. tit. 9. p. 99. Gesn. p. 55. Grot. et tit. 92. p. 511. Gesn. 94. p. 381. Grot. et Gaisf.

Κέκτησο δ᾽ ὀρθῶς ἂν ἔχῃς ἄνευ ψόγου,
καὶ μικρὰ σῶζου τῇ δίκῃ ξυνοῦσ᾽ ἀεί.
μήδ᾽ ὡς κακὸς ναύκληρος εὖ πράξας ποτὲ
ζητῶν τὸ πλεῖον᾽ εἶτα πάντ᾽ ἀπώλεσιν.

Totum legitur altero Stobaei loco; tit. 9. duo tantum priores versus, sed non in Paris. A. Ii tit. 9. laudantur in Gesn. et Grot. tanquam Euripidis, sed nomine fabulae non addito; *Εὐρ. ἐν Ἰνοῖ* ibi etiam est in A. B. C. apud Schow. V. 1. verba *ἂν ἔχῃς* desunt tit. 9. suppleta a Valck. diatr. p. 177. quum Grotius dedisset *ὅσα κέκτησ᾽*. V. 2. tit. 94. est *καὶ μ. σώζου τοὔνεχ᾽ ὅν σέβειν πρέπει.* apud Grot. *οὕνεκ᾽ εὐσεβεῖ πρέπει* (*quoniam id iustos decet*) minus graece, iudice Valck. l. c. qui *ξυνών* scripsit. Idem in fine dedit *μηδὲ πάντα γ᾽ ἀπολέσῃς*, infeliciter. De vi particulae *εἶτα* Gaisf. citat Dawes. Misc. cr. p. 284. Porson. adv. p. 275. (243. Lips.) Instituta oratio postulabat: *μηδὲ τὰ πλείονα ζητοῦσα — ἀπολέσῃς*, sed haec relata ad *ναύκληρος*, ut in locis iis, quos attuli Gramm. gr. §. 631. 2. p. 1297 sq. Vid. Porson. ad Or. 1035. Grotius vertit (tit. 9. *Intacta labis posside quod possides, Modicamque rem tuere iustitiam sequens*) *Sine labe parta fac probe custodias Parceque rem tuteris: id iustos decet. At nauta cupidus, antea felix satis, Dum plura quaerit, quod tenebat, perdidit.* Verba esse suspicor Inonis Themistonem a suscepto filios trucidandi consilio dehortari cupientis.

VIII. (VIII.) Stob. tit. 71. p. 432. Gesn. 73. p. 309. Grot. et Gaisf.

Φεῦ!
ὅσῳ τὸ θῆλυ δυστυχέστερον γένος
πέφυκεν ἀνδρῶν· ἔν τε τοῖσι γὰρ καλοῖς
πολλῷ λέλειπται κἀπὶ τοῖς αἰσχροῖς πλέον.

Quanto virili sexus infelicior Est feminarum! quippe quantum linquimur Virtute, tantum scelere superamus viros. V. 2. Grot. ἔν τε τοῖσι καὶ καλ., minus recte, iudice Valcken. diatr. p. 176. Verba esse videntur Inonis vel post communicatum secum Themistonis impium consilium, vel in fine fabulae pronunciata. Illud verius videtur: nam interfecto Learcho ab Athamante patre dici non poterat mulieres ἐν τοῖς αἰσχροῖς πλέον λείπεσθαι τῶν ἀνδρῶν. Eodem spectare videntur duo fr.

IX. (IX.) Stob. ibid.

Ὦ θνητὰ πράγματ᾽, ὦ γυναικεῖαι φρένες,
ὅσον νόσημα τὴν Κύπριν κεκτήμεθα!

O misera vita! pectora o muliebria! Truculenta quam nos pestis exercet Venus!

X. (V.) Stob. tit. 38. p. 222. Gesn. p. 149. Grot.

Τίς ἆρα μήτηρ ἢ πατὴρ κακὸν μέγα
βροτοῖς ἔφυσε τὸν δυσώνυμον φθόνον;
ποῦ καί ποτ᾽ οἰκεῖ σώματος λαχὼν μέρος;
ἐν χερσὶν, ἢ σπλάγχνοισιν, ἢ παρ᾽ ὄμματα
ἔσθ᾽ ἡμῖν; ὡς ἦν μόχθος ἰατροῖς μέγας
τομαῖς ἀφαιρεῖν ἢ ποτοῖς ἢ φαρμάκοις
πασῶν μεγίστην τῶν ἐν ἀνθρώποις νόσων.

Quae mater, aut quis genitor infelix malum Inauspicatam sevit invidentiam? Ubi, quas adepta corporis partes sedet? Tenetne media viscera, an geminas manus, An luminum orbes? quanta laus medicis foret Ferro vel herba vel salubri poculo Auferre generi pessimam humano luem! Versum 2. respicit, monente Valcken. diatr. p. 176. Aelian. hist. anim. III, 17. λέγει μὲν οὖν Εὐριπίδης δυσώνυμον ὄντα τὸν φθόνον. Ibid. φύειν de matre illustrat Porson ad Phoen. 34. V. 3. Valck. scribi malebat: ποῦ δή ποτ᾽ οἰκεῖ. Vix opus: duae coniunctae sunt interrogandi formulae, ποῦ καὶ οἰκεῖ, et ποῦ ποτ᾽ οἰκεῖ. V. 5. Heath. Grammaticas rationes, inquit, postulare puto ut rescribatur: ὡς ἦν μόχθος ἂν ἰατροῖς μέγας. Renituntur rationes metricae, nec grammatica se violari queratur. vid. Gramm. gr. §. 508. not. 2. p. 968. V. 6. ante Wyttenbach. ad Plut. p. 702. ἢ ποτοῖσι φαρμάκοις scribendum esse monuit Valcken. ad Hipp. 516. et sic iam Barnes. Haec pronuntiasse mihi videtur Ino, cognita

Themistonis invidia, qua agitata Inonis filios interficere tentabat.

XI. (III.) Stob. tit. 4. p. 52. Gesn. p. 27. Grot.

Πολλοί γε θνητῶν τῷ θράσει τὰς συμφορὰς
ζητοῦσ᾽ ἀμαυροῦν κἀποκρύπτεσθαι κακά.

Multi feroces spiritu indomabili Sua obtenebrant damna vel clades tegunt. Ex Inone petitum notatum in Paris. A. et Schow. Codd. B. C. Ad θράσει Valcken. annotavit: Sic MS. N. in A. πάθει. V. 2. κἀποκρύπτ. pro κἀπικρύπτ. Gesn. marg. Paris. A. Schow. codd. B. C. W. Potuit haec Ino pronuntiare.

XII. (IV.) Stob. tit. 10. p. 127. Gesn. p. 71. Grot. et tit. 91. p. 507. Gesn. 93. p. 377. Grot. et Gaisf.

Βίᾳ νῦν ἕλκετ᾽, ὦ κακοὶ, τιμὰς, βροτοὶ,
καὶ κτᾶσθε πλοῦτον, πάντοθεν θηρώμενοι
σύμμικτα, μὴ δίκαια καὶ δίκαι᾽ ὁμοῦ·
ἔπειτ᾽ ἀμᾶσθε τῶνδε δύστηνον θέρος.

Ite improbi; tenete vi partum decus, Et undecunque trahite congestas opes Per fas nefas, profana miscentes sacris; Manet metenda magna damnorum seges. sed tit. 93. *Nunc ite; honorum decora captate improbi, Venaticoque more rem conquirite, Fas aestimantes et nefas promiscue, Ut vos metenda cladium exspectet seges.* Tit. 93. legitur Καὶ νῦν ἐφέλκετ᾽, ὦ - - - Reliquam varietatem consulto omitto. V. 4. Porson *Tracts* p. 211. coni. ἐπεὶ τόδ᾽ ἐξαμᾶσθε δύστηνον θέρος. Haec etiam ab Inone pronuntiata esse verisimile mihi est, sed utro loco, a Themistonis colloquio digressa, an post καταστροφήν, non ausim decernere; illud tamen probabilius videtur.

XIII. (VII.) Stob. tit. 66. p. 420. Gesn. 68. p. 281. Grot. et Gaisf.

Νόμοι γυναικῶν οὐ καλῶς κεῖνται πέρι·
χρῆν γὰρ τὸν εὐτυχοῦνθ᾽ ὅτι πλείστας ἔχειν
γυναῖκας, εἴπερ ἂν τροφὴ δόμοις παρῆν,
ὡς τὴν κακὴν μὲν ἐξέβαλλε δωμάτων,
τὴν δ᾽ οὖσαν ἐσθλὴν ἡδέως ἐσώζετο.
νῦν δ᾽ εἰς μίαν βλέπουσι, κίνδυνον μέγαν
ῥίπτοντες· οὐ γὰρ τῶν τρόπων πειρώμενοι
νύμφας ἐς οἴκους ἑρματίζονται βροτοί.

Haud scripta recte iura sunt connubiis. Decuit beatum pluribus se uxoribus Sociare, quantas alere sufficeret domus, Ut inaudientem pelleret penatibus, Bonam volenti corde servaret sibi. Nunc una sola accipitur immenso nimis Vitae periclo: nam priusquam intrat domum Nova nupta, nulla moris exploratio est. Versu 2. necessario cum Grotio scribendum fuit χρῆν, non χρή. sermo est enim de re, quae non fit, quum fieri debeat: vid. Gramm. gr. §. 505. not. p. 958 sq. Pro ὅτι πλείστας Erfurdt ad Soph. Ai. p. 630. scribit ὅπως πλείστας, ne ι contra morem Atticorum ante πλ producatur. V. 3. ἄν post εἴπερ vitiosum mihi esse videtur: neque enim unquam post εἴπερ et cum imperfecto positum memini, neque, quomodo addi possit, video. Pro eo Paris. B. δή. V. 4. Heath. ἐξέβαλλ' ἄν δωμάτων. soloece. vid. Valcken. diatr. p. 176. ad Hipp. 928. v. 18—25. Brunck. ad Aristoph. Ran. 919. Gramm. gr. §. 519. Male etiam Musgr. post παρῆν plene interpunxit, et ὡς vertit *sic*. At recte ἑρματίζονται vertit *velut saburram recipiunt.* minus recte Heath, *quasi fulcrum accersent* (sic.) Themistonis haec verba esse videbantur Welckero de tril. Aesch. p. 341. Ego vero vehementer dubito an nulli umquam feminae tale quid vel sentire vel dicere in mentem venire potuerit. At simulate loquitur. Quid opus erat, quum eam, quacum colloquebatur, Inonem esse nesciret? et quid hac simulatione se assecuturam esse sperabat, quum facinora, quae eo ipso tempore parabat, cum hac oratione pugnarent? Itaque ea a viro potius aliquo, fortasse Athamante, pronuntiata esse suspicor.

XIV. (XX.) Stob. tit. 111. p. 582. Gesn. 113. p. 467. Grot. 112. Gaisf.

> Μὴ σκυθρωπὸς ἴσθ' ἄγαν
> πρὸς τοὺς κακῶς πράσσοντας ἄνθρωπος γεγώς.

Infelicibus Ne durus esto, te quoque esse hominem memor. His Athamantem compellari puto.

XV. (Antiop. XL.) Stob. tit. 16. p. 153. Gesn. p. 91. Grot.

> Ἀμουσία τοι μήδ' ἐπ' οἰκτροῖσιν δάκρυ
> στάζειν· κακὸν δὲ, χρημάτων ὄντων ἅλις,
> φειδοῖ πονηρᾷ μηδέν' εὖ ποιεῖν βροτῶν.

Sicco miserias ore despicere est ferum; Sed turpe et illud, opibus et magnis mala tenacitate demereri neminem. In Trincav. et Gesn. deest lemma, in hac tamen a fragm. Antiopes separatum. *Εὐριπ. Ἰνοῖ* Schow. et Gaisf. hic e Paris. B. Verba ἀμουσία — στάζειν repetuntur apud Stob. tit. 112. p. 583. ex Oeneo apud Gesn. 114. p. 469. ex Inone apud Grot. et sic e Paris. A. apud Gaisf. tit. 113.

XVI. (XXII.) Pollux VII, 178. *Εὐριπίδης ἐν Ἰνοῖ·*

> Κοίλοις ἐν ἄντροις ἄλυχνος, ὥστε θὴρ μόνος.

De Athamante hoc dictum esse suspicatur Valcken. diatr. p. 180. Cf. Müller de Orchom. p. 174. ὥστε e MS. reponendum esse monuit Porson praef. Hec. p. XXXII. ed. Lond.

XVII. (II.) Plutarch. T. II. p. 556. A. τῆς Ἰνοῦς ἐν τοῖς θεάτροις λεγούσης ἀκούομεν ἐφ' οἷς ἔδρασε μεταμελομένης,

> Φίλαι γυναῖκες, πῶς ἂν ἐξ ἀρχῆς δόμους
> Ἀθάμαντος οἰκήσαιμι, τῶν πεπραγμένων
> δράσασα μηδέν!

Ἰνοῦς in omnibus libris legi, non *Οἰνοῦς*, ut edidit Steph. testatur Wyttenbach. *Πῶς ἄν*, *utinam* explicavit Valck. diatr. p. 173. Quum μηδέν dicat, non οὐδέν, significat haec etiam de cogitatione accipienda esse, *utinam nihil eorum fecissem, et denuo habitare possem.*

XVIII. (XVII.) Stob. tit. 103. p. 561. Gesn. 105. p. 435. Grot.

> Ἄνασσα, πολλοῖς ἐστιν ἀνθρώπων κακά,
> τοῖς δ' ἄρτι λήγει, τοῖς δὲ κίνδυνος μολεῖν.
> κύκλος γὰρ αὑτὸς καρπίμοις τε γῆς φυτοῖς
> θνητῶν τε γενεᾷ· τοῖς μὲν αὔξεται βίος,
> τῶν δὲ φθίνει τε καὶ θερίζεται πάλιν.

In Gesn. ex Eur. Oeneo citatur. Sed Paris. A. *Εὐριπ. Ἰνοῖ*, ut Grotius edidit. Tres postremi versus leguntur etiam apud Plut. T. II. p. 104. B. unde Gataker ad M. Anton. VII, 40. et Musgr. scripsit κύκλος γὰρ αὐτός, quum apud Stob. esset κύκλῳ γὰρ ἕρπει, Valcken. diatr. p. 6. κ. γὰρ ὡὑτός. V. 4. Stob. Gesn. et Grot. γενεά. Plut. γενεᾷ. Valck. γέννᾳ, et τῶν μὲν αὔξ. β. V. 5. Musgr. κἀκθερίζεται. Ea-

dem sententia est versuum Epicharmi apud Diogen. Laert. III, 10. ubi vid. Casaub. Grotius vertit: *Regina, multos opprimunt hominum mala: Ab his recedunt, rursus illis imminent. Eunt in orbem, terra quas fruges parit Hominumque soboles; quippe pars surgens viret, Pars iam metenda exspectat exitii diem.* Verba videntur esse consolantis Inonem vel Themistonem.

XIX. (XVIII.) Stob. tit. 109. p. 580. Gesn. 111. p. 461. Grot. 110. Gaisf.

Ἐν ἐλπίσιν χρὴ τοὺς σοφοὺς ἔχειν βίον.

Spe semper aliqua, qui sapit, vitam fovet.

XX. (XIX.) Stob. ibid.

Μήτ᾽ εὐτυχοῦσα πᾶσαν ἡνίαν χάλα,
κακῶς τε πράσσουσ᾽ ἐλπίδος κεδνῆς ἔχου.

Nec tibi remittat frena Fortunae favor, Adversa nec spem pectori excutiant tuo.

XXI. (XXI.) Stob. tit. 123. p. 615. Gesn. 125. p. 507. Grot. 114. Gaisf.

Γίγνωσκε τἀνθρώπεια, μηδ᾽ ὑπερμέτρως
ἄλγει· κακοῖς γὰρ οὐ σὺ πρόσκεισαι μόνη.

Quae sors sit hominum, disce, nec nimium dole. Mihi crede, non tu sola conflictas malis.

XXII. (XVI.) Stob. tit. 103. p. 559 sq. Gesn. 105. p. 431. Grot. 104. Gaisf.

Ὁρᾷς, τυράννους διὰ μακρῶν ηὐξημένους
ὡς μικρὰ τὰ σφάλλοντα, καὶ μί᾽ ἡμέρα
τὸν μὲν καθεῖλεν ὑψόθεν, τὸν δ᾽ ἦρ᾽ ἄνω.
ὑπόπτερος δ᾽ ὁ πλοῦτος· οἷς γὰρ ἦν ποτε,
ἐξ ἐλπίδων πίπτοντας ὑπτίους ὁρῶ.

Vides tyrannos longa quos fovit dies Ut saepe res exigua momento brevi Deturbet, alios rursus in celsum levet. Pennata res fortuna; iam multos ego Vidi supinos spe procul volvi sua. Ex Inone petitos esse versus (nam apud Stob. Euripidi tribuuntur sine fabulae nomine) vidit Gataker. adv. misc. p. 534 sq. citans Philostr. vit. Apoll. VII, 4. *Ὁ ὑποκριτὴς ἤδη ἐπέραινε τὰ ἰαμβεῖα (ἐπὶ τῇ Ἰνοῖ τῷ δράματι), ἐν οἷς ὁ Εὐριπίδης διὰ μακρῶν ηὐξηθέντας τοὺς τυράννους ἁλίσκεσθαί φησιν ὑπὸ μικρῶν.* Ex hoc loco idem *ηὐξημένους* legendum vidit pro *ἠσκημένους*, ut apud Stob. legitur. Idem vidit Grotius in notis MSS. apud Gaisf. V. 2. 3. laudat Plutarch. T. II. p. 104. A. sed ita scriptum v. 2. *μικρότατα τὰ σφάλλοντα.* — V. 3. Stob. Gesn. *ὑψωθέντα δῆρ᾽ ἄνω*, quod emendavit Grotius et Theod. Canter. V. L. I, 21. e Plutarcho, qui *τὰ μὲν καθεῖλεν ὑψόθεν, τὰ δ᾽ ἦρ᾽ ἄνω*, quam scripturam non multum abest quin veram putem. Sed Philo etiam p. 588. C. B. laudatus Gatakero, *ἡ μία γάρ, ὥς ἔφη τις, ἡμέρα τὸν μὲν καθεῖλεν ὑψόθεν, τὸν δ᾽ ἦρ᾽ ἄνω.* item Io. Lydus de mensibus p. 61. ed. Schow. citatus Valcken. diatr. p. 177. Ante v. 4. eum ponendum esse, qui legitur in Phoen. 561. allatus eodem loco Plutarcho, censebat Valck. ad Phoen. l. nimiam tautologiam obtrudens Euripidi; nec persuasit Porsono ibid. 567.

XXIII. (XI.) Stob. tit. 84. p. 493. Gesn. 86. p. 353. Grot. et Gaisf.

Φειδώμεθ᾽ ἀνδρῶν εὐγενῶν, φειδώμεθα,
κακοὺς δ᾽ ἀποπτύωμεν, ὥσπερ ἄξιοι.

Parcamus artis inclita ex propagine, Et exsecremur, ut merentur, improbos. His verbis Inonem persuadere voluisse Themistoni, ne ipsius filios interficeret, idcirco vix crediderim, quod hi *παῖδες* esse videntur, non *ἄνδρες*, nec convenit, quod sequitur *κακοὺς δ᾽ ἀποπτ.*

Ex Inone fabula sumti etiam sunt versus, quos ex Athenagorae leg. pro Christ. c. 26. (p. 33. ed. Colon. ad calc. Iustin. M.) adscripsit Valcken. diatr. p. 180. *καὶ Ἰνὼ μετὰ τὴν μανίαν - - - θεὸν δοξάζουσι γεγονέναι*

Πόντου πλάνητες Λευκοθέαν ἐπώνυμον,

καὶ τὸν παῖδα αὐτῆς

Σεμνὸς Παλαίμων ναυτίλοις κεκλήσεται.

Sed Sophoclis, an Euripidis versus essent, dubitabat etiam Valcken.

Ad Euripidis Inonem a Schowio refertur etiam locus apud Stob. tit. 13. p. 145. Gesn. p. 83. Grot. quem Musgr. inter incerta XXI. retulit, sed cuius codicis MS. auctoritate illud lemma addiderit, non indicavit Schow.

I X I O N.

Ixionis fabulam narrat. Apoll. Rh. schol. II, 62. e Pherecyde. *φησὶ δὲ, ὡς γαμήσας Δίαν τὴν Ἠιονέως θυγατέρα πολλὰ ὑπέσχετο δώσειν δῶρα. Ἐλθόντος δὲ ἐπὶ ταῦτα τοῦ Ἠϊονέως, βέρεθρον ποιήσας καὶ πυρακτώσας σκεπάζει αὐτὸ λεπτοῖς ξύλοις καὶ κόνει λεπτῇ· ἐμπεσὼν δὲ ὁ Ἠιονεὺς ἀπόλλυται. Λύσσα δὲ τῷ Ἰξίονι ἐνέπεσε διὰ τοῦτο, καὶ οὐδεὶς αὐτὸν ἤθελεν ἁγνίσαι οὔτε θεῶν οὔτε ἀνθρώπων· πρῶτος γὰρ ἐμφύλιον ἄνδρα ἀπέκτεινεν. Ἐλεήσας δὲ αὐτὸν ὁ Ζεὺς ἁγνίζει, καὶ ἁγνισθεὶς ἠράσθη τῆς Ἥρας. Ὁ δὲ Ζεὺς νεφέλην ὁμοιώσας Ἥρᾳ παρακοιμίζει αὐτῷ, καὶ ὕστερον ποιήσας τετράκνημον τροχὸν καὶ δεσμεύσας αὐτὸν τιμωρεῖται.* Ad hanc fabulam haud dubie spectat, quod Plutarch. narrat T. II. p. 19. E. *ὁ Εὐριπίδης εἰπεῖν λέγεται πρὸς τοὺς τὸν Ἰξίονα λοιδοροῦντας ὡς ἀσεβῆ καὶ μιαρὸν, Οὐ μέντοι πρότερον αὐτὸν ἐκ τῆς σκηνῆς ἐξήγαγον, ἢ τῷ τροχῷ προσηλῶσαι.* Videtur igitur sub finem fabulae deorum aliquis prodiisse, qui hoc narraret, non spectatoribus, sed iis, qui Ixionem oppugnaverant.

I. Plutarch. T. II. p. 18. E. Stob. tit. 2. p. 30. Gesn. p. 11. Grot.

Τοῦ μὲν δικαίου τὴν δόκησιν ἄρνυσο,
τὰ δ' ἔργα τοῦ πᾶν δρῶντος ἔνθα κερδανεῖς.

Iusti capesse nomen, at facta occupa Quidvis agentis; parta sic tibi res erit. Loquitur Ixion.

II. (III.) Stob. tit. 49. p. 355. Gesn. 51. p. 197. Grot. et Gaisf.

Τά τοι μέγιστα πάντ' ἀπεργάζεται βροτοῖς
τόλμ' ὥστε νικᾶν· οὔτε γὰρ τυραννίδες
χωρὶς πόνου γένοιντ' ἄν, οὔτ' οἶκος μέγας.

Consilia cuncta ducit ad victoriam Intrepida virtus; sine laborum impendio Nec regna fiunt magna, nec crescunt domus. V. 1. Grot. *ἀπειργάσθη*, rectius Heath. et Musgr. *ἀπείργασται*, (Boisson. *ἐργάζεται.*) sed minus recte idem v. sq. *τόλμαις τὸ νικᾶν.* Androm. 693. *εἰ* *τόλμα* (ὑ) *προσγένοιτο.* Haec etiam Ixionis verba esse videntur, modo ne *τόλμαν* cum Grotio vertas *intrepidam virtutem.*

III. (IV.) Schol. Apoll. III, 62. *Φλεγύου δὲ παῖς καὶ Ἰξίων ὡς καὶ Εὐριπίδης·*

Φλεγύαντος υἱὲ, δέσποτ' Ἰξίων * *

Sic Cod. Paris. pro *Φλεγύου.* Vid. Schaef. ad loc. p. 224. qui trimetrum explet addito *ἄναξ.*

IV. (II.) Stob. tit. 10. p. 126. Gesn. p. 67. Grot.

Ὅστις γὰρ ἐπὶ τὸ πλέον ἔχειν πέφυκ' ἀνὴρ,
οὐδὲν φρονεῖ δίκαιον, οὐδὲ βούλεται,
φίλοις τ' ἄμικτός ἐστι καὶ πάσῃ πόλει.

Habere quisquis parte plus quaerit sua, Nil ille iusti cogitat, nil expetit, Urbi atque amicis pariter insociabilis. Versum 1. et 3. habet Stob. tit. 22. p. 187. Gesn. p. 111. Grot. sed primum melius scriptum *ὅστις γὰρ ἀστῶν πλέον ἔ. π. ἀ.*

V. Diogen. L. IX, 55. *φησὶ δὲ Φιλόχορος, πλέοντος αὐτοῦ (Πρωταγόρου) ἐς Σικελίαν τὴν ναῦν καταποντισθῆναι, καὶ τοῦτο αἰνίττεσθαι Εὐριπίδην ἐν Ἰξίονι.*

Ex Ixione Pollux IX, 27. profert etiam versum *Εὔβοια Ἀθήναις ἐστί τις γείτων πόλις.* Sed pro *Ἰξίωνι* (sic Codd.) leg. *ἐν Ἴωνι.* Versus enim est Ion. 297.

L A M I A

non commemoratur nisi a scholiaste Platonis p. 61. Ruhnk. Δευτέρα δὲ (Σίβυλλα) Λίβυσσα, ἧς μνήμην ἐποίησατο ἐν τῷ τῆς Λαμίας προλόγῳ Εὐριπίδης, et Lactantius Instit. div. I, 6. qui ex eodem fonte hausit: *secundam* (Sibyllam) *Libyssam, cuius meminit Euripides in Lamiae prologo.* Cf. Valck. ad Adoniaz. p. 346. Haec causa fuit cur Elmsleio ad Eurip. Med. p. 71. not. k. Lamia e numero Euripidis fabularum eximenda videretur. Ad hanc autem fabulam referunt, quod Diodor. Sic. ex Euripide citat XX, 41. Ὅτι δὲ κατὰ τὴν Λιβύην γέγονεν αὕτη (ἡ Λαμία) καὶ τὸν Εὐριπίδην δεῖξαι τις ἂν μαρτυροῦντα. λέγει γάρ·

Τίς τοὔνομα τὸ ἐπονείδιστον βροτοῖς
οὐκ οἶδε Λαμίας τῆς Λιβυστικῆς γένος;

Priorem versum magis etiam corrupit Barnes. scribens: τίς τοὔνομα πᾶσι τουπον. βρ. Scalig. et Is. Vossius scribendum coniiciebant: τίς τοὔνομ' αἰσχρὸν κἀπονείδιστον βρ. soloece. Musgrav. τίς τοὔνομ' ἀκοῇ τοὐπονείδιστον βροτοῖς. Possis etiam τίς τοὔνομ' ὑμῶν τοὐπ. Ceterum de prologo Lamiae Fabric. bibl. gr. T. II. p. 251. citat Photium quaest. 160. ad Amphilochum.

L I C Y M N I U S.

Licymnius Electryonis e Midea filius, frater Alcmenae, iam senex a Tlepolemo invito occisus est post mortem Herculis et Eurysthei. Apollod. II, 8, 2. Sed quod argumentum fabulae Euripideae fuerit, ignoratur. Schol. Aristoph. Av. 1242. ad verba poëtae Λικυμνίαις βολαῖς haec annotat: ὁ μὲν Καλλίμαχος γράφων οὕτως· Λικυμνίοις βολαῖς, φησὶ, ταύτης τῆς διδασκαλίας οὐ μέμνηται. ἐν δὲ ἐνίοις τῶν σχολικῶν ὑπομνήματα ταυτὶ γέ-

γραπται· ἴσως ὁ Λικύμνιος ἐνεπύρισε τινῶν οἰκίας. ἐν τοῖς ἐπιγεγραμμένοις Ἀπολλωνίου ταῦτα γέγραπται, ὅτι ἡμίφλεκτόν τινα εἰσάγει εἰς τοιοῦτό τι κεκεραυνωμένον ἀπὸ τῆς περιστάσεως ἐκείνης. εἴη δ' ἂν τοῦ Εὐριπίδου μεμνημένος ἀγγέλου τοῦ ἐν τῷ Λικυμνίῳ. λέγει γὰρ ἐπὶ τελευτῆς ἐκεῖνος. ἐν Λικυμνίοις (Cod. Rav. Λικυμνίῳ) δὲ, δράματι Εὐριπίδου, εἰσήχθη τις κεραυνοβολούμενος. Hesych. v. Λικυμνίοις βολαῖς. τῶν (sic MS.) ἐν τᾷ Εὐριπίδου Λικυμνίῳ μνημονεύοι ἂν ἴσως. κεραυνοῦται γὰρ ἡ ναῦς κατὰ τὸν ἐκεῖ λόγον, οὐχ ὡς αὐτοῦ τοῦ Λικυμνίου τῆς Φωκίδος κατεσκεμμένο . . (-νου.) Sed neutro loco multum lucramur, nisi quod sive hominem sive navem fulmine tactam fuisse intelligimus, et hoc nuntium aliquem in scena pronunciasse.

I. Diogen. L. III, 63. ὁ γοῦν φαῦλος λέγεται παρ' αὐτῷ (Πλάτωνι) καὶ ἐπὶ τοῦ ἁπλοῦ, ὡς καὶ παρὰ Εὐριπίδῃ ἐν Λικυμνίῳ φέρεται ἐπὶ τοῦ Ἡρακλέους οὑτωσί·

Φαῦλον, ἄκομψον, τὰ μέγιστ' ἀγαθόν,
πᾶσαν ἐν ἔργῳ παραταμνόμενον
σοφίαν, λέσχης ἀτρίβωνα.

Fuci vacuum magnasque bonum Ad res, cui non garrula solis Constat sapientia factis. Grot. Exc. p. 392. Primum versum citat etiam Eustath. ad Il. ω', 1492, 28. Etymol. M. p. 789, 34. ubi φαῦλον explicat ἁπλοῦν καὶ ἀπονήρευτον, Suidas v. φαῦλον, Photius p. 469. Herm. Schol. Plat. p. 84. ἐπὶ δὲ τοῦ ἐπαίνου Εὐριπίδης φαῦλον, ἄκ. τὰ μέγ. ἀγ. Bachmann. anecd. gr. I. p. 412, 7. ubi est Εὐρ. ἐν Ἡρακλεῖ. Plutarch. Marc. p. 310. C. (Μάρκελλον δὲ ᾐτιῶντο, ὅτι τὸν δῆμον εἰθισμένον πολεμεῖν ἢ γεωργεῖν, τρυφῆς δὲ καὶ ῥαθυμίας ἄπειρον ὄντα καὶ κατὰ τὸν Εὐριπίδειον Ἡρακλέα, Φαῦλον, ἄκομψον [ὄν], τὰ μέγιστά τε ἀγαθόν σχολῆς ἐνέπλησε κ. τ. λ.) Cim. p. 480. E. ubi versus non aliter scriptus legitur quam apud Diogen. — De voce ἀτρίβων pro ἀτριβής *imperitus* vid. Schaef. ad Dionys. Hal. p. 415.

II. Stob. tit. 29. p. 198. Gesn. p. 125. Grot.

Πόνος γάρ, ὡς λέγουσιν, εὐκλείας πατήρ.

Ut fama perhibet, gloriae pater est labor. Cf. Apostol. XVI, 29. Sed Sophocli versum tribuit Schol. Her-

mogen. p. 377. apud Ruhnk. ad Xenoph. Mem. II, 1, 20.

III. Stephan. Byz. v. *Τευθρανία. Λέγεται καὶ Τευθράντιος. Εὐριπίδης Λικυμνίᾳ* (leg. - *μνίῳ.*)

Τευθράντιον δὲ σχῆμα Μυσίας χθονός.

IV. Macrob. Saturn. I, 18. *Et ne quis opinetur diversis diis Parnassum montem dicatum, idem Euripides in Licymnio Apollinem Liberumque unum eumdemque deum esse significans scribit:*

Δεσπότα φιλόδαφνε Βάκχε, Παιὰν Ἄπολλον εὔλυρε.

V. Stob. ecl. phys. p. 129. Grot. T. I. p. 156. Heeren.

Τὸ τῆς ἀνάγκης οὐ λέγειν ὅσον ζυγόν.

Necessitatis onus inenarrabile. Lemma in ed. Canter. p. 10. est *Εὐριπ. ἐν Διδύμοις*, et sic etiam Codd. V. A. E. apud Heer. pro quo Valcken. diatrib. p. 17. legendum monuit *ἐν Λικυμνίῳ.* Apud Musgrav. unum hoc fragmentum est Didymorum fabulae.

VI. (V.) Hesych. *Θριάζειν, φυλλολογεῖν, ἐνθουσιᾶν, ἐνθουσιάζειν. Εὐριπίδης Λικυμνίῳ καὶ Σοφοκλῆς Ὀδυσσεῖ μαινομένῳ.*

Quos versus Stob. ecl. phys. p. 129. Cant. T. I. p. 1006. Heer. servatos Valcken. diatr. p. 17. ex Euripidis Licymnio petitos censebat, eos rectius ad Licymnium poetam lyricum Chium retulit Heeren l. c.

MELANIPPE.

Quae Eratosth. cataster. c. 18. et Hygin. Poet. Astron. II, 18. (vid. fr. IV.) narrant, ea non argumentum fabulae, sed ea tantum, quae in eius loco aliquo, fortasse in prologo, memorata erant, continent. Vid. fr. III. IV. Partem argumenti habet Dionys. Halicarn. *τέχν. ῥητορ* c. 9. §. 11. (T. V. p. 354 sq. Reisk.) qui ex eadem fabula narrat: *ἡ Μελανίππη ἡ σοφή, τὸ δρᾶμα Εὐριπίδου, ἐπιγέγραπται μὲν σοφή, ὅτι φιλοσοφεῖ καὶ διὰ τοῦτο τοιαύτης* (i. e. *σοφῆς*) *μητρός ἐστιν, ἵνα μὴ ἀπίθανος ᾖ ἡ φιλοσοφία.* Sequitur fr. VI. Tum pergit: *ἡ δὲ Μελανίππη ἐπαιδεύθη* (*ἐπλήσθη* Valck. diatr. p. 184.) *μὲν ὑπὸ τοῦ Ποσειδῶνος, γέγονε δὲ ταύτῃ παιδία, ἐξέθηκε δ' αὐτὰ εἰς τὰ τοῦ πατρὸς βουφόρβια. ὁ δὲ πατὴρ ἡγεῖται ἐκ βοὸς εἶναι καὶ ὡς τέρας βούλεται κατακαῦσαι. βοηθοῦσα αὕτη ἡ Μελανίππη ἀποφαίνεσθαι πειρᾶται, ὅτι τέρας οὐδέν ἐστιν κ. τ. λ.* Cf. id. ib. 8, 10. p. 300 sq. Ab his multum discrepant, quae sunt apud Hygin. fab. 186. *Melanippen, Desmontis filiam, sive Aeoli, ut alii poëtae dicunt, formosissimam Neptunus compressit, ex qua procreavit filios duos. Quod quum Desmontes rescisset, et Melanippen excaecavit et in munimento conclusit; cui cibum atque potum exiguum praestari iussit, infantes autem feris proiici. Qui quum proiecti essent, vacca lactans veniebat ad infantes et ubera praestabat Quod quum armentarii vidissent, tollunt eos ut educarent. Interim Metapontus rex Icariae a coniuge Theano petebat, ut sibi liberos procrearet, aut regno cederet. Illa timens mittit ad pastores, ut infantem aliquem explicarent, quem regi subderet. Qui miserunt duos inventos, ea regi Metaponto pro suis supposuit. Postea autem Theano ex Metaponto peperit duos. Quum autem Metapontus priores valde amaret, quod formosissimi essent, Theano quaerebat, ut eos tolleret et filiis suis*

regnum servaret. Dies advenerat, ut Metapontus exiret ad Dianam Metapontinam ad sacrum faciendum. Theano occasione nacta indicat filiis suis eos priores suppositios esse. Itaque quum in venationem exirent, eos cultris interficite. Illi autem matris monitu quum in montem exissent, praelium inter se commiserunt. Neptuno autem adiuvante, Neptuni filii vicerunt et eos interfecerunt. Quorum corpora quum in regiam allata essent, Theano cultro venatorio se interfecit. Ultores autem Boeotus et Aeolus ad pastores, ubi educati erant, confugerunt. Ibi Neptunus eis indicat ex se esse natos et matrem in custodia teneri. Qui ad Desmontem pervenerunt eumque interfecerunt et matrem custodia liberarunt, cui Neptunus lumen restituit. Eam filii perduxerunt in Icariam ad Metapontum regem et indicant ei perfidiam Theanus. Post quae Metapontus duxit coniugio Melanippen, eosque sibi filios adoptavit, qui in Propontide ex suo nomine condiderunt Boeotus Boeotiam, Aeolus Aeoliam. De Metaponto eadem ex Euripide, ut e verbis *Μελ. τὴν δεσμῶτιν* colligo narrat Strabo VI. p. 406. C. ed. Almel. *Ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸν Μετάποντον μυθεύουσι καὶ τὴν Μελανίππην τὴν δεσμῶτιν καὶ τὸν ἐξ αὐτῆς Βοιωτόν, δοκεῖ δ' Ἀντίοχος τὴν Μελανίππην οὐ πρὸς τοῦτον, ἀλλὰ πρὸς Δῖον κομισθῆναι· ἐλέγχειν ἡρῷον τοῦ Μετάβου καὶ Ἄσιον τὸν ποιητὴν φήσαντα, ὅτι τὸν Βοιωτὸν, Δίου ἐνὶ μεγάροις τέκεν εὐειδὴς Μελανίππη, ὡς πρὸς ἐκεῖνον ἀχθεῖσαν τὴν Μελανίππην, οὐ πρὸς τὸν Μέταβον.* Eodem spectare videtur locus Athenaei XII. p. 523. E. *Ὠνομάσθη δ' ἡ Σῖρις, ὡς μὲν Τίμαιός φησι καὶ Εὐριπίδης ἐν Δεσμώτιδι ἢ Μελανίππῃ ἀπὸ γυναικός τινος Σίριδος.* Hinc verisimile est, Hygini narrationem ex parte saltem exsequi ea quae in Euripidis tragoedia exposita erant. Neque vero omnia quae Hygin. narrat, in una fabula locum habere potuerunt: illa enim spatium sedecim minimum annorum implent, et plures personas habent quam una fabula capere poterat. Itaque duas Euripidis fabulas fuisse suspicor, alteram *Μελανίππης τῆς σοφῆς* nomine inscriptam, alteram *Μελαν. τῆς δεσμώτιδος*; in priore exposita fuisse ea, quae gesta esse narrantur usque ad illud tempus, quo Melan. in carcere inclusa est, in altera exhibitam esse primum

Melanippen in custodia vinctam eo tempore, quum eius filii, interfectis Theanûs filiis, Neptuni ope matrem liberarunt, et cum ea ad Metapontum in Icariam abierunt. Melan. *τὴν σοφήν* et *δεσμώτιδα* distinguit etiam Fabric. Bibl. gr. T. II. p. 251. ed. Harles. Desmontis autem patris Melanippes nomen vereor ne e titulo fabulae *ἡ δεσμῶτις* per errorem Hygini ortum sit.

Ἐκ Μελανίππης τῆς σοφῆς.

I. (I. II.) Plutarch. T. II. p. 756. B. C. *Ἀκούεις δὲ δήπου τὸν Εὐριπίδην ὡς ἐθορυβήθη ποιησάμενος ἀρχὴν τῆς Μελανίππης, Ζεὺς γὰρ οἶδα πλὴν λόγῳ - - ἤλλαξε τὸν στίχον, ὡς νῦν γέγραπται,*

Ζεὺς, ὡς λέλεκται τῆς ἀληθείας ὕπο.

Priorem versum citat etiam Lucian. Iov. trag. 41 Tom. V. p. 274. ed. Bip.

Ζεὺς, ὅστις [ἐστὶν] ὁ Ζεύς· οὐ γὰρ οἶδα πλὴν λόγῳ
κλύων - -

tum Athenag. p. 23. Iustin. M. p. 41. E. Versum restituit, eiecto *ἐστιν,* Porson. ad Eurip. Or. 412. cui frustra obloquitur Blomfield. gloss. Agam. 155. Grotius vertit Exc. p. 392. *Quicunque tandem est Iuppiter: nam nil scio Nisi fama quod narravit.* Versu correcto utitur Aristoph. Ran. 1275. ubi Schol. *Μελανίππης τῆς σοφῆς ἡ ἀρχή.* Pleniorem locum habet Gregor. Cor. comm. in Hermog. in Reisk. Orat. gr. T. VIII. p. 949. *ἐν δὲ τῇ Μελανίππῃ παρεισάγει ταύτην προοιμιαζομένην·*

Ζεὺς, ὡς λέλεκται τῆς ἀληθείας ὕπο,
Ἕλλην' ἔτικτε - -

Idem versus est in Pirithoo fr. V. apud Musgr. quod iam monuit Gregorius p. 948.

II. (XXVIII.) Steph. Byz. v. *Βοιωτία.* de Boeoto; *Νικοκράτης δέ φησιν, ὅτι Ποσειδῶνος καὶ Ἄρνης ἦν παῖς. Εὐφορίων· — — καὶ Εὐριπίδης·*

Τὸν δ' ἀμφὶ βοῦν ῥιφέντα Βοιωτὸν καλεῖν.

Probabiliter ad Melanippam retulit Musgrav. Barnes. inter incerta posuit v. 433. *καλεῖ* scripserunt Barn. et

Musgr. Si ex Melanippa est versiculus, nulla ei accommodatior sedes est quam in prologo. In altero versu videtur fuisse *ἔθηκα, ἔθηκα αὐτὸν καλεῖν.*

III. (XXVII.) Clem. Alex. Strom. I. p. 306. B. ed. Sylb. = p. 361, 8. ed. Heinsii (Cyrill. c. Iulian. IV. p. 134. B.) *Ἱππὼ δὲ, ἡ θυγάτηρ τοῦ Κενταύρου* (Chironis), *συνοικήσασα Αἰόλῳ ἐδιδάξατο αὐτὸν τὴν φυσικὴν θεωρίαν, τὴν πάτριον ἐπιστήμην. μαρτυρεῖ δὲ Εὐριπίδης περὶ τῆς Ἱπποῦς ὧδέ πως·*

Ἣ πρῶτα μὲν τὰ θεῖα προὐμαντεύσατο
χρησμοῖσι σαφέσιν ἀστέρων ἐπ' ἀντολαῖς.

Versus apud Cyrill. melius scriptos illo modo emendavit Valcken. ad Phoen. 506. Quam Clem. hic et p. 333. D. *Ἱππώ* dicit, *Ἵππην* vocant et Cyrill. et Hygin. loco ad fr. IV. adscripto.

IV. Eratosthenes Cataster. c. 18. *Εὐριπίδης δέ φησι Μελανίππην εἶναι* (leg. cum Valck. ad Phoen. 506. *φησὶν ἐν Μελανίππῃ, Ἵππην εἶναι*) *τὴν τοῦ Χείρωνος θυγατέρα, ὑπ' Αἰόλου δὲ ἀπατηθεῖσαν φθαρῆναι καὶ διὰ τὸν ὄγκον τῆς γαστρὸς φυγεῖν εἰς τὰ ὄρη· κακεῖ ὠδινούσης αὐτῆς τὸν πατέρα ἐλθεῖν κατὰ ζήτησιν, τὴν δ' εὔξασθαι καταλαμβανομένην πρὸς τὸ μὴ γνωσθῆναι μεταμορφωθῆναι καὶ γενέσθαι ἵππον. Διὰ γοῦν τὴν εὐσέβειαν αὐτῆς τε καὶ τοῦ πατρὸς ὑπ' Ἀρτέμιδος εἰς τὰ ἄστρα τεθῆναι, ὅθεν τῷ Κενταύρῳ οὐχ ὁρατή ἐστιν.* Eadem habet Hygin. Poet. Astron. II, 18. *Euripides in Melanippa Hippen Chironis Centauri filiam Thean* (l. *Thetin*) *antea appellatam dicit; quae quum aleretur in monte Pelio et studium in venando maximum haberet, quodam tempore ab Aeolo Hellenis filio Iovis nepote persuasam concepisse, quumque iam partus appropinquaret, profugisse in silvam, ne patri, quum virginem speraret, nepotem procreasse videretur. Itaque quum parens eam persequeretur, dicitur illa petisse a deorum potestate, ne pariens a parente conspiceretur. Quae deorum voluntate postquam peperit, in equam conversa inter astra est consituta.*

V. (XXI. XXIII.) Dionys. Halic. *τέχν. ῥητ.* p. 301. ed. Reisk. *ὁ δὲ τῆς Μελανίππης* (*σχηματισμός*), *Τίς τὰ παιδία ἐξέθηκεν εἰς τὰ τοῦ πατρὸς βουφόρβια;* et p. 356. Melanippae *γέγονε παιδία· ἐξέθηκε δ' αὐτὰ εἰς τὰ τοῦ πατρὸς βουφόρβια. ὁ δὲ πατὴρ ἡγεῖται ἐκ βοὸς εἶναι καὶ ὡς τέρας βούλεται κατακαῦσαι. βοηθοῦσα αὕτη ἡ Μελανίππη ἀποφαίνεσθαι πειρᾶται, ὅτι τέρας οὐδέν ἐστιν — — —. περιερχομένη γὰρ πάσας αἰτίας τοῦ σῶσαι τὰ παιδία, λέγει· εἰ δὲ παρθένος φθαρεῖσα ἐξέθηκε τὰ παιδία, καὶ φοβουμένη τὸν πατέρα, σὺ φόνον δράσεις;* Hos duos locos comparanti vix dubium esse potest, quin utroque iidem Euripidis versus respiciantur. Sed priore loco duplex articulus non satis sapit dictionem tragicam, nec *παιδίον* alibi apud Sophoclem vel Euripidem legitur. Priori incommodo medetur Musgrav. his in unum versum trochaicum conclusis n. XXI.

Τίς τὰ παιδί' ἐξέθηκεν εἰς πατρὸς βουφόρβια; Sed quum secundo loco eadem fere verba tanquam rhetoris recurrant, priora etiam Dionysii potius quam Euripidis esse videntur, poetae vero tribuenda, quae p. 356. leguntur, sic emendata a Valcken. p. 183.

εἰ δὲ παρθένος
φθαρεῖσά γ' ἐξέθηκεν εἰς βουφόρβια,
φοβουμένη τὸν πατέρα, σὺ δράσεις φόνον;

quae sic vertit Grotius Exc. p. 394. *Si qua ergo sua Corrupta virgo pignora exposuit, patrem Reverita, tunc caede maculabis manum.*

VI. (XXII.) Dionys. Halic. T. V. p. 355. (Diod. Sic. T. I. p. 11. (c. 7. extr.) Euseb. praep. evang. I. p. 20. D.) *Ἀναξαγόρᾳ προσεφοίτησεν Εὐριπίδης. Ἀναξαγόρου δὲ λόγος ἐστὶν, ὅτι πάντα ἐν πᾶσιν, εἶτα ὕστερον διεκρίθη.* (vid. Schaubach. fr. Anaxag. p. 64.) *μετὰ ταῦτα ὡμίλησε καὶ Σωκράτει, καὶ ἐπὶ τὸ ἀπορώτερον ἤγαγε τὸν λόγον. ὁμολογεῖ οὖν τὴν διδασκαλίαν τὴν ἀρχαίαν διὰ τῆς Μελανίππης·*

Κοὐκ ἐμὸς ὁ μῦθος, ἀλλ' ἐμῆς μητρὸς πάρα·
ὡς οὐρανός τε γαῖά τ' ἦν μορφὴ μία·
ἐπεὶ δ' ἐχωρίσθησαν ἀλλήλων δίχα,
τίκτουσι πάντα κἀνέδωκαν εἰς φάος
δένδρη, πετεινὰ, θῆρας, οὕς θ' ἅλμη τρέφει,
γένος τε θνητῶν.

Primum versum solus habet Dionys. sed adiuncto secundo, ut dubium non sit, quin recte illum toti fragmento praeposuerint Barnes. et Musgrav. Cf. Theod. Cant. var. lect. II, 15. Eum qui imitando expresserunt, commemorat Valcken. ad Hippol. 352. Heusde spec. in Plat. p. 11 sq. V. 5. *δένδρη, πετεινὰ* Diod. Sic. *δένδρα πτηνά* Euseb. Hanc Melanippes *ῥῆσιν*, tanquam *παράδειγμα τοῦ ἀπρεποῦς καὶ μὴ ἁρμόττοντος* vituperat Aristot. poet. c. 15, 8. Dubito autem an hoc fragm. ante tertium ponendum sit ob locum Dionys. p. 356. Totum locum sic vertit Grotius Exc. p. 395. *Non hic meus, sed matris est sermo meae, Figura ut una fuerit et coeli et soli; Secreta quae mox ut receperunt statum, Cuncta ediderunt haec in oras luminis, Feras, volucres, arbores, ponti gregem, Homines quoque ipsos.*

VII. Schol. Arist. Ran. 100. ad verba poëtae *αἰθέρα Διὸς δωμάτιον* haec habet: *ἐκ Μελανίππης Σοφοκλέους·*

Ὄμνυμι δ' ἱερὸν αἰθέρ', οἴκησιν Διός.

qui versus legitur apud Aristoph. Thesm. 279. Pro *Σοφοκλέους* legendum esse *σοφῆς* vel *τῆς σοφῆς* ad locum Thesm. monuit Bergler. Cf. Valck. diatr. p. 49. cuius verba quomodo Beckius in ed. Eurip. Lips. ita accipere potuerit, ut eum hunc versum Euripidi abiudicare diceret, non assequor. Et cod. Ravennas: *αἰθέρα Διός. Εὐριπίδου ἐκ Μελανίππης· ὄμνυμι κ. τ. λ.* Scholia illa Aristoph. compilavit Suid. v. *παρακεκινδυνευμένον.*

Ἐκ τῆς δεσμώτιδος Μελαννίππης.

VIII. (XIX.) Stob. tit. 123. p. 616. Gesn. 125. p. 509. Grot. 124. Gaisf.

Τί τοὺς θανόντας οὐκ ἐᾷς τεθνηκέναι
καὶ τἀκχυθέντα συλλέγεις ἀλγήματα;

Quid interemtos interemtos non sinis? Quid tibi repetitur iam sat effusus dolor? τί τ' ἐκχαθέντα Gesn. sed in marg. al. *ἐκχυθέντα. ἐκχυθέντα* Grot. e Paris. A. sed male scripsit *τ' ἐκχυθ.* Musgr. *τὰ 'κχυθέντα.* Paris. B. recte *τἀκχυθέντα,* ut dedit Gaisf. Verba esse videntur ad consolandam Melanippen interemtos esse filios arbitrantem adhibita.

IX. (XII.) Stob. tit. 74. p. 451. Gesn. 76. p. 331. Grot. et Gaisf.

Ἴστω δ' ἄφρων ὤν, ὅστις ἄτεκνος ὢν τὸ πρίν,
παῖδας θυραίους εἰς δόμους ἐκτήσατο,
τὴν μοῖραν εἰς τὸ μὴ χρεὼν παραστρέφων.
ᾧ γὰρ θεὸς δίδωσι μὴ φῦναι τέκνα,
οὐ χρὴ 'γκαλεῖσθαι πρὸς τὸ θεῖον, ἀλλ' ἐᾶν.

Amens et excors, prole qui propria carens Aliena domui pignora asciscit suae, Arbitria fati more pervertens malo. Cui stirps negata numine est coelestium, Tolerare debet, non deos incessere. V. 4. Gesn. Grot. Barn. Gaisf. Musgr. *ᾧ γὰρ θεοὶ δίδωσι,* ad quod mirari satis non possum neminem editorum offendisse; unus Valck. adscripsit: leg. *θεός.* Potest etiam scribi: *θεοὶ διδῶσι* pro *διδῶσιν ἄν.* Pro *φῦναι* libenter legerim *φῦσαι.* — Fortasse haec pronuntiabat Melanippe nuntio accepto de filiis a Metaponto adoptatis.

X. (VI.) Stob. tit. 60. p. 384. Gesn. 62. p. 237. Grot. et Gaisf.

Δοῦλον γὰρ ἐσθλὸν τοὔνομ' οὐ διαφθερεῖ,
πολλοὶ δ' ἀμείνους εἰσὶ τῶν ἐλευθέρων.

Obstare servo nomen haud aequum est probo. Est quando virtus famula superat liberos. διαφθερεῖ Grot. pro *διαφθείρει.*

XI. (XIV.) Stob. tit. 84. p. 493. Gesn. 86. p. 353. Grot. et Gaisf.

Ἐγὼ μὲν οὐκ οἶδ' ὅπως δὴ σκοπεῖν χρεὼν
τὴν εὐγένειαν· τοὺς γὰρ ἀνδρείους φύσιν
καὶ τοὺς δικαίους τῶν κενῶν δοξασμάτων,
κἂν ὦσι δούλων, εὐγενεστέρους λέγω.

Habenda quo sit alta nobilitas loco Nequeo videre: nam quibus mens est pia Animusque fortis, sint licet servis sati, Vincunt tumentes nominis vani sono. V. 1. correxit Grot. *ἐγὼ μὲν οὐδὲν οἶδ' ὅπως σκοπ. χρ.* in quo *οὐδέν* pro *οὐκ* positum offendit. Musgrav. *ἐγὼ μὲν οὐδὲν οἶδα, πῶς σκ. χρ.* Herm. coni. *Ἐγὼ μὲν οὖν οὐκ οἶδ' ὅπως με δεῖ σκοπεῖν.* Mihi in mentem venit scribere: *ἐγὼ μὲν οὐκ οἶδ' ὡς τόδε σκοπεῖν χρεὼν, τὴν εὐγέν.* vel *Ἐγὼ μὲν οὖν οὐκ οἶδ' ὅπως σκ. χρ.* V. 3. *κενῶν,*

quod iam Gesn. in marg. coniecerat, pro *τέκνων* suppeditavit Paris. B. apud Gaisf. *τὰ κενὰ δοξάσματα* sunt *οἱ κενοῖς δοξάσμασιν ἐπαιρόμενοι*, *abstractum pro concreto* quod vocant.

XII. (III.) Stob. eclog. phys. p. 121. Grot. T. I. p. 108 sq. Heer.

A. *Δοκεῖτε πηδᾶν τἀδικήματ᾽ εἰς θεοὺς*
πτεροῖσι, κἄπειτ᾽ ἐν Διὸς δέλτου πτυχαῖς
γράφειν τίν᾽ αὐτά, Ζῆνα δ᾽ εἰσορῶντά νιν
θνητοῖς δικάζειν; οὐδ᾽ ὁ πᾶς ἂν οὐρανὸς
Διὸς γράφοντος τὰς βροτῶν ἁμαρτίας
ἐξαρκέσειεν, οὐδ᾽ ἐκεῖνος ἂν σκοπῶν
πέμπειν ἑκάστῳ ζημίαν· ἀλλ᾽ ἡ Δίκη
ἐνταῦθά που ᾽στιν ἐγγὺς, εἰ βούλεσθ᾽ ὁρᾶν.

B. *Ταύτας μὲν ἀνθρώποισιν, ὦ γύναι, θεοὶ*
τίσεις διδοῦσιν, οὓς ἂν ἐχθαίρωσ᾽, ἐπεὶ
οὔ σφιν πονηρόν ἐστιν - - -

Volare pennis scelera ad aetherias domos Putatis, illic in Iovis tabularia Scripto referri, tum Iovem lectis super Sententiam proferre? sed mortalium Facinora coeli quantaquanta est regia Nequeat tenere, nec legendis Iuppiter Et puniendis par sit. Est tamen ultio; Sed si intuemur, illa nos habitat prope. In Canter. et Codd. continuo tenore hic locus scriptus est; Grotius versus 9. 10. 11. separavit, ut pro fragmento incerti poëtae essent. Recte Heeren. eos praecedentibus denuo continuavit, his responderi ad priora videns. Locum illustravit Valcken. diatr. p. 184 sq. Verba sunt Melanippae. V. 4. interrogationis nota post *δικάζειν* interpunxit Valck. Ibidem Cant. *ὁπωσοῦν*, pro quo idem in marg. coni. *ὁ πᾶς οὖν*, quod confirmant codd. V. E. A. Sed recte Grot. et Valck. *ὁ πᾶς ἂν — ἐξαρκ.* Musgr. *οὐδ᾽ ἅπας ἂν οὐρ.* V. 7. Porson. adv. p. 275 = 243. coni. *πέμψει᾽*, vulgatam sine syntaxi esse dicens. Recte vero Boisson. repetendum esse monet *ἐξαρκέσειεν*. V. 8. legebatur *ἐνταῦθα ποῦ ᾽στιν.* Tum amicus Valcken. legendum coni. *εἰ κοὐκ ἔσθ᾽ ὁρᾶν*, soloece pro *εἰ καὶ μὴ ἔστιν*. V. 10. *τίσεις* dedit Grot. pro *τοῖσι*.

XIII. (XXV.) Stob. Ecl. phys. p. 143. Grot. T. I. p. 232. Heer.

Οὐκ ἔστι πράττοντάς τι μοχθηρὸν λαθεῖν·
ὀξὺ βλέπει γὰρ ὁ χρόνος, ὃς τὰ πάνθ᾽ ὁρᾷ.

Securitatem sceleribus non est dare; Dies acutum cernit et nil non videt. Apud Cant. et Grot. lemma est: *Euripides Penelope*; sed quum Euripides Penelopem nullam scripserit, teste Aristoph. Thesm. 554. Musgr. ad Melanippen retulit, Boisson. inter incerta ξέ.

XIV. (VII.) Stob. tit. 67. p. 423. Gesn. 69. p. 287. Grot. et Gaisf.

Τῆς μὲν κακῆς κάκιον οὐδὲν γίγνεται
γυναικὸς, ἐσθλῆς δ᾽ οὐδὲν εἰς ὑπερβολὴν
πέφυκ᾽ ἄμεινον, διαφέρουσι δ᾽ αἱ φύσεις.

Nil invenitur femina peius mala; Bona nihil reperitur excellentius. Tam varia sexus unus ingenia obtinet. Eosdem versus affert Eusebius Praep. evang. X. p. 466. e Porphyrio et comparat Simonidis versus (in Gaisf. poet. gr. min. III. p. 208. CCXXIV. ed. Lips.) ductos e loco Hesiodi ἔ. κ. ἥμ. Tacit. v. Agric. 6. *in bona uxore tanto maior laus, quanto in mala plus culpae est.*

XV. (VIII.) Stob. tit. 68. p. 425. Gesn. 70. p. 291. Grot. et Gaisf.

Γάμους δ᾽ ὅσοι σπεύδουσι μὴ πεπρωμένους,
μάτην πονοῦσιν· ἡ δὲ τῷ χρεὼν πόσει
μένουσα κἀσπούδαστος ἦλθεν εἰς δόμους.

Non destinatum sorte si quaeris torum, Frustra laboras; quae manet fato virum, Sponte in penates veniet et sine ambitu. V. 2. *τῷ χρ.* Voss. Arsen. Gesn. marg. quod et ob metrum et ob sensum praeferendum est. *τῷ χρεὼν* dici licuit, ut *τοῦ χρεὼν* Eur. Herc. f. 21. Hipp. 1270. Confirmat Paris. A. qui habet *τώ*. Praeterea pro *πόσει* leg. *πόσιν*, ut iam Heath. monuit. Herm. in not. Mpta. *ἡ δὲ τῷ χρεὼν πόσει μένουσα*, *quae vero ei, quem oportet, marito manet* (i. e. *semet servat*) *etiam non quaerens domum deducitur.* Boisson. *μένουσα τὸ χρεὼν πόσει* vertit *exspectans fatum viro habendo, ut virum habeat.* quod non intelligo.

XVI. (IX.) Stob. ibid.

Ὅσοι γαμοῦσι δ᾽ ἢ γένει κρείσσους γάμους,
ἢ πολλὰ χρήματ᾽, οὐκ ἐπίστανται γαμεῖν.

τὰ τῆς γυναικὸς γὰρ κρατοῦντ᾽ ἐν δώμασιν
δουλοῖ τὸν ἄνδρα, κοὐκέτ᾽ ἔστ᾽ ἐλεύθερος.
πλοῦτος δ᾽ ἐπακτὸς ἐκ γυναικείων γάμων
ἀνόνητος· αἱ γὰρ διαλύσεις οὐ ῥᾴδιαι.

Sublimiori genere qui natas petunt, Opibusve opimas coniuges, optant male. Ubi namque potior res domi est uxoria, Vir mancipatus iura non retinet sui. Dotalis iste census infelix viro est, Qui difficilius efficit divortium. V. 6. οὐ ante ῥᾴδιαι addidit Grot. auctore Scaligero.

XVII. (X.) Stob. tit. 72. p. 431. Gesn. 72. p. 307. Grot. et Gaisf.

Μετρίων λέκτρων, μετρίων δὲ γάμων
μετὰ σωφροσύνης
κύρσαι θνητοῖσιν ἄριστον.

Sors coniugii Media, et parvo contenta domus Mortalibus optima res est.

XVIII. (XXVI.) Stob. tit. 67. p. 424. Gesn. 69. p. 289. Grot. et Gaisf.

Ἄλγιστόν ἐστι θῆλυ μισηθὲν γένος·
αἱ γὰρ σφαλεῖσαι ταῖσιν οὐκ ἐσφαλμέναις
αἶσχος γυναιξί, καὶ κεκοίνωνται ψόγον
ταῖς οὐ κακαῖσιν αἱ κακαί· τὰ δ᾽ εἰς γάμους
οὐδὲν δοκοῦσιν ὑγιὲς ἀνδράσιν φρονεῖν.

Odio esse postquam coepit, heu miserum genus Muliebre, culpa sontium insontes gravat, Malaeque castas in probri partem trahunt, Et ad ista, quae sors exigit connubii, Cunctas mariti sapere nos credunt nihil. Vertit Grot. quasi mulier loqueretur; et fortasse haec etiam sunt Melanippes verba. V. 3. supplendum αἶσχος γυναιξίν εἰσί. Hinc comma servavi post γυναιξί, quod expunxit Musgrav. sic verba, puto, iungens: αἱ γὰρ σφαλ. ταῖσιν οὐκ ἐσφαλμ. κεκοίνωνται αἶσχος καὶ ψόγον, nimirum αἱ κακαὶ ταῖς οὐ κακαῖσιν. Imperite Lenting. ad Eurip. Med. 809. se unum hunc locum nosse dicit, ubi forma verbi passivi hoc significatu *communicandi* legatur; quasi non omnia verba media ut κοινώσασθαι perfecto formae passivae utantur. Idem corrigit ταῖς οὐ καλαῖσιν αἱ καλαί, quamvis hic non de forma, sed de ingenio et moribus sermo sit.

XIX. (XI.) Stob. tit. 71. p. 432. Gesn. 73. p. 309. Grot. et Gaisf.

Πλὴν τῆς τεκούσης θῆλυ πᾶν μισῶ γένος.

Genitrice demta mulierum omne odi genus. Potuit hoc a Boeoto pronuntiari, ut superius a Melanippa, quum Theanûs insidiae patefactae essent.

XX. Stob. tit. 72. p. 437. Gesn. 74. p. 317. Grot. et Gaisf.

Τίσασθε τήνδε. καὶ γὰρ ἐνταυθοῖ νοσεῖ
τὰ τῶν γυναικῶν· οἱ μὲν ἢ παίδων πέρι
ἢ συγγενείας οὕνεκ᾽ οὐκ ἀπώλεσαν
κακὴν λαβόντες· εἶτα δ᾽ οὕτω τἄδικον
πολλαῖς ὑπερῤῥύηκε καὶ χωρεῖ πρόσω,
ὥς ἐξίτηλος ἀρετὴ καθίσταται.

Afficite poena hanc: inde enim labem trahunt Mores mulierum, quod malis parcunt viri Aut proximorum aut pignorum reverentia. Contagiosa sceleris est impunitas, Lateque serpit omne securum nefas: Ita alma virtus fracta atque afflicta occidit. In edd. Gesn. et Grot. Antiphani tribuitur. Tragici locum esse vidit Porson. advers. p. 304 = 269. et Euripidi Melanippe tribuitur in Paris. A. et a Gaisf. ad quem referendum censebat Elmslei. ad Iphig. T. 1010. (vid. Eurip. Iphig. ed. Markl. Lips. p. 228 sq.) V. 1. Elmsl. l. c. quia ἐνταυθοῖ Attice non dicatur, scripsit ἐντεῦθεν. V. 4. Gesn. ἔστι δ᾽ οὐ τότ᾽ ἄδικον. et in marg.: lego οὗ. Grot. εἶτα δ᾽ οὕτω ἄδ. melius in notis οὕτω τἄδικον. Porson. l. c. εἶτα τοῦτο τἄδικον. Elmsl. εἶτα δ᾽ ὧδε τἄδικον. V. ult. recte Elmsl. ὥστ᾽ ἐξ. ἀρετή.

XXI. (IV.) Stob. tit. 30. p. 210. Gesn. p. 135. Grot.

Ἀργὸς πολίτης κεῖνος ὡς κακός γ᾽ ἀνήρ.

Vir otiosus civis est idem malus. Trinc. et Gaisf. nihil nisi Εὐριπίδου. Gesn. *Eur. Melanippe*, Grot. *Euripides Menesippa.* Qui hunc versum apud Gesn. et Grot. continuo sequuntur duo versus, sunt ex Electr. 80.

XXII. (V.) Stob. tit. 50. p. 357. Gesn. 52. p. 200. Grot. et Gaisf.

Παπαί! νέος καὶ σκαιὸς οἷός ἐστ' ἀνήρ!

Quam dira res est iuvenis eximie malus!

XXIII. (XVII.) Stob. tit. 114. p. 585. Gesn. 116. p. 475. Grot. 115. Gaisf.

Παλαιὸς αἶνος· ἔργα μὲν νεωτέρων,
βουλαὶ δ' ἔχουσι τῶν γεραιτέρων κράτος.

Antiqua fatur dictio, iuvenum quidem Plus opera, sed consilia plus pollent senum.

XXIV. (XIII.) Stob. tit. 81. p. 473. Gesn. 83. p. 345. et Gaisf.

Ὅστις δ' ἀμείλικτον πατέρ' ἔχει νεανίας
στυγνόντ', ἐν οἴκοις μεγάλα κέκτηται κακά.

Cuicunque pater est durus, inclemens domi, Gravi atque grandi premitur adolescens malo. Vocis *νεανίας* duarum priorum syllabarum in unam coalescentium exemplum aliud non habeo, nisi in versibus glyconeis Phoen. 147. Hel. 666. Hinc Heath. et Porson. App. ad Toup. in Suid. T. IV. p. 460. pro *ἀμείλικτον* legunt *ἄμικτον*.

XXV. (XV.) Stob. tit. 92. p. 511. Gesn. 94. p. 381. Grot. et Gaisf.

Ὦ τέκνον, ἀνθρώποισιν ἔστιν οἷς βίος
ὁ μικρὸς εὔκρας ἐγένεθ', οἷς δ' ὄγκος κακόν.

O nate, multis convenit mortalibus Moderata rerum copia; at moles nocet. Legebatur *ὁ μ. εὔκρατος· ἐγένετο δ' ὄγκος κακόν.* *εὔκρας* legendum monuisse Valcken. annotavit Gaisford. sic certe Porson. ad Eur. Med. 1363. qui etiam sqq. correxit. Valcken. in marg. ed. Barnes. testatur, Piersonum legendum coniecisse: *εὔκρατος ἐγένεθ', ὁ δ' ὄ. κ.* de constructione citantem Viger. de idiot. p. 195. et not.

XXVI. (XVI.) Plutarch. T. II. p. 116. F. sq. Stob. tit. 106. p. 568. Gesn. 108. p. 451. Grot. et Gaisf.

Τὰ τυγχάνοντα δ' ὅστις εὖ φέρει βροτῶν,
σοφὸν νομίζω, σωφρονεῖν τέ μοι δοκεῖ.

Quicunque didicit dura mortalis pati, Hic iure sapiens et gravis censebitur. Apud Plut. pro *τυγχάνοντα* est *προσπεσόντα*, quod, ut magis Euripideum, praefert Wyttenbach. ad loc. Plut. p. 774. tum *τέ μοι.* Versus, ut a Plutarcho citantur, inter fragm. incerta CXXI. posuit Musgrav.

XXVII. (XVIII.) Stob. tit. 115. p. 590. Gesn. 117. p. 479. Grot. 116. Gaisf.

Τί δ' ἄλλο, φωνὴ καὶ σκιὰ γέρων ἀνήρ.

Vox est senex et umbra, praeterea nihil. Quod *φωνήν* vocat senem, videtur ad Tithonum respexisse. Sed Toup. apud Gaisf. legit *τί δ' ἄλλο, πλὴν ὄνου σκιά.*

XXVIII. (XXIV.) Erotianus v. *ἀλάστορες* p. 62. *Βακχεῖος μὲν ἐν πρώτῳ φονεῖς φησὶν ἐκ τῆς Εὐριπίδου Μελανίππης·*

Ἴσως ἀλάστορας οὐκ ἐτόλμησε κτανεῖν.

Lege *ἀλάστορ'* cum Elmsleio ad Med. 1338.

XXIX. (XX.) Athen. XIV. p. 614. D. *καὶ Εὐριπίδης δὲ ἐν τῇ δεσμώτιδι Μελανίππῃ ἔφη·*

Ἀνδρῶν δὲ πολλοὶ τοῦ γέλωτος οὕνεκα
ἀσκοῦσι χάριτας κερτόμους· ἐγὼ δέ πως
μισῶ γελοίους, οἵτινες μὲν ἐπὶ σοφῶν
ἀχάλιν' ἔχουσι στόματα, κεἰς ἀνδρῶν μὲν οὐ
τελοῦσ' ἀριθμὸν, ἐν γέλωτι δ' εὐπρεπεῖς.
θἰκοῦσι δ' οἴκους καὶ τὰ ναυστολούμενα
ἔσω δόμων σώζουσι. - -

Grotius in Exc. p. 393. *Est excitandis risibus natum genus Conviciosa venere; sed tales ego Lepidos perodi; quippe sapientes solent Ore impudenti laedere, in rebus virûm Nullius usus, gratiosi in risibus; Bene interim habitant, atque corrasas opes Intra coercent limen.* Verba *οἳ γέλ. εἵνεκα* (sic) *ἀσκοῦσι χάριτας κερτόμους εὐπρεπεῖς ὄντες ἐν γέλωτι.* citat etiam Eustath. in Od. σ' p. 1837. in = 655, 31. V. 3. Codd. *οἵ τινες τι εἴ τι σοφῶν.* Boissonad. *οἵτινες σοφῶν ἔπι.* V. 4. *ἀχάλινα στόματα* illustrat Bergler. ad Arist. Ran. 862. V. 5. *εὐπρεπεῖς* scil. *εἰσί.* Vid. Erfurdt. ad Soph. Oed. T. 1105. ed. min. Gramm. gr. §. 306. p. 608. V. 6. *οἰκοῦσι δ'*

οἴκους Toup. Em. in Suid. T. I. p. 447. not. recte vertit *domos administrant*, nisi quod ille *divitum* addidit. Significantur ii, qui de republica securi, sua tantum curant.

XXX. Schol. Plat. p. 68. ed. Ruhnk. *Ἀδώνιδος κήπους*] *Ἀδώνιδος κῆποι ἐπὶ τῶν ἀώρων καὶ ὀλιγοχρονίων καὶ μὴ ἐῤῥιζωμένων. Ἐμνήσθη δὲ αὐτῆς (αὐτῶν) καὶ Εὐριπίδης Μελανίππῃ καὶ ἐνταῦθα Πλάτων.*

MELEAGER.

De Meleagro nota omnia. Vid. Il. ι', 529 sqq. Diod. Sic. IV, 34. Ovid. Metam. VIII. a v. 270. Apollod. I, 8. Hygin. fab. 174. Usque ad mortem Meleagri num fabulam perduxerit Euripides, affirmare non audeo, quamquam eius rei vestigium esse videtur in fr. XV. Titionem, quo salvo vita Meleagri continebatur, commemoravit etiam Attius in fabula ex Euripidea expressa apud Nonium p. 15.

I. Pseudo - Plutarch. Parall. T. II. p. 312. A. *Ἄρης Ἀλθαίᾳ συνῆλθε καὶ Μελέαγρον ποιήσας, ὡς Εὐριπίδης ἐν Μελεάγρῳ.* An: — *συνῆλθε καὶ Μελέαγρον ἐγέννησε* (vel *ἐτέκνωσε*) *ὡς Εὐρ. ἐν Μελ. ἐποίησεν?* Sed non multum fidei habendum est falsario isti, quippe qui et historiolas finxerit et auctorum nomina ementitus sit, iudice Wyttenbachio ad tit. T. II. p. 252.

II. (I.)

Καλυδὼν μὲν ἥδε γαῖα, Πελοπίας χθονὸς
ἐν ἀντιπόρθμοις πεδί' ἔχουσ' εὐδαίμονα.
Οἰνεὺς δ' ἀνάσσει τῆσδε γῆς Αἰτωλίας,
Πορθάονος παῖς, ὅς ποτ' Ἀλθαίαν γαμεῖ,
Λήδας ὅμαιμον, Θεστίου δὲ παρθένον.

Duo priores versus sunt apud Demetr. Phaler. de eloc. 58. Lucian. conviv. 25. T. IX. p. 67. Bip. primus etiam apud Aristot. Rhetor. III, 9, 4. et Schol. Arist. Ran. 1269.

Tres posteriores e commentatore Aristot. Rhet. l. c. addidit Heath. His Valcken. diatr. p. 137. et Musgrav. subiunxerunt versus ex Aristoph. Ran. 1269. petitos:

Οἰνεύς ποτ' ἐκ γῆς πολύμετρον λαβὼν στάχυν,
θύων ἀπαρχὰς

ubi Schol. *Ἔστι μὲν ἐκ Μελεάγρου μετὰ ἱκανὰ τῆς ἀρχῆς· ἡ δὲ ἀρχὴ τοῦ δράματος, Καλυδὼν μὲν ἥδε γαῖα Πελοπίας χθονός. Τὸ δὲ λοιπὸν τοῦ στίχου· οὐκ ἔθυσεν Ἀρτέμιδι.* Quum trimeter iambicus tribracho claudi non possit, Heath. legendum coniecit *οὐκ ἔθυσεν Ἐνοδίᾳ*, Pierson. ap. Valcken. diatr. p. 138. *οὐκ ἔθυσε παρθένῳ Ἀρτέμιδι*, Valcken. ipse *οὐκ ἔθ. Διὸς κόρῃ Ἀρτέμιδι*, Musgrav. *οὐκ ἔθυσεν ἐν μέρει Ἀρτέμιδι*, Toup. autem Emend. in Suid. T. II. p. 512. not. quod longe lepidissimum *οὐκ ἔθυσεν Ἀρτμίδι.* Pro *Οἰνεύς*, ut versus cum praecedentibus continuari possint, Valck. et Musgrav. scripserunt *Οὗτος*. Verba *θύων ἀπαρχάς* hinc citat Eustath. ad Il. ι', p. 770, 21.

III. (VI.) Macrob. Saturn. V, 18. *In Euripidis tragoedia, quae Meleager inscribitur, nuntius inducitur describens, quo quisque habitu fuerit ex ducibus, qui ad aprum capiendum convenerant; in eo hi versus sunt:*

Τελαμὼν δὲ χρυσοῦν αἰετὸν πέλτης ἔπι
πρόβλημα θηρός, βότρυσι δ' ἔστεψεν κάρα,
Σαλαμῖνα κοσμῶν πατρίδα τὴν εὐδαίμονα.
Κύπριδος δὲ μίσημ' Ἀρκὰς Ἀταλάντη κύνας
καὶ τόξ' ἔχουσα· πελέκεως δὲ δίστομον
γένυν, πέπλ' ἀλλακάταιος· οἱ δὲ Θεστίου
κόροι τὸ λαιὸν ἴχνος ἀνάρβυλοι ποδός,
τὸν δ' ἐν πεδίλοις, ὡς ἐλαφρίζον γόνυ
ἔχοιεν, ὃς δὴ πᾶσιν Αἰτωλοῖς νόμος.

V. 4. *Κύπριδος δὲ μίσημ'* e cod. MS. restituit Th. Canter. nov. lect. I, 21. pro *καὶ πρὸς δὲ μίσημ'*. V. 6. Schrader. Observ. I. p. 15. egregie emendavit: *γένυν ἀνέπαλλ' Ἀγκαῖος*, cui non praeferam coniecturam Valcken. diatr. p. 145. *γένυν γ'* (vel *γενῦδ'*) *ἔπαλλ'* A. V. 7. *κόροι* Aristot. libr. II. de poët. apud Macrob. l. c.

pro *παῖδες*. De more Aetolorum vss. 7. 8. 9. commemorato vid. Valcken. ad Eur. Phoen. schol. p. 624.

IV. (IV.) Aristoph. Ran. 1449.

Σιδηροβριθές τ' ἔλαβε δεξιᾷ ξύλον.

ubi Schol. τὸ δὲ σιδηροβριθές ἐκ Μελεάγρου. τ' omisit Musgrav.

V. (II.) Etymol. M. p. 576, 30. *Μελέαγρος· ἐτυμολογεῖ Εὐριπίδης·*

Μελέαγρε, μελέαν γάρ ποτ' ἀγρεύεις ἄγραν.

Eodem respicit Grammat. in Bekk. anecd. p. 1163. ad p. 740, 3. τέταρτον δεῖ καὶ αὐτὸν οἰκείως τοῖς πράγμασι ποιεῖν τὰς ἀναπτύξεις τῶν ὀνομάτων, ἵνα μὴ τὸν Μελέαγρον, ὥσπερ Εὐριπίδης, κακῶς ἐτυμολογήσῃ διὰ τὴν μελέαν ἄγραν· οὐ γὰρ εἰκὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ ἀπαίσιον ὄνομα θέσθαι τῷ παιδί· ἄμεινον οὖν ᾧ μέλει τὰ τῆς ἄγρας. Valck. diatrib. p. 138. scribit ἀγρεύσεις, versum in prologo locum habuisse existimans.

VI. (VII.) Stob. tit. 8. p. 96. Gesn. p. 51. Grot.

Δειλοὶ γὰρ ἄνδρες οὐκ ἔχουσιν ἐν μάχῃ
ἀριθμὸν, ἀλλ' ἄπεισι κἂν παρῶσ' ὅμως.

Numerare timidos parce, quum pugna imminet, Sed hos, ut adsint, maxime absentes puta.

VII. (IX.) Stob. tit. 68. p. 425. Gesn. 70. p. 291. Grot. et Gaisf.

Εἰ δ' εἰς γάμους ἔλθοιμ', ὃ μὴ τύχοι ποτὲ,
τῶν ἐν πόνοισιν ἡμερευουσῶν ἀεὶ
βελτίον' ἂν τέκοιμι δώμασιν τέκνα.
Ἐκ γὰρ πατρὸς καὶ μητρὸς ὅστις ἐκπονεῖ
σκληρὰς διαίτας οἱ γόνοι βελτίονες.

Mihi si, quod omen magnus avertat deus, Ducenda coniunx, sit meae proli parens, Quam durus habuit usque labor exercitam. Stirps illa quippe egregia, cui geminus parens Vixere legis sub severa regula. Melius vertit Musgr. *Quod si in coniugium veniam — praestantiores corpore liberos pariam, quam eae, quae semper in aedibus vitam agunt.* Nam v. 2. idem probabiliter coni. ἐν δόμοισιν ἡμ. Iacobs lect. Stob. p. 112 sq. τῶν ἐν ἀπόνοισιν ἡμ. tum Valck. diatr. p. 143. τινί pro ἀεί nescio qua de causa. V. 3. βελτίον' ἂν Heath. et Valcken. ibid. pro βέλτιον ἄν. Ibid. Gesn. Grot. δώματι. δώμασιν Valcken. l. c. σώμασιν coni. Musgrav. V. 4. 5. citantur etiam a Clem. Alex. Strom. VI. p. 620. qui habet ἐκπονουμένων pro ὅστις ἐκπονεῖ, (hoc habet etiam cod. Flor. apud Gaisford. T. IV. p. 402. ed. Lips.) et comparantur cum loco Critiae. Lectio Clem. potior videtur. Pro οἱ γόνοι Flor. οἱ πόνοι. Atalantam loqui monuerunt Valck. et Musgrav.

VIII. (X.) Stob. tit. 70. p. 431. Gesn. 72. p. 307. Grot. et Gaisf.

Ἡγησάμην οὖν, εἰ παραζεύξειέ τις
χρηστῷ πονηρὸν λέκτρον, οὐκ ἂν εὐτεκνεῖν,
ἐσθλοῖν δ' ἀπ' ἀμφοῖν ἐσθλὸν ἂν φῦναι γόνον.

Si sequiori iunxeris fortem toro, Sperare non sit inclitam propaginem. Bono ex utroque semine et proles bona est. V. 3. edebatur: ἐσθλὸν δέ τ' ἀμφοῖν ἐσθλὸν ἀμφοῖν ἔκγονον. Valck. diatr. p. 142. correxit: ἐσθλοῖν δέ γ' ἀμφοῖν ἐσθλὸν ἂν φῦναι γόνον. At Paris. A. ἐ. δ' ἀπ' ἀμφοῖν unde Gaisf. fecit quod edidi. Haec quoque Atalantae verba esse videntur.

IX. (XII.) Stob. tit. 72. p. 439. Gesn. 74. p. 321. Grot. et Gaisf.

Ἔνδον μένουσαν τὴν γυναῖκ' εἶναι χρεὼν
ἐσθλὴν, θύρασι δ' ἀξίαν τοῦ μηδενός.

Lare contineri feminae officium probae est; Foris vagantes nullius pretii puta. V. 2. Valck. diatr. p. 143. legendum coniiciebat vel θύραθεν δ' ἀξίαν, vel, quod praetulit, θυραῖσι δ' ἄξιαι τοῦ μ. Forma adverbii θύρασι non amplius offendet post ea, quae et Elmslei. ad Soph. Oed. C. 401. et Schaefer app. crit. Demosth. T. III. p. 434 sq. monuerunt. At dura est constructio pro τὴν δὲ θύρασι (οὖσαν, στρωφωμένην) sed defendi potest locis Soph. Oed. T. 1043. et Eurip. Hec. 891. quos adscripsi in Gramm. gr. §. 272. a. not.

X. (XI.) Stob. tit. 71. p. 432. Gesn. 73. p. 309. et Gaisf.

Εἰ κερκίδων μὲν ἀνδράσιν μέλοι πόνος,
γυναιξὶ δ᾽ ὅπλων ἐμπέσοιεν ἡδοναί.
ἐκ τῆς ἐπιστήμης γὰρ ἐκπεπτωκότες
κεῖνοί τ᾽ ἂν οὐδὲν εἶεν, οὔδ᾽ ἡμεῖς ἔτι.

Telae laborem si viri sumant sibi, Contra capessat arma femineus furor, Nobis et illis arte deiectis sua Non usus esset, non honos ullus super. Valcken. l. c. hos versus cum proximis superioribus cohaerere existimans, v. 1. scripsit *γάρ* pro *μέν*. Tum ne apodosi destituerentur priores versus, Grot. dedit v. 3. *ἐκ τῆς ἐπ. μὲν ἐκπεπτ.* in quo *μέν* nihil habet, quo referatur, Valcken. autem *ἐκ τῆς ἐπ. παρεμπεπτωκότες*. sed sive vertas *intercidere, iuxta excidere ex arte sua*, sive *clanculum excidere*, neutrum sententiae convenit. V. 4. Gesn. *εἰσιν*, sed in marg. *εἶεν*, et sic Paris. A. B. Voss. Tum *οὐδ᾽ ἡμεῖς* Trinc. Gesn. Grot. *οὔϑ᾽ ἡ.* e Paris. B. et Voss. dedit Gaisf. pro *οὐδ᾽ ἡμ.* quomodo locum laudat Elmslei. ad Soph. Oed. C. 367. Denique Valcken. scripsit *κεῖναι*, quia haec sive ab Ancaeo et Cepheo, sive a Thestiadis pronuntiata esse suspicabatur. Sed Althaeae etiam partes in hac tragoedia fuisse e fragm. X. apparet. Haec Meleagrum filium propter amorem Atalantae obiurgasse et his verbis et fr. VIII. videtur.

XI. (XIII.) Stob. tit. 73. p. 448. Gesn. 75. p. 327. Grot. et Gaisf.

Καὶ κτῆμα δ᾽, ὦ τεκοῦσα, κάλλιστον τόδε,
πλούτου δὲ κρεῖσσον· τοῦ μὲν ὠκεῖα πτέρυξ,
παῖδες δὲ χρηστοὶ, κἂν ϑάνωσι, δώμασι
καλὸν τὸ ϑησαύρισμα, τοῖς τεκοῦσί τε
ἀνάϑημα βιότου, κοὔποτ᾽ ἐκλείπει δόμους.

O mater, ingens hoc et eximium est bonum, Aequare nullis quod sit auri copiis, Habere pulchra prole fundatam domum. Thesaurus ille insignis et clarum decus Vitae parentum, flosque perpetuus laris. V. 3. *ϑάνωσι* nequaquam stare posse, quum sententiae et poetae menti prorsus repugnet, censens Heath. legendum coniicit vel *κἂν στένοισι δ.* vel *κἂν πένησι δ.* V. 4. Paris. A. B. *καλόν τε ϑησ.* quod recepit Gaisf. Mihi facilius *τε* e sequenti *τε* oriri, quam, si *τέ* ab initio scriptum fuisset, hoc in *τό* mutari potuisse videtur.

τὸ ϑησαύρ. recte Grotius vertit *Thesaurus ille insignis, quem tu tantopere praedicas.* V. 5. *ἀνάϑημα* illustravit Iacobs. ad anthol. Palat. p. 104. nr. 227. Mox Trinc. *οὔποτ᾽ ἂν ἐκλείπει* Paris. A. *οὔποτ᾽ ἐκλίποι.* in quo duae lectiones confusae videntur *οὔποτ᾽ ἐκλείπει* et *οὐκ ἂν ἐκλίποι.*

XII. (XIV.) Stob. tit. 85. p. 497. Gesn. 87. p. 357. Grot.

Μόνον δ᾽ ἂν αὐτὰ χρημάτων οὐκ ἂν λάβοις,
γενναιότητα κἀρετήν· καλὸς δέ τις
κἂν ἐκ πονηρῶν σωμάτων γένοιτο παῖς.

Duo sunt parari merce quae nulla queunt, Probitas et animus fortis; ignavo quoque Ex semine oritur saepe generosus puer. Iacobs. lect. Stob. p. 130. tentat: *μόνον δ᾽ ἂν ἀντὶ χρημάτων* vel *μόνον γὰρ ἀντὶ χρημ.* Neutrum necessarium puto. Od. α', 159. *τούτοισιν μὲν ταῦτα μέλει, κίϑαρις καὶ ἀοιδή.* Vid. Gramm. gr. §. 880. e. V. 3. Musgrav. *κἀκ τῶν πονηρ. σ.* pessime. His verbis Meleager suum Atalantae amorem defendisse mihi videtur.

XIII. (XVII.) Stob. tit. 120. p. 491. Grot. (in Trinc. et Gesn. deest) 119. Gaisf.

Τερπνὸν τὸ φῶς μοι· τὸ δ᾽ ὑπὸ γῆν ᾄδου σκότος
οὐδ᾽ εἰς ὄνειρον οὐδεὶς ἀνϑρώπους μολεῖν.
Ἐγὼ μὲν οὖν γεγῶσα τηλικήδ᾽ ὅμως
ἀπέπτυσ᾽ αὐτὸ, κοὔποτ᾽ εὔχομαι ϑανεῖν,

In MS. erat *ἄτερπνον* et *ὑπὸ γῆν δι᾽ ᾄδου.* Correxit Grot. ita ut dedi. Sed Gaisf. *Τερπνὸν τὸ φῶς μοι τόδ᾽· ὑπὸ γῆν δ᾽ ᾄδου σκότος*, in quo desidero articulum. De *ὑπὸ γῆν* pro *ὑπὸ γῆς* vid. ad Hec. 144. Gramm. gr. §. 593. c. p. 1188. Versum 2. quamvis mendosum reliqui ut in Cod. scriptus erat. Sed Grotius ed. *οὐδεὶς ἂν εἶδεν αὖ ἐς ἀνϑρώπους μολών, cui nemo semel inclusus in lucem redit.* Hiatum Barnes. sustulit scribendo *ἄψ* pro *αὖ*, quod adverbium *in scena Attica inauditum*, inquit Valck. Osann. anal. cr. p. 99. *αὖτ᾽ ἐς*, quod non magis Atticum est. Valck. duos versus sic scribendos existimabat p. 140. *Ἡδύ γε τὸ φῶς μοι· τὸ δ᾽ ὑπὸ γῆν ᾄδου σκότος Ἄτερπνον οὐδεὶς εἶλετ᾽ ἀνϑρώπων*

ἰδεῖν, audacter quidem, sed ita ut eius mutationis idonea ratio reddi possit, si *ἄτερπνον* a parum cauto librario e secundo in primum versum translatum veram vocem expulisse dicas. Sed in fine scribi poterat *ἄνθρωπος μολεῖν*. Musgr. sic corrigere tentabat: *οὐδ' εἰς ὄνειρον ἀδεὲς ἀνθρώποις* (Boissonad. *ἀνθρώπους*) *μολεῖν*, *etiam in somnio homini visa formidolosa est*, quasi vero *εἰς ὄνειρον* idem esse possit, quod *ἐν ὀνείρῳ*, et *ἀδεές*, *formidolosum*. Hermann. ad Hecub. p. 81. sic corrigebat: - - *τὸ δ' ὑπὸ γῆν ᾅδου σκότος οὐδείς, ὀνείρων οὖδας, ἂν θρασὺς μόλοι*, quam leniorem medicinam vocat Valckenaeriana, *ὀνείρων* autem *οὖδας*, quod in locis inferis *δῆμον ὀνείρων* ponat Homerus, et *ὄνειροι Νυκτὸς παῖδες* appellentur ab Euripide, Aristophane, aliis. Gaisford. ed. *οὐδ' εἰς ὄνειρον οὐδ' εἰς ἀνθρώπους μολεῖν*. Ego iudicium aliis relinquere, quam proferre, quod ne mihi ipsi quidem satisfaciat, malo. V. 3. *τηλικήδ' ὅμως* e Valcken. coniectura scripsi pro *τηλίκη δόμου*. Osann. l. c. *τηλικήδ', ὁμοῦ*, quod non intelligo, Gaisf. *τηλίκη δόμοις*. Verba esse videntur Althaeae.

XIV. (V.) Etymol. M. p. 803, 46. *Φῷ ἀντὶ τοῦ φωτὶ σὺν τῷ ι. Εὐριπίδης Μελεάγρῳ·*

Τὸ μὲν . . ἐν φῷ, τὸ δὲ κατὰ σκότος κακόν.

γάρ post *μέν* excidisse vidit iam Sylburg. ad l. Etym. Pro *κατὰ* recte Valcken. diatr. p. 140. *κάτω*. Hunc versum cum superiore coniunxit Valck., ante eum inserto eo, qui apud Musgr. est inter fragm. incerta LXXIX. *Ψυχῆς γὰρ οὐδέν ἐστι τιμιώτερον*, sed suo loco legitur Alcest. 313.

XV. (XVIII.) Schol. Pind. Nem. 10, 12. *Τυδεὺς — ἀπεγεύσατο τῶν Μελανιππείων κρεῶν, ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν τῷ Μελεάγρῳ φησίν.*

Εἰς ἀνδροβρῶτας ἡδονὰς ἀφίξεται
κάρηνα Τυδεὺς γέννυσι Μελανίππου σπάσας.

Legebatur *ἀνδροβώτους* et *Περσεύς* pro *Τυδεύς*. Utrumque correxit Grotius in Exc. p. 395. Sic *χαρμοναὶ ἀνδροβρῶτες* Herc. f. 381 sq. Pro *Περσεύς* Scaliger ad aram Dosiadae p. 157. et Heath. coni. *πυρσαῖς γέν*. Hoc apte componitur cum *ἐξανδρούμενος* Phoen. 32. cum *σπάσας* non item. V. 2. Grot. et Barn. *πάσας* pro *σπάσας*, quod iure reiicit Valcken. diatr. p. 141 sq. Grotius vertit: *Tydea voluptas effera humanae dapis Tentabit, ut edat ore Melanippi caput.* Videntur hi versus esse ex oratione dei vel deae alicuius, fortasse Dianae, fata futura Oenidarum praedicentis, quod non nisi in fine carminis fieri potuit.

XVI. (XIX.) Suid. v. *νῦν δή* et Photius p. 223.

Ὁρᾷς σὺ νῦν δή μ' ὡς ἐπράϋνας, τύχη.

Legebatur *τύχην. νῦν δή γ' - τύχην* coni. Valck. diatr. p. 142. Sed MS. Suid. Leid. *τύχη*, quod recepit Musgr. Grot. l. c. vertit: *Ut mitigaris iam meos casus, vides.*

XVII. (III.) Aristoph. Ran. 1349 sqq. *εἰλίσσεται δακτύλοις φάλαγγες ἱστότονα πηνίσματα καὶ*
κερκίδος ἀοιδοῦ μελέτας.
ubi Schol. *τὸ δὲ κερκίδος ἐκ Μελεάγρου Εὐριπίδου.*

XVIII. (VIII.) Stob. tit. 60. p. 383. Gesn. 62. p. 233. Grot. et Gaisf.

Ὡς ἡδὺ δούλοις δεσπότας χρηστοὺς λαβεῖν,
καὶ δεσπόταισι δοῦλον εὐμενῆ δόμοις.

Quam dulce servo facilis ac clemens herus, Heroque servus qui praestat domo fidem!

XIX. (XV.) Stob. tit. 96. p. 527. et 120. p. 609. Gesn. 98. p. 397. et 122. p. 501. Grot. 98. et 121. Gaisf.

Τοὺς ζῶντας εὖ δρᾶν· κατθανὼν δὲ πᾶς ἀνὴρ
γῆ καὶ σκιά· τὸ μηδὲν εἰς οὐδὲν ῥέπει.

Viventibus te impende: nam qui est mortuus, Humus est et umbra; nil quod erat in nil abit. Sic hi vss. leguntur altero loco; in priore - - *εὖ δρᾷ κατθανὼν οὐδεὶς ἀνὴρ γῆ καὶ σκιά, τὸ μηδὲν εἰς οὐδὲν βλέπει.* Hinc Boisson. - *δρᾶν. Κατθ. οὐδεὶς ἀνήρ. Γῆ καὶ σκιὰ, τὸ μηδὲν εἰς οὐδὲν βλέπει.* Sed ibi quoque Paris. A. *δρᾶν*, cuius interpretamentum est *δρᾶ* Imperat. E priore *βλέπει* praetulit Valcken. diatr. p. 144. quod mihi vix commodum sensum habere videtur. Fortasse his respondebatur ad ea, quae Meleager dixerat, se manes Thestiadarum occisorum expiaturum esse.

XX. (XVI.) Stob. tit. 103. p. 563. Gesn. 105. p. 439. Grot.

Φεῦ! τὰ τῶν εὐδαιμονούντων ὡς τάχα στρέφει θεός.

Divitum res heu secundas quam cito evertit Deus! τάχα Grotius scripsit pro τάχιστα.

XXI. (XXII.) Stob. tit. 62. p. 399. Gesn. 64. p. 261. Grot. et Gaisf.

Ἡ γὰρ Κύπρις πέφυκε τῷ σκότῳ φίλη,
τὸ φῶς δ' ἀνάγκην προστίθησι σωφρονεῖν.

Amica tenebris est Venus; namque ipsa lux Necessitatem castimoniae facit.

XXII. (XXI.) Hesych. *Ἀντήλιοι θεοί, οἱ πρὸ τῶν πυλῶν ἱδρυμένοι. Εὐριπίδης Μελεάγρῳ.*

XXIII. (XX.) Id. *Καθωσίωσε, κατέθυσε.* Sic locum emendavit Bentlei. ep. ad Mill. p. 480. ed. Lips. pro κατέλυσε.

Ad Meleagrum Valck. diatr. p. 145. referebat etiam locum, qui est apud Hermogenem p. 564. Schol. Aristot. Rhet. III, 9. Aristid. in cap. περὶ συνθέσεως, etiam, sed sine nomine auctoris, apud Eustath. in Iliad. p. 753, 12.

Ὦ Ζεῦ, γένοιτο καταβαλεῖν τὴν σὺν ἐμέ.

qui versus verbo tenus fere convenit cum Ovidiano Metamorph. VIII, 351. - - *Phoebe, ait, Ampycides, Da mihi, quod petitur, certo contingere telo.*

Denique e Meleagro in Cod. Vossiano notatur petitos esse versus apud Stob. tit. 71. p. 434. Gesn. 73. p. 310. Grot. et Gaisf.

Μισῶ γυναῖκας, ἐκ πασῶν δὲ σὲ πλέον,
ἥτις πονηρὰ τἄργ' ἔχουσ' εἶτ' εὖ λέγεις.

Omnes mulieres exsecror, te maxime, Quae prava facta voce blandiloqua tegis. πλέον suspectum est, quia et syllaba brevis ante πλ. producitur contra morem Atticorum, et vox deest in Paris. A. B. et Voss. Fortasse fuit:

Μισῶ δ' ἐγὼ γυναῖκας, ἐκ πασῶν δὲ σέ.

V. 2. ἔχουσ' εἶτ' εὖ λ. est ex emendatione Dobraei ad Aristoph. Plut. 278. pro ἔχουσα εὖ λ. quum Valcken. ad Hippol. 664. hiatum inserto γ' suo vitare studuisset.

OEDIPUS.

Haec quoque fabula notior est, quam ut eam pluribus verbis exponere opus sit. De Euripidei autem dramatis dispositione hoc unum scimus, quod ad fr. II. e Scholiaste notatum est.

I. (XVI.) Aelian. hist. anim. XII, 7. Erotian. p. 378. de Sphinge:

Οὐρὰν δ' ὑπίλασ' ὑπὸ λεοντόπουν βάσιν
καθέζετ'.

Priore versu utitur etiam Athen. XV. p. 701. B. Apud Aelian. erat ὑπήλλασα, pro quo Gesn. et Schneid. ὑπειλοῦσα, apud Erotian. ὑπείλλει, apud Athen. ὑπήλασ'. Valck. ad Phoen. Schol. p. 790. ὑπίλλουσ', diatr. p. 193. ὑπίλασ'. De voce vid. Hemsterhus. in Ruhnk. nota ad Timaeum p. 71. Lobeck. ad Phryn. p. 29 sq. Pro καθέζετ' Valcken. ἐκαθέζετ' contra usum Tragicorum. vid. Porson. praef. Hec. p. XIX. ed. Lips. Locus esse videtur e prologo.

II. (III.) Schol. Eurip. Phoen. 61. *ἐν δὲ τῷ Οἰδίποδι οἱ Λαΐου θεράποντες ἐτύφλωσαν αὐτόν.*

Ἡμεῖς δὲ Πολύβου παῖδ' ἐρείσαντες πέδῳ
ἐξομματοῦμεν καὶ διόλλυμεν κόρας.

Grotium, qui in Exc. p. 395. sequentia Scholiastae verba in senarios redegerat, recte exagitavit Valcken. ad Phoen. Schol. p. 612.

III. (XV.) Stob. Ecl. Phys. p. 149. Grot. I. p. 270. Heeren.

Ἑνὸς δ' ἔρωτος ὄντος οὐ μί' ἡδονή·
οἱ μὲν κακῶν ἐρῶσιν, οἱ δὲ τῶν καλῶν.
ὁ δ' εἰς τὸ σῶφρον ἐπ' ἀρετήν τ' ἄγων ἔρως
ζηλωτὸς ἀνθρώποισιν· ὧν εἴην ἐγώ.

Amore ab uno multiplex est gaudium: Nam pars cupiscit pulchra, pars deformia. Sed amor modestas qui docet recti vias Facit beatos; inter hos poni velim. δ' post ἑνός add. Grotius, non Heeren. Male etiam Heer. οὐ μί' ἡδονή, *non eadem semper est voluptas* i. e. mox dolorem mox voluptatem affert. Verum vidit Grotius. Duos postremos versus laudat etiam Aeschin. c. Tim. p. 21. ed. H. Steph. (p. 154. Reisk. p. 355. Bekk.) et Hermogenes.

IV. (I.) Stob. tit. 67. p. 424. Gesn. 69. p. 289. Grot. et Gaisf.

Πᾶσα γὰρ δούλη πέφυκεν ἀνδρὸς ἡ σώφρων γυνή,
ἡ δὲ μὴ σώφρων ἀνοίᾳ τὸν ξυνόνθ' ὑπερφρονεῖ.

Casta se matrona totam mancipat servam viro; Quae mala est, spernit feroce coniugem vecordia. Sententiam harum versuum habet etiam Clem. Alex. Strom. IV. p. 499. ed. Sylb. πᾶσα γὰρ δούλη ἐστιν ἀνδρὸς ἡ σώφρων γυνή· ἡ δὲ μὴ σώφρων ἀνοίᾳ ξυνόντα ὑπερφέρει. Prior versus est etiam apud Stob. tit. 65. p. 411. Gesn. 67. p. 275. Grot.

V. (II.) Clem. Alex. Strom. IV. p. 499. Stob. tit. 71. p. 432. Gesn. 73. p. 309.

Πᾶσα γὰρ ἀνδρὸς κακίων ἄλοχος,
κἂν ὁ κάκιστος
γήμῃ τὴν εὐδοκιμοῦσαν.

Minor est uxor vili, quamvis Clarissima, nupta marito. Ad κακίων media brevi offendens Valcken. in marg. ed. Barn. coni. πᾶσα κακίων ἀνδρός γ' ἄλοχος Gaisf. ad Markl. Suppl. p. 209. (p. 189. ed. Lips.) probat lectionem a viro quodam docto propositam χείρων pro κακίων, quam recepit Boisson. Sed anapaesti, affines dactylis, servare posse videntur prosodiam Ionicam.

VI. (VIII.) Stob. tit. 64. p. 409. Gesn. 66. p. 271. Grot. et Gaisf.

Νοῦν χρὴ θεάσασθαι· [οὐδὲν] τί τῆς εὐμορφίας
ὄφελος, ὅταν τις μὴ φρένας καλὰς ἔχῃ.

Spectanda mens est; nil decus formae iuvat, Si pulcher absit animus et recta indoles. Pro θεάσασθαι Grot.

θεᾶσθ', et sic B. At Attici non solent αι finalem elidere. vid. Gramm. gr. p. 109 sq. Hinc Erfurdt. ad Soph. Aiac. 150. p. 518. legi volebat τὸν νοῦν θεᾶσθ' i. e. θεᾶσθε. in quo articulus non nisi ad fulciendum versum additus est. Elmslei. ad Med. 635. νοῦν χρὴ θεᾶσθαι, νοῦν· τί τῆς εὐμορφίας ὄφ. ad observationem Porsoni Hec. 296. provocans, qui *Saepe interrogativam*, inquit, - *expulit negativa.* Sed melius, ut mihi quidem videtur, Gaisf. ab eadem observatione profectus, οὐδέν uncis inclusit. V. 2. Trinc. Paris. A. τὰς φρένας καλὰς ἔχῃ. ut Antiop. fr. XIX. Hinc Pierson. apud Valcken. nota MS. expunxit τις, ὄφ. ὅταν μὴ τὰς φρένας καλὰς ἔχῃ, scil. ἡ εὐμορφία.

VII. (IX.) Stob. tit. 65. p. 411. Gesn. 67. p. 275. Grot. et Gaisf.

Μεγάλη τυραννὶς ἀνδρὶ τέκνα καὶ γυνή·
ἴσην γὰρ ἀνδρὶ συμφορὰν εἶναι λέγω
τέκνων θ' ἁμαρτεῖν καὶ πάτρας καὶ χρημάτων
ἀλόχου τε κεδνῆς· ὡς μόνων τῶν χρημάτων
ἢ κρεῖσσόν ἐστι τἀνδρὶ, σώφρον' ἂν λάβῃ.

Viro sua uxor et domus regni sat est: Nam par calamitas, iudico si quid bene, Amissa proles, patria et patrimonium, Et casta coniunx: nam viro pretiosior Opibus opimis uxor est industria. V. ult. ἣ Gesn. Grot. Gaisf. ἢ Musgr. Neutrum accommodatum videtur. Heath καὶ κρεῖσσόν ἐστιν Musgr. κράτιστόν ἐστι. Sed nec superiora offensione carent. Quid enim? solisne opibus praestantior est casta uxor, non item reliquis bonis, quae commemorata sunt? Suspicor penultimi versus exitum et initium ultimi mutilum fuisse, et expletum ab eo, qui sententiam parum curaret.

VIII. (X.) Stob. tit. 71. p. 431. Gesn. 73. p. 308. Grot. et Gaisf.

Ἄλλως δὲ πάντων δυσμαχώτατον γυνή.

ἄλλως Gaisf. e Trinc. Paris. A. Voss. Arsen. pro ἄλλων. Grotius: *Res inter omnes mulier insuperabile est.*

IX. (V.) Stob. tit. 1.

Οὔτοι νόμισμα λευκὸς ἄργυρος μόνον
καὶ χρυσός ἐστιν· ἀλλὰ κἀρετὴ βροτοῖς
νόμισμα κεῖται πᾶσιν, ᾗ χρῆσθαι χρεών.

Non solus ille est quem dat argenti nitor Aurique nummus, sed genus potissimum Nummi ipsa virtus usuique aptissimum. V. 3. Heath. χἠρετή, quod recepit Gaisford. Sed nihil opus est articulo, etsi eum habet Clem. Alex. Strom. IV. p. 484. A. ed. Sylb. *Οὔκουν μόνον τοῦτο νόμισμα λευκὸς ἄργυρος ἢ χρυσός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ἡ ἀρετὴ βροτοῖς, ὥς φησιν ὁ Σοφοκλῆς.* De voce *νόμισμα* vid. Erf. et Herm. ad Soph. Antig. 296.

X. (VII.) Stob. tit. 38. p. 222. Gesn. p. 149. Grot.

Φθόνος δ' ὁ πολλῶν φρένα διαφθείρων βροτῶν
ἀπώλεσ' αὐτὸν κἀμὲ συνδιώλεσεν.

Pestifera multis mentibus mortalium Invidia pariter meque et illum perdidit.

XI. (VI.) Stob. tit. 7. p. 86. Gesn. p. 47. Grot.

Πότερα γενέσθαι δῆτα χρησιμώτερον
συνετὸν ἄτολμον, ἢ θρασύν τε κἀμαθῆ.
τὸ μὲν γὰρ αὐτῶν σκαιὸν, ἀλλ' ἀμύνεται,
τὸ δ' ἡσυχαῖον ἀργόν· ἐν δ' ἀμφοῖν νόσος.

Uter vir utri praestat? an prudens simul Timidusque, an audax et carens prudentia? Haec est ferina vita sed vindex mali, Placidior illa; neutra sed vitio caret. In Gesn. et Schow. lemma est *Eur. in Hercule Εὐρ. ἐν Ἡρακλεῖ.* rectius Grotio suppeditavit Paris. A. V. 2. *τ'* post *ἄτολμον*, *ἄτολμόν τ'*, addit Porson. ad Arist. Av. 705. Tum Gesn. *κ' ἐμμανῆ.* at ex *και ε* per crasin fit non *κε* sed *κα*, nec *καί* elisionem patitur. Recepit tamen Boisson. *κἀμαθῆ* Grot. e Paris. A. ut ipse ait, sed falso, teste Gaisf. Hoc tamen verum et necessarium adeo videtur: nam ut *θρασύς* opponitur *τῷ ἀτόλμῳ*, sic *συνετός* contrarium flagitat, quale est *ἀμαθής.* V. 3. Scalig. et Grot. *αὐτοῖν.* V. 4. *ἀργόν* scripsi e verissima Musgr. coniectura, probata etiam Iacobsio lect. Stob. p. 56 sq.

XII. (XI.) Stob. tit. 103. p. 562 sq. Gesn. 105. p. 439. Grot et Gaisf.

Πολλάς γ' ὁ δαίμων τοῦ βίου μεταστάσεις
ἔδωκεν ἡμῖν μεταβολάς τε τῆς τύχης.

Mutavit aevum saepe iam nobis deus, Variasque tribuit sortis alternae vices.

XIII. (XII.) Stob. ibid.

Ἀλλ' ἡμέρα τοι μεταβολὰς πολλὰς ἔχει.

Mutationes una fert multas dies. Similis versus est Chaeremonis apud Stob. eclog. phys. I. p. 212. Heer. *Τὸ τῆς τύχης τοι μεταβολὰς πολλὰς ἔχει.* Cf. Erfurdt. ad Soph. Ai. 131.

XIV. (XIII.) Stob. tit. 108. p. 579. Gesn. 110. p. 459. Grot. 109. Gaisf.

Ἐκμαρτυρεῖν γὰρ ἄνδρα τὰς αὑτοῦ τύχας
εἰς πάντας ἀμαθὲς, τὸ δ' ἐπικρύπτεσθαι σοφόν.

Vulgare casus asperos vecordiae, At quod ferendum est, ferre clam sapientiae est.

XV. (XIV.) Stob. tit. 110. p. 581. Gesn. 112. p. 465. Grot. 111. Gaisf.

Ἐκ τῶν ἀέλπτων ἡ χάρις μείζων βροτοῖς
φανεῖσα, μᾶλλον ἢ τὸ προσδοκώμενον.

Plerumque nec sperata delectant magis Quam quae sibi antecepit exspectatio. *τέρπει* addidit Musgrav. et hoc Grotius etiam in animo habuisse videtur. Sed cogitari etiam potest *μείζων ἐστι.* e quo ad *τὸ προσδοκώμενον* repetendum *χαρίεν ἐστι.* Post *φανεῖσα* recte interpunxit Musgrav. ne *μείζων μᾶλλον* iungerentur.

XVI. Stob. eclog. phys. tit. 7. p. 119. Grot. tit. 4. p. 104. T. I. Heer.

Ὁρῶ γὰρ ἐν χρόνῳ
δίκην ἅπαντ' ἄγουσαν εἰς φάος βροτοῖς.

Ius sed, ut video, dei In lucis oras cuncta fert mortalium. Ex Euripidis Oedipode hi versus citantur in Stob. codd. V. A. ita tamen ut incertum sit, utrum hoc nomen ad hunc an proximum locum (*φθείρει γὰρ ἡ πρόνοια τὴν ἀβουλίαν*) pertineat, ut monet Heeren.

XVII. Hesych. *Ἄναρθρος, ἄτονος, ἀσθενής. Εὐριπίδης Οἰδίποδι.* Vid. Valcken. ad Phoen. 1538.

Huc pertinere videbatur Hermanno versus apud Sueton. Neron. 46. *Observatum etiam fuerat, novissimam*

fabulam cantasse eum publice Oedipodem exulem, atque in hoc desisse versu:

Θανεῖν μ᾽ ἄνωγε σύγγαμος, μήτηρ, πάτηρ.

Obstat, quod ex Oedipode *exule* hic versus citatur. Oedipodem autem docuerunt etiam Achaeus, Carcinus, Diogenes, Philocles, Theodectes, Xenocles.

Ad hanc fabulam duo praeterea fragmenta retulit, alterum IV. e Stobaei ecl. phys. tit. 7. etc. alterum XVII. e Stobaeo, Athenaeo, Plutarcho, aliis, sed neutrum certo aliquo auctore: itaque illud inter dubia posui hoc inter fr. incert. fab. III, 6.

O E N E U S.

Argumentum fabulae exponit Scholiastes ad Aristoph. Acharn. 417. *Γέγραπται τῷ Εὐριπίδῃ δρᾶμα Οἰνεύς. μετὰ δὲ τὸν θάνατον Τυδέως καὶ ἐπιστράτευσιν Διομήδους κατὰ Θηβαίων ἀφῃρέθη τὴν βασιλείαν Οἰνεὺς ὑπὸ τῶν Ἀγρίου παίδων, καὶ περιῄει ταπεινὸς, ἄχρις οὗ ἐπανελθὼν Διομήδης Ἄγριον μὲν ἀνεῖλε, τὴν βασιλείαν δὲ Οἰνεῖ παρέδωκε.* Versus ipsius poëtae haec sunt: *Τὰ ποῖα τρύχη; μῶν ἐν οἷς Οἰνεὺς ὁδὶ, Ὁ δύσποτμος γηραιὸς ἠγωνίζετο;* Cf. Apollod. I, 8, 4. et Heyne *ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Φερεκύδει* addit Schol. Il. ξ', 120.

I. Scholiastes Aristot. Rhet. III, 16.

Ὦ γῆς πατρῴας χαῖρε φίλτατον πέδον
Καλυδῶνος, ἔνθεν αἷμα συγγενὲς φυγὼν
Τυδεὺς, τόκος μὲν Οἰνέως, πατὴρ δ᾽ ἐμὸς
ᾤκησεν Ἄργος, παῖδα δ᾽ Ἀδράστου λαβὼν
συνῆψε γέννας.

O patria salve terra, pergratum solum Calydonis, unde sanguinem amicum luens, Tydeus, meus qui genitor, Oeneo satus Habitavit Argos, filiam Adrasti toro lungens. *Τυδεὺς αἷμα συγγενὲς φεύγων χθονός* Suppl. 147. Ad *γέννας* Valcken. in marg. ed. Barn. adscripsit: f. *κῆδος*. Verba sunt Diomedis, prologum agentis. Is in Aetoliam venisse videtur, eorum, quae avo acciderant ignarus, et haec e servis demum Oenei rescivisse.

II. (IX.) Stob. tit. 104. p. 565. Gesn. 106. p. 443. Grot. et Gaisf.

Ὅταν κακοὶ πράξωσιν, ὦ ξένοι, καλῶς
ἄγαν κρατοῦντες κοὐ νομίζοντες δίκην
δώσειν, ἔδρασαν πάντ᾽ ἐφέντες ἡδονῇ.

Fortuna, amici, quum malos nimium fovet, Illi insolentes; liberi poenae metu, Quidquid lubido dictat audacter patrant. Diomedem cum socio itineris (*Διομ. ἐξ Ἄργους παραγενόμενος μετ᾽ ἄλλου κρύφα* Apollod.) alloquitur Oeneus, ut Valcken. visum, ut Musgr. famulus Oenei.

III. (II.) Schol. Arist. Ran. 72. *Οἱ μὲν γὰρ οὐκέτ᾽*] *Εὐριπίδου ἐξ Οἰνέως·*

Σὺ δ᾽ ὧδ᾽ ἔρημος ξυμμάχων ἀπόλλυσαι;
Οἱ μὲν γὰρ οὐκέτ᾽ εἰσὶν, οἱ δ᾽ ὄντες κακοί.

Adeone sociis orba res periit tua? Oen. Partim fuerunt, quique superant, sunt mali. Grot. Exc. p 396. Secundum versum Oeneo dandum esse, vidit Grotius priorem Diomedi, Valcken. et Musgrav.

IV. (III.) Erotianus p. 362. *Τιμωρέουσα, βοηθοῦσα, ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν Οἴνῃ* (sic) *φησίν·*

Ἐγὼ δὲ πατρὸς αἷμ᾽ ἐτιμωρησάμην
σὺν τοῖς ἐφηβήσασι τῶν ὀλωλότων.

Ultus mei sum patris animose necem Cum mortuorum filiis, qui adoleverant. Grot. ibid. *καί* post *ἐφηβήσασι* addit Erot.

V. (V.) Suid. v. *Ἡρακλεία λίθον τινὲς τὴν Μαγνησίαν ἀπέδοσαν διὰ τὸ τὴν Ἡρακλείαν τῆς Μαγνησίας εἶναι. οἱ δὲ ὅτι ἡ μὲν ἐπισπωμένη τὸν σίδηρον Ἡρακλειῶτις, ἡ δὲ Μαγνῆτις ἀργύρῳ ὁμοία ἐστὶν, ὡς Εὐριπίδης ἐν Οἰνεῖ·*

τὰς βροτῶν
γνώμας σκοπῶν, * ὥστε Μαγνῆτις λίθος
τὴν δόξαν ἕλκει καὶ μεθίστησιν πάλιν.

οὐ λέγει νῦν ὑπὸ τῆς Μαγνήτιδος λίθου τὸν σίδηρον, ἀλλὰ τὴν τῶν θεωμένων δόκησιν ἕλκεσθαι πλαιωμένων ὡς ἐπὶ ἀργύρῳ.

Sententias Speculatus hominum, sic trahit mentem ut lapis Herculeus, et mox rursus aliorsum rapit. Grot. ib.

Ad hunc locum respexit Plato Ione p. 533. D. *ἔστι γὰρ τοῦτο τέχνη μὲν οὐκ ὂν παρὰ σοὶ περὶ Ὁμήρου εὖ λέγειν, ὃ νυν δὴ ἔλεγον, θεία δὲ δύναμις ἥ σε κινεῖ, ὥσπερ ἐν τῇ λίθῳ, ἣν Εὐριπίδης μὲν Μαγνῆτιν ὠνόμασεν, οἱ δὲ πολλοὶ Ἡράκλειαν. καὶ γὰρ αὕτη ἡ λίθος οὐ μόνον αὐτοὺς τοὺς δακτυλίους ἄγει τοὺς σιδηροῦς, ἀλλὰ καί κ. τ. λ.* Quo ex loco perspicuum est Platonem *Μαγνῆτιν λίθον* apud Euripidem de eo lapide accepisse, quem nos cum Latinis *magnetem* vocamus, contra quam Grammatici volunt, ut Suidas l. c. Hesych. v. *Μαγνῆτις λίθος* et *Ἡρακλεία λίθος*. Hos secuti Salmasius Exerc. Plin. 776. et Buttmann. in *Museum der Alterthumsw.* II. p. 12 sqq. *Μαγνῆτιν λίθον* etiam apud Eurip. de eo lapide intelligi volunt, qui propter argenti similitudinem oculos decipiat, hic etiam addit de magnete cogitari non posse, quia ei tribui non possit *τὸ μεθιστάναι πάλιν*. Verum; ad Graeci saepe tribuunt rei vel personae quae non nisi cessante illarum efficacitate locum habere possunt, ut *δεινῶν ἄημα πνευμάτων ἐκοίμισε πόντον*, non quum flat, sed quum flare desiit (vid. Gramm. gr. §. 634. p. 1308.) Sic igitur h. l. magnes *τὴν δόξαν μεθίστησι*, quum vis eius defecit. Non magis *Μαγνῆτις λίθος* qui proprie dicitur s. *talcum* *τὴν δόξαν μεθιστάναι* dici potest, nisi quum falsa opinio, lapide illo commota, accuratiore contemplatione, non lapide ipso, expulsa est. Ego vero persuadere mihi non possum, lapidem illum, quod *talcum* vocant, vel aliam quamcunque rem, quae falsa specie oculos capit, dici posse *ἕλκειν τὴν δόξαν*. Itaque in Platonis sententia acquiescendum puto, et locum intelligendum esse de eloquente, qui sensus hominum speculans et observans mentes eorum quo vult rapit. Boisson. „Psellus de Magnete (cf. not. ad Herodian. Epimer. p. 52.) *ὁ μέν τις ἐπισπᾶται τὸν σίδηρον, ὁ δὲ ἀποπτύει*. Hinc lux Euripideae metaphorae.“ Sed in illis versibus deest aliquid ad metri integritatem. Itaque Grotius pro *σκοπῶν* scripsit *σκοπήσας*, quod verbum equidem nusquam legere me memini, Heath. post *σκοπῶν* inseri voluit *γάρ*, Musgrav. edidit *σκοτίζων*, in quo metaphoram non servatam esse recte monet Buttmann. l. c. p. 14. not. Buttmann. denique legendum coni.

κλοπεύων, quae vox minime est tragici coloris. Quid? si Suidas ea tantum attulit quae ad propositum suum spectarent, omissis alienis, et verba poëtae haec sunt:

- - *τὰς βροτῶν τύχας σκοπῶν,*
- - - - *ὥστε Μαγνῆτις λίθος*
τὴν δόξαν ἕλκει κ. τ. λ.

VI. (VII.) Stob. tit. 112. p. 583. Gesn. 114. p. 469. Grot. 113. Gaisf.

Σχολὴ μὲν οὐχί· τῷ δὲ δυστυχοῦντί πως
τερπνὸν τὸ λέξαι κἀποκλαύσασθαι πάλιν.

Non tempus usque est; attamen miseros iuvat Iterare luctus saepe narrando suos. Apud Galen. de Hipp. et Plat. dogm. IV. p. 153. T. V. Chart. p. 423. T. V. Kühn. legitur: *τοῖς δὲ δυστυχοῦσί πως τερπνὸν τὸ κλαῦσαι κἀποδυράσθαι τύχας*. Galeni lectionem praetulerunt Musgrav. et Porson. advers. p. 152 sq. = 134. sed recte monere videtur Huschke anal. crit. in anthol. p. 57. a Galeno duos diversorum scriptorum locos confusos esse, unum Euripidis, alterum Aeschyli Prom. 642. (658. Blomf.) cui adstipulatur V. D. in *Classical journ.* nr. XVI. p. 285.

VII. (VI.) Stob. tit. 73. p. 448. Gesn. 75. p. 327. Grot. et Gaisf.

Ὡς οὐδὲν ἀνδρὶ πιστὸν ἄλλο, πλὴν τέκνων·
κέρδους δ' ἕκατι καὶ τὸ συγγενὲς νοσεῖ.

Ut nulla certa est liberos extra fides! Cognationem studia corrumpunt sua. qua interpretatione graeca magis perspicua sunt. Utrumque fragmentum ex oratione Oenei sumtum videtur.

VIII. (IV.) Clem. Alex. Strom. VI. p. 619 sq. ed. Sylb. *Εὐριπίδης δ' ἐν Οἰνεῖ φησίν·*

Ἀλλ' ἄλλος ἄλλοις μᾶλλον ἥδεται τρόποις.

Sed alius aliis moribus capitur magis. Grot. Exc. p. 396. Cf. Gatak. adv. misc. p. 487. F.

IX. (VIII.) Athen. XV. p. 666. C. *κότταβος δ' ἐκαλεῖτο (καὶ) τὸ τιθέμενον ἆθλον τοῖς νικῶσιν ἐν*

τῷ πότῳ, ὡς *Εὐριπίδης* παρίστησιν ἐν *Οἰνεῖ* λέγων οὕτως·

Πυκνοῖς δ' ἔβαλλον Βακχίου τοξεύμασιν
κάρα γέροντος, τὸν βάλλοντα δὲ στέφειν
ἐγὼ 'τετάγμην ἆθλα κότταβον διδούς.

κότταβον recte Casaubon. et Schweigh. pro κοττάβων, quod tuetur Musgrav. κόσσαβον scribi iubet Valcken. citans Eustath. ad Il. τ' p. 1232, 43. et sic scribitur in fr. Plisthenis apud Athen. XV. p. 668. B. *Κάρα γέροντος* est, Manes, ut recte Schweigh. De cottabo elegans et erudita est disputatio Fr. Iacobsii in Wielandi *Museo Attico.* De filiis Agrii haec narrari monuit Valcken. fortasse a famulorum aliquo.

X. (X.) Philostr. Heroic. p. 663. Olear. p. 12. Boisson. *Νυνὶ δέ μοι ἐκεῖνο εἰπέ. οἰκεῖα γεωργεῖς ταῦτα, ἢ δεσπότης μὲν αὐτῶν ἕτερος,* σὺ δὲ τρέφοντα τοῦτον τρέφεις, *ὥσπερ τὸν τοῦ Εὐριπίδου Οἰνέα;* ubi Schol. apud Boissonad. *τίς τρέφει τὸν Οἰνέα τρέφοντα αὐτόν.* *Ὁ τρέφων* igitur est Oeneus, herus. Versus efficiatur, si scribas:

σὺ δὴ τρέφοντά νιν τρέφεις - -

XI. Hesych. *Ἀκρίζων, ἄκροις ποσὶν ἐπιπορευόμενος. Εὐριπίδης Οἰνεῖ.* Quos ad eum l. citat Alberti, nihil ad Euripidem conferunt.

Apud Aristoph. Ach. 471. καὶ γάρ εἰμ' ἄγαν Ὀχληρὸς οὖν δοκῶν γε κοιράνους στυγεῖν. ubi Schol. *Τοῦτο πεπαρῴδηται ἀσήμως ἐξ Οἰνέως Εὐριπίδου. Ὁ δὲ Σύμμαχος καὶ ἐκ Τηλέφου φησὶν αὐτό.*

OENOMAUS.

Fabula notissima est. Argumentum autem quomodo descripserit Euripides, e fragmentis, quae servata sunt, exsculpere non potui.

I. Stob. tit. 56. p. 374. Gesn. 58. p. 220. Grot. et Gaisf.

Ὁ πλεῖστα πράσσων πλεῖσθ' ἁμαρτάνει βροτῶν.

Peccare quisque plus solet, quo plus agit. In πλεῖστα πράσσειν cogitandum de πολυπραγμοσύνη

II. Stob. tit. 74. p. 451. Gesn. 76. p. 329. et Gaisf.

Ἀμηχανῶ δ' ἔγωγε κοὐκ ἔχω μαθεῖν,
εἴτ' οὖν ἄμεινόν ἐστι γίγνεσθαι τέκνα
θνητοῖσιν, εἴτ' ἄπαιδα καρποῦσθαι βίον.
ὁρῶ γάρ, οἷς μὲν οὐκ ἔφυσαν, ἀθλίους,
ὅσοισι δ' εἰσίν, οὐδὲν εὐτυχεστέρους.
Καὶ γάρ κακοὶ γεγῶτες ἐχθίστη νόσος,
κἂν αὖ γένωνται σώφρονες, κακὸν μέγα·
λυποῦσι τὸν φύσαντα, μὴ πάθωσί τι.

Ambiguus animi cernere haud valeo satis, An sit propago liberûm mortalibus, An sterilis aevi vita fortunatior. Conspicio miseros nulla queis proles domi est. Sed nec parentum maior est felicitas: Nam dira pestis moribus proles malis; Quod si bonos sors dederit, hoc certe malum est, Quod his parentes ne quid eveniat timent. V. ult. Musgr. legi vult λυποῦσι γὰρ φύσ. quod mihi necessarium non videtur. Vid. Herm. ad Soph. Phil. 928. quamquam rarior est particulae omissio, ubi non praecedit τόδε vel τοῦτο. Ad sententiam cf. fr. inc. trag. CXLVIII.

III. Stob. tit. 97. p. 538. Gesn. 99. p. 415. Grot. et Gaisf.

Ἓν ἐστι πάντων πρῶτον εἰδέναι τόδε,
φέρειν τὰ συμπίπτοντα μὴ παλιγκότως.
χοὗτός γ᾽ ἀνὴρ ἄριστος, αἵ τε συμφοραὶ
ἧσσον δάκνουσιν. ἀλλὰ ταῦτα γὰρ λέγειν
ἐπιστάμεσθα, δρᾶν δ᾽ ἀμηχάνως ἔχει.

Ego illud ante cuncta discendum puto; Ferre haud gravate si quid evenit mali. Hoc qui scit ipse est melior, et mordent minus Eum dolores; nos sed isthaec dicere Callemus omnes, facere positum in arduo est. Trinc. Gesn. *ἔνεστι πάντων πρῶτον εἰδέναι τουτί*, quae verba Grotius sic transposuit: *ἔνεστι πάντων τουτὶ πρῶτον εἰδέναι*, non cogitans *τουτί* utramque syllabam producere et Comicorum esse, non Tragicorum. In promtu erat corrigere *τόδε*, quod iam coniec. Pierson. apud Valcken. et habet Paris. B. *ἓν ἐστι* scribendum viderunt Erfurdt. et Wunder. teste Hermanno in sched., et Gaisf. ad Stob. V. 3. legebatur *καὶ οὗτος ἀνήρ*. Heath. *κ᾽ οὗτός* (sic) *γ᾽ ἀνὴρ* minus apte hic inseri particulam *δέ* iudicans. *καὶ οὗτός γε* Trincav. Paris. A. *οὗτος γε* sine *καί* Par. B. *καὶ οὗτος ἀνὴρ*, nimirum *ὅς ἂν τὰ συμπίπτοντα μὴ παλιγκότως φέρῃ*. Pro *αἵ τε συμφ.* Pierson. apud Valcken. corrigebat *ὅν γε συμφ.* V. 4. *ἧσσον* Voss. pro *ἧττον*. Musgravii coniecturas satius est silentio praeterire.

IV. Stob. tit. 115. p. 590. Gesn. 117. p. 477 sq. Grot. 116. Gaisf.

Ὅστις δὲ θνητῶν βούλεται δυσώνυμον
εἰς γῆρας ἐλθεῖν, οὐ λογίζεται καλῶς·
μακρὸς γὰρ αἰὼν μυρίους τίκτει πόνους.

Inominatam qui senectutem assequi Mortalis optat, non sibi bene consulit: Nam longa vita mille moestitias parit. V. 3. marg. Gesn. Voss. *νόσους* pro *πόνους*. male. vid. Polyid. fr. XIII. *μακρὸς γὰρ αἰὼν συμφορὰς πολλὰς ἔχει.*

V. Stob. tit. 121. p. 613. Gesn. 123. p. 503. Grot. 122. Gaisf.

Ἀλλ᾽ ἔστι γάρ δὴ κἀν κακοῖσιν ἡδονὴ
θνητοῖς, ὀδυρμοὶ δακρύων τ᾽ ἐπιῤῥοαί.

ἀλγηδόνας δὲ ταῦτα κουφίζει φρενῶν
καὶ καρδίας ἔλυσε τοὺς ἄγαν πόνους.

Etiam voluptas rebus afflictis sua est, Genae madentes atque lamentatio. Namque ista minuunt cordis anxietudines Aestuque nimis pectus obsessum levant. Burges. ad Troad. 617. (610.) qui locus nostro simillimus est, citat *θρήνων τ᾽ ὀδυρμοί*.

VI. Clem. Alex. Strom. VI. p. 625. A. ed. Sylburg.

Τεκμαιρόμεσθα τοῖς παροῦσι τἀφανῆ.

Quae non patent, colligimus ex his quae patent. Grot. Exc. p. 396. Cf. Phoenic. fr. I. Musgr.

PALAMEDES.

Res Palamedis exponunt Schol. Eur. Or. 422. Tzetz. ad Lycophr. p. 46. ed. Potter. Hygin. fab. 105. et verbosior ceteris Philostr. Heroic. p. 708. Olear. Fabulam actam esse Ol. 91, 1. docuit Valck. diatr. p. 190. duodecim annis ante Socratis mortem.

I. (III.) Stob. tit. 89. p. 503. Gesn. 91. p. 371. Grot. et Gaisf.

Ἀγάμεμνον, ἀνθρώποισι πᾶσιν αἱ τύχαι
μορφὴν ἔχουσι· συντρέχει δ᾽ εἰς χρήματα.
τούτων δὲ πάντες, οἵ τε μουσικῆς φίλοι,
ὅσοι τε χωρὶς ζῶσι, χρημάτων ὕπερ
μοχθοῦσιν· ὃς δ᾽ ἂν πλεῖστ᾽ ἔχῃ, σοφώτατος.

V. 1. Gesn. marg. et Paris. A. *χρήματα* pro *αἱ τύχαι*, et v. 2. iidem *συντρέχει δ᾽ εἰς ἓν τόδε*. Grot. ed. *παντοῖαι τύχαι μομφὴν ἔχ.* et hinc Barnes. ut locum laudat Valck. ad Phoen. 1331. *μορφὴν ἔχειν* non addito adiectivo, non video quid sibi velit; et *πᾶσιν* ad *ἀνθρώποισι* otiose adiectum. An *παντοίαν τύχαι μορφὴν ἔχ.?* ut *πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων κ. τ. λ.* quibus verbis clauditur Alcestis, Andromache, Bacchae, Helena. Ion. 384. *πολλαί γε πολλοῖς εἰσι συμφοραὶ βροτῶν, μορφαὶ δὲ διαφέρουσιν.* Cf. fr. Antiop. XLI. V. 3. *ταύτου δὲ πάντες* Gesn. *τούτων*

Gesn. marg. Pariss. A. B. sed vereor ne liberior consecutio verborum propter sequens *χρημάτων* mutata sit a grammatico, quum Euripides scripsisset *τούτου*, sc. *τοῦ χρήματα ἔχειν*, ad quod explicandum deinde post interiecta nonnulla additum sit *χρημάτων ὕπερ*. V. ult. soloecismus *ὥς δ' ἂν πλ. ἔχει* a Gaisfordo demum expulsus est, nec nisi auctoritate Paris. A. Verba haec esse Ulyssis, fortasse, ut coni. Musgr. Palamedem criminantis, suspicatur Valcken. ad Phoen. 1331. Grotius, quae interpolavit, sic vertit: *Quodcunque fortunae aliud, Agamemnon, datur, Habet querelam; sed in opes solas coit Genus omne laudum; tum quibus Musae placent, Tum cura quibus est alia, nummo omnes student. Quo plus habet quis hoc, habetur doctior.*

II. (II.) Stob. tit. 79. p. 469. Gesn. 81. p. 343. Grot. et Gaisf.

Τὰ τῆς γε λήθης φάρμακ' ὀρθώσας μόνος
ἄφωνα καὶ φωνοῦντα, συλλαβάς τε θεὶς
ἐξεῦρον ἀνθρώποισι γράμματ' εἰδέναι,
ὥστ' οὐ παρόντα ποντίας ὑπὲρ πλακὸς
τἀκεῖ κατ' οἴκους πάντ' ἐπίστασθαι καλῶς,
παισίν τ' ἀποθνήσκοντα χρημάτων μέτρον
γράψαντας εἰπεῖν, τὸν λαβόντα δ' εἰδέναι.
Ἃ δ' εἰς ἔριν πίπτουσιν ἀνθρώποις κακά,
δέλτος διαιρεῖ, κοὐκ ἐᾷ ψευδῆ λέγειν.

V. 1. Hemsterh. ad Lucian. iud. vocal. 5. T. I. p. 305. ed. Bip. em. *ἁρμόσας μόνος*, tametsi, si quis illud tueri velit, pro *in commodum rectumque ordinem digerere*, quomodo fere Iphig. A. 24. *τὰ θεῶν οὐκ ὀρθωθέντα* id est *ὀρθῶς διοικηθέντα, διατεθέντα*, non valde se repugnaturum dicens. *μόνος* pro *μόνον* iam Grot. et sic Paris. B. V. 2. pro *φωνοῦντα* Hemsterh. corrigebat *φωνῆντα*, quod epicorum esse recte monet Schaef. ad Dionys. H. p. 155. *φωνοῦντα* comparans cum *φωνὴν ἔχοντα* apud Aristot. poët. c. XII. (20.) *συλλαβάς τε θείς* Heath. et Hemsterh. pro *συλλ. τιθείς*. In Paris. A. oculi librarii ab hoc *εἰδέναι* ad alterum v. 7. aberrantes intermedia *ὥστ' — εἰδέναι* omiserunt. V. 4. 5. Vales. ad Harpocr. p. 108. „Illa *ποντίας ὑπὲρ πλ.* eo spectant, quod Pal. fingitur a tragicis per tabulas scriptas et in mare proiectas Nauplio significasse omnia, quae vellet, quum secundus ventus tabulas ad

Nauplium deferret, ut memorat Schol. Aristoph. et Suidas." Huc spectat Aristoph. Thesm. 768. Br. *φέρε, τίν' ἄν, τίν' ἄγγελον Πέμψαιμ' ἐπ' αὐτόν; οἶδ' ἐγὼ καὶ δὴ πόρον Ἐκ τοῦ Παλαμήδους. ὡς ἐκεῖνος, τὰς πλάτας Ῥίψω γράφων.* ubi Schol. Ravenn. *ὁ γὰρ Εὐριπίδης ἐν τῷ Παλαμήδει ἐποίησε τὸν Οἴακα τὸν ἀδελφὸν Παλαμήδους ἐπιγράψαι εἰς τὰς ναῦς τὸν θάνατον αὐτοῦ, ἵνα φερόμεναι ἑαυταῖς ἔλθωσιν εἰς Ναύπλιον τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ ἀπαγγείλωσι τὸν θάνατον αὐτοῦ.* (*Ἄλλως*) *Ὥσπερ Οἴαξ τῷ Ναυπλίῳ γράφει ἐν τῷ Παλαμήδει Εὐριπίδου. ὁ γὰρ Οἴαξ ἐγχαράττει πολλαῖς πλάταις τὰ περὶ τὸν Παλαμήδη, καὶ ἀφίησιν εἰς θάλασσαν, ὥστε μιᾷ γε τινι τὸν Ναύπλιον περιπεσεῖν*, et ad v. 773. *πίνακες γὰρ ἦσαν ἐν τῷ ἱερῷ καὶ ἀπὸ τούτων λαβὼν γράφει καὶ ῥίπτει αὐτὰς λέγων ἀπέλθετε, σημάνατε Εὐριπ.* Cf. Suidas v. *Παλαμήδης*, unde sua exscripsit Bourdin. ad Thesm. V. 6. 7. *χρημάτων μέτρον γράψαντα λείπειν* Grotius e Scaligeri emendatione, eleganter et fortasse vere. V. 8. Hemsterh. *σάφα* pro *κακά*, „quod utcunque cesserit emendatio, corruptum profecto est." Iungo *ἀνθρώποις πίπτουσιν εἰς ἔριν, ἃ δὲ κακά ἐστιν ἀνθρώποις π. εἰς ἔριν.* Haec ex Palamedis sese defendentis oratione sumta esse videntur. Grotius sic vertit: *Ego ille mutas coniugans vocalibus Monstravi hominibus litterarum foedera, Oblivionis tenebricosae remedium, ut qui vagatur alta trans ponti vada Conspiciat inde quod suae geritur domi; Ut morte functus liberis dictet pater Hereditatis dividendae regulas; Sed et nocentis litium discordias Sequestra dirimit tabula, mentiri vetans.*

Euripidis etiam esse et e Palamede petitos censet Hermannus versus apud Stob. Ecl. phys. I, c. 2. p. 4. ed. Heer. qui ibidem Aeschyli versibus e Prometheo 454. subiecti leguntur:

Ἔπειτα πάσης Ἑλλάδος καὶ ξυμμάχων
βιόν διῴκησ' ὄντα πρὶν πεφυρμένον
θηρσίν θ' ὅμοιον. πρῶτα μὲν τὸν πάνσοφον
ἀριθμὸν εὕρηκ' ἔξοχον σοφισμάτων.

Dictio certe est Euripideae, quam Aeschyleae similior: *βίος πεφυρμένος καὶ θηριώδης* commemoratur etiam Suppl. 200 sq. Iidem versus cum praecedentibus Aeschyli le-

guntur etiam in Observ. misc. VII. p. 182. e cod. Augustano descripti.

Fortasse huc spectant etiam quae Plato habet de rep. VII. p. 522. D. *Παγγέλοιον γοῦν, ἔφην, στρατηγὸν Ἀγαμέμνονα ἐν ταῖς τραγῳδίαις Παλαμήδης ἑκάστοτε ἀποφαίνει. ἢ οὐκ ἐννενόηκας ὅτι φησὶν ἀριθμὸν εὑρὼν τάς τε τάξεις τῷ στρατοπέδῳ καταστῆσαι ἐν Ἰλίῳ καὶ ἐξαριθμῆσαι ναῦς τε καὶ τἄλλα πάντα;* Sed fuit etiam Aeschyli et Sophoclis Palamedes; et Aeschyli fragmentum 168. apud Schütz. p. 114. cum argumento loci Platonici consentit.

III. (I.) Stob. tit. 52. p. 360. Gesn. 54. p. 205. Grot. et Gaisf.

Σρατηλάται τἄν μυρίοι γενοίμεθα,
σοφὸς δ' ἄν εἷς τις ἢ δύ' ἐν μακρῷ χρόνῳ.

Duces reperias mille; at unum atque alterum Qui corde sapiat longa vix dederit dies. Agamemnon loqui videtur Musgravio, nec iniuria; simile quid enim Agamemnon optat Il. *β'*, 371. V. 1. *τἄν* e Voss. recepit Gaisf. pro *δ' ἄν*.

IV. (VIII.) Eustath. Il. *β'*. p. 179 = 236, 29. *σολοικοφανῆ, οἷον τοῦ Εὐριπίδου τὸ*

- - πάλαι δέ σ' ἐξερωτῆσαι θέλων,
σχολή μ' ἀπεῖργε.

E Palamede haec petita esse indicat scholion ad Il. *β'*, 353. e Leidensi cod. primum editum a Valck. ad Phoen. 292. *ἀστράπτων. ὅτι ἀκαταλλήλως εἴρηται (ἔδει γὰρ ἀστράπτοντα καὶ φαίνοντα) ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν Παλαμήδει·*

Λάϊε, πάλαι δή σ' ἐξερωτῆσαι θέλων
σχολή μ' ἀπεῖργε.

Pro *Λάϊε* Valcken. l. c. legendum coniicit *Αἶαν* vel *Αἴας*. *σχολῇ* e MS. Leid. citat Valck. sed *σχολή* Venet. B. et Lips. apud Bekk. Figuram illam *σολοικοφανῆ* illustravi Gramm. gr. §. 562. 1. p. 1108. *σχολή μ' ἀπεῖργε*, *otii absentia.* vid. ad Oenei fr. V.

V. (IX.) Stob. tit. 9. p. 101. Gesn. p. 59. Grot.

Εἷς τοι δίκαιος μυρίων οὐκ ἐνδίκων
κρατεῖ, τὸ θεῖον τὴν δίκην τε συλλαβών.

Vir iustus unus millia immensa improbûm Superat favente fretus et iure et deo. E Palamede versus petitos esse indicat Vossian. apud Valcken. diatr. p. 198. Codd. A. B. apud Schow. Valckenaerio Palamedis persona dignissimi videntur.

VI. Stob. append. Flor. p. 11 = 382. Gaisf.

Ὅστις λέγει μὲν εὖ, τὰ δ' ἔργ' ἐφ' οἷς λέγει
αἴσχρ' ἐστὶν αὐτοῦ, τοῦτον οὐκ αἰνῶ ποτέ.

VII. (V.) Strabo X. p. 720. C. Almelov. (*Τὴν κοινωνίαν τῶν περὶ τὸν Διόνυσον ἀποδειχθέντων ἱερῶν νομίμων παρὰ τοῖς Ἕλλησι καὶ τῶν παρὰ τοῖς Φρυξὶ περὶ τὴν μητέρα τῶν θεῶν συνοικειῶν ἀλλήλοις Εὐριπίδης τε ἐν ταῖς Βάκχαις τὰ παραπλήσια ποιεῖ - - -) καὶ ἐν Παλαμήδῃ φησὶν ὁ χορός·*

Οὐ σὺν Διονύσῳ κωμῶν
ὃς ἀν' Ἴδαν τέρπεται σὺν ματρὶ φίλᾳ
τυμπάνων ἰάκχοις.

ἀν' Ἴδαν scripsit Heath. pro *ἂν Ἴ. ἰαχαῖς* Barn. puto *ἰακχαῖς*. Vid. ad Or. 814.

VIII. (VII.) Philostr. Heroic. p. 718. Olear. p. 168. ed. Boisson. *Ὅθεν καὶ τὸν θρῆνον τὸν παρ' Εὐριπίδῃ ἐπαινεῖ, ὅποτε Εὐριπίδης ἐν Παλαμήδους μέλεσιν,*

Ἐκάνετε (φησὶν) ἐκάνετε τὰν πάνσοφον, ὦ Δαναοὶ,
τὰν οὐδὲν ἀλγύνουσαν ἀηδόνα Μουσᾶν.

καὶ τὰ ἐφεξῆς μᾶλλον, ἐν οἷς φησὶ καὶ ὅτι πεισθέντες ἀνθρώπῳ δεινῷ καὶ ἀναιδεῖ λόγῳ ταῦτα δράσειαν. Iidem versus citantur a Tzetze ad Lycophr. 384. exeg. in Iliad. p. 44. ed. Herm. Diog. L. II, 44. Auctor argum. Isocr. Busir. haec habet: *ἐκάνετε, ἐκάνετε τῶν Ἑλλήνων τὸν ἄριστον.* quae Valcken. ad Phoen. 321. vel his versibus subiungi vel statim post *ἐκάνετ', ἐκάνετε* poni volebat. Idem l. c. et versus digessit (paulo aliter tamen diatr. p. 190.) et *οὐδέν'* scribi iussit; quo vix opus. Grotium, qui in Exc. p. 397. in iambos descripserat, (*ἐκτάνετε, Δαναοὶ, ἐκτάνετε τὰν πάνσοφον Μουσῶν καὶ οὐδέν' ἀλγύνουσαν ἀηδόνα*) recte deseruit Barnes. Quod addunt Diogenes et auctor argum. Busir. *ὅτι τὸ θεάτρον ἅπαν ἐδάκρυσε, διότι περὶ Σωκράτους ᾐνίττετο*, refutavit Valck. diatr. p. 190.

Boeckh autem *de princip. tragic.* p. 185. hos versus ab interpolatore additos esse censet, quum fabula post Socratis mortem repeteretur.

IX. (IV.) Pollux X, 145. *Καὶ Εὐριπίδης μὲν ἐν Παλαμήδει λέγει κώπην χρυσόκολλον.*

X. (VI.) Harpocrat. *Διεκωδώνισε Δημοσθένης ἐν τῇ περὶ παραπρεσβείας ἀντὶ τοῦ διεπείρασε καὶ ἐξήτασεν. ἡ δὲ μεταφορὰ ἤτοι ἀπὸ τῶν περιπολούντων σὺν κώδωσι νυκτὸς τὰς φυλακὰς, Εὐριπίδης Παλαμήδει, ἢ ἀπὸ τῶν δοκιμαζόντων τὰς μαχίμους ὄρτυγας τῷ ἤχῳ τοῦ κώδωνος, ὡς Ἀρίσταρχος*, quae mihi non significare videntur voce *διεκωδώνισεν* usum esse Euripidem, sed mentionem tintinnabulorum in Palamede fecisse. Barnes fr. VIII. et IX. in unum coniunxit *κώπην χρυσόκολλον διεκωδώνισε, auro nitentem vaginam* (imo manubrium) *exploraverat.*

XI. Hesych. *Ἔμβολα. Εὐριπίδης Παλαμήδῃ καὶ Σκίρωνι.*

Valcken. ad Phoen. 1331. ad Euripidis Palamedem refert etiam hos versus, quos commemorat Plutarch. T. II. p. 20. D.

- - - τί δῆτα δεῖ σε κάμνειν; κατθανεῖν
ἄμεινον· οὐδεὶς κάματος εὐσεβεῖν θεούς

quos sic scriptos exhibet Grotius in ed. libri Plutarchei Stobaeo praemissa p. 20. 23. et in Excerpt. p. 429. et 467.

A. *Τί δεῖ θεοὺς σέβειν σε κατθανούμενον;*
B. *Ἄμεινον· οὐδεὶς κάματος εὖ σέβειν θεούς.*

V. Wyttenb. Animadv. p. 212. Valcken. autem priorem Agamemnoni, alterum Palamedi tribuit, et secundum sic legit: *Ἀγάμεμνον, οὐδεὶς κάματος εὖ σέβειν θεούς.*

P E L E U S.

In hac fabula Peleum exsulem exhibitum esse Musgrav. colligit ex Horatio a. poet. 96. *Telephus et Peleus, quum pauper et exsul uterque Proiicit ampullas* etc. probabiliter: nam Telephus Euripidis fuit tragoedia et is personas miserabili conditione affectos exhibendo praeter modum indulgebat: Sophoclis autem Peleus senex est et Phthiae rex. In exsilium autem pulsus erat ab Aeaco patre ob caedem Phoci fratris. vid. Apollod. III, 12, 6. 7. De Sophoclis an Euripidis Peleo capiendum sit dubito quod Aristot. habet de poet. c. 18. (*Τραγῳδία*) *ἡ μὲν πεπλεγμένη - - ἡ δὲ παθητική - - ἡ δὲ ἠθικὴ, οἷον αἱ Φθιώτιδες καὶ ὁ Πηλεύς.* nam Phthiotides fabula fuisse Sophoclis videtur Casaubono ad Athenaeum VII, 4. et fortasse Sophoclis Peleus utroque nomine appellabatur.

I. Aristoph. Nub. 1153. *Βοάσομ᾽ ἄρα τὰν ὑπέρτονον βοάν.* ubi Schol. *παρὰ τὰ ἐκ Πηλέως Εὐριπίδου. ἐπιφέρει γὰρ*

Ἰὼ πύλαισιν ἥτις ἐν δόμοις.

Heath. corr. *Ἰὼ, ἰὼ, πύλαισιν εἴ τις ἐν δ.* Blomfield ad Aesch. Choeph. 642. *Ἰὼ, ἰὼ, πύλαισιν· ἦ τις ἐν δόμοις;* Sed quid illud *πύλαισιν* sibi velit, non assequor. Fortasse fuit: *ἰώ* (vel *ὠή*) *τίς ἐν πύλαισιν, ἤ τίς ἐν δόμοις;* Sic Phoen. 1067. *ὠή, τίς ἐν πύλαισι δωμάτων κυρεῖ;* Praeter hunc versum alia etiam ex Eur. Peleo sumta esse ab Aristoph. e scholiasta colligo.

II. Stob. ecl. phys. p. 133. Grot. T. I. p. 170.

Κλῦτ᾽ ὦ Μοῖραι, Διὸς αἵτε παρὰ
θρόνον ἀγχόταται θεῶν ἑζόμεναι.

Audite, Parcae, quae solio Iovis Magni sedetis proxima numina. Sic versus disposuit Seidler. de vers.

dochm. p. 21. not. nisi quod hic κλῦετ' ὦ M. habet, quum in Stob. et Codd. et editt. esset κλῦτε Μοῖραι. Post Διός interpunxit Seidler; mihi aptius videbatur παρὰ θρόνον Διός iungere, tum ἀγχόταται θεῶν. Versus autem non solum in codd. V. A. E. sed iam a Grotio ad Peleum referuntur.

III. Stob. tit. 88. p. 500 sq. Gesn. 90. p. 365. Grot. et Gaisf.

Οὐκ ἔστιν ἀνθρώποισι τοιοῦτο σκότος,
οὐ δῶμα γαίας κλειστὸν, ἔνθα τὴν φύσιν
*ὁ δυσγενὴς κρύψας ἂν * εἴη σοφός.*

Nulla inter homines tanta vis caliginis Specuumve nigror, quo suum ingenium clepat Vir pravus ortu, sapiat immensum licet. Grot. ed. ὁ δυσγενὴς κρύψειε κἂν εἴη σοφός. Sed recte Heath monet non abesse posse ἄν. Itaque scribi iubet: κρύψει' ἂν εἰ κ' εἴη σοφός. bene; modo usitata esset crasis κεἴη pro καὶ εἴη, etsi κἄτα, κεἰ, κεἰς pervulgata sunt. Gaisfordio in ἂν εἴη latere videtur νομισθείη. quod, receptum a Boissonad. in eamdem Heathii reprehensionem incurrit.

IV. Stob. tit. 91. p. 507. Gesn. 93. p. 377. Grot. et Gaisf.

Τὸν ὄλβον οὐδὲν οὐδαμοῦ κρίνω βροτοῖς,
ὅν γ' ἐξαλείφει ῥᾷον, ἢ γράφει, θεός.

Opulentitatem nullius pretii puto, Quam facile fingit, facilius delet deus.

V. Stob. tit. 114. p. 585. Gesn. 116. p. 475. Grot. et Gaisf.

Τὸ γῆρας, ὦ παῖ, τῶν νεωτέρων φρενῶν
σοφώτερον πέφυκε κἀσφαλέστερον,
ἐμπειρία τε τῆς ἀπειρίας κρατεῖ.

Plus, nate, senium corde iuvenili valet Maturitate mentis et vi consili, Inscitiamque vincit experientia. Tertius versus legitur etiam in Stob. Gesn. tit. 3. p. 37. inter γνώμας μονοστίχους a Gesnero insertas, et inter Menandri sententias singulares p. 319. v. 169. ed. Meinek. In eo Porson. apud Blomf. ad Aesch. S. c. Th. 556. legi volebat ἡ 'μπειρία. Articulum quidem non necessarium esse ex iis patet, quae congessi Gramm. gr. §. 268. not. 1. p. 553 sq. sed hic causa nulla excogitari potest, cur Euripides maluerit ἐμπειρία ponere, quum sequatur τῆς ἀπειρίας. et cf. Phoen. 529.

VI. Ioh. Lydus de magistrat. III, 25. p. 192.

- - τὰ δ' ἔνθεν οὐκέτ' ἂν φράσαι λόγῳ
δακρύων δυναίμην χωρίς - - -

κατὰ τὸν Εὐριπίδου Πηλέα. Legebatur φράσας, quod correxit Boissonad.

P E L I A D E S.

Fabulam exposuerunt Paus. VIII, 11. Apollod. I, 9, 27. Tzetz. ad Lycophr. 175. Ovid. Metam. 7, 297 sqq. Hygin. f. 24.

I. II. Eurip. Med. 688.

Τί χρῆμα δράσας; φράζε μοι σαφέστερον.

ubi Schol. σεσημείωται ὁ στίχος, ὅτι καὶ ἐν Πελιάσιν ἐστὶν, ὧν ἡ ἀρχή·

Μήδεια, πρὸς μὲν δώμασιν τυραννικοῖς.

III. Stob. ecl. eth. p. 174. Grot. T. II. p. 336. Heer.

Οὐκ ἔστι τὰ [τῶν] θεῶν ἄδικ', ἐν ἀνθρώποισι δὲ
κακοῖς νοσοῦντα σύγχυσιν πολλὴν ἔχει.

Iniusta non sunt quae placent superis; sua Aegros sed homines dant mala in vertiginem. τῶν delendum esse, ne anapaestus esset pes secundus, recte monuit Porson. adv. 275 = 243. et sic iam Io. Pierson. apud Valck. not. MS. in marg. Barn. cum interpretatione: i. e. οἱ θεοὶ οὐκ εἰσὶν ἄδικοι. Barnes. etiam τῶν deleverat. Erfurdt. in sched. Hunc versum, inquit, maiori, quam par erat, molimine correxit Iacobs in Stobaeo Heer. P. II. T. 2. p. 238. scribens: Τὰ τῶν θεῶν δίκαι' ἐν ἀ. δ. Lego: Οὐκ ἔστι τὰ θεῶν ἄδικ' κ. τ. λ.

IV. Stob. tit. 3. p. 37. Gesn. p. 18. Grot. Schol. Pind. Pyth. 2, 173. ed. Boeckh.

Πρὸς κέντρα μὴ λάκτιζε τοῖς κρατοῦσί σου.

Stimulis potentum ne recalcitres cave.

V. Stob. tit. 47. p. 343. Gesn. 49. p. 187. Grot. et Gaisf.

Τὸ δ' ἔσχατον δὴ τοῦτο θαυμαστὸν βροτοῖς,
τυραννίς· οὐχ εὕροις ἂν ἀθλιώτερον.
φίλους τε πορθεῖν καὶ κατακτανεῖν χρεών·
πλεῖστος φόβος πρόσεστι, μὴ δράσωσί τι.

Exlex potestas ista, quam vulgo stupent, Nil aliud est quam splendida infelicitas. Nam qui suorum est ipse praedo et carnifex, Molitiones semper aliorum timet. Sententia eadem est in Hieronis Xenophontei loco, quem ibidem attulit Stob. Sed v. 3. 4. male cohaerent. V. 2. Herm. in sched. coni. *οὐχ εὕροις ἂν ἄθλιον τόδ', εἰ φίλους τε π.* et v. 4. *ἐπεὶ φόβος πρόσεστι.*

VI. Stob. tit. 72. p. 440. Gesn. 74. p. 323. Grot. et Gaisf.

Αἰνῶ· διδάξαι δ', ὦ τέκνον, σὲ βούλομαι,
ὅταν μὲν ᾖς παῖς, μὴ πλέον παιδὸς φρονεῖν,
ἐν παρθένοις δὲ παρθένου τρόπους ἔχειν,
ὅταν δ' ὑπ' ἀνδρὸς χλαῖναν εὐγενοῦς πέσῃς,

* * *

τὰ δ' ἀλλ' ἀφεῖναι μηχανήματ' ἀνδράσιν.

Laudo; sed hoc te, filia, admonitam volo: Donec puella es, quod puellarum est sape, Et virginum una virginis mores tene. Quod si subieris coniugis clari togam, Contenta curae parte mandata tibi, Permitte rerum quidquid est ultra viris. Inter v. 4. et 5. haud dubie versiculus excidit, quod sensisse videtur Grotius, qui ad sententiam explendam versum de suo inseruit, *Contenta* etc. Boisson. v. ult. scripsit *τάδ' ἄλλ' ἀφ.* Idem de locutione *ὑπὸ χλαῖναν πεσεῖν* citat notam suam ad Nicet. Eugen. p. 120.

VII. Stob. tit. 90. p. 505. Gesn. 92. p. 375. Grot. et Gaisf.

Ὁρῶσι δ' οἱ διδόντες εἰς τὰ χρήματα.

Donare nemo iam solet nisi diviti. In Paris. A. lemma est *Εὐριπ. Πελοπίσι*, quod recepit Grot. quum in Gesn. sine indice auctoris et fabulae legeretur.

VIII. Aelian. hist. animal. 7, 47. *τῶν ὑστρίχων — τὰ ἔκγονα ὄβρια καλεῖται· καὶ μέμνηται Εὐριπίδης ἐν Πελιάσι τοῦ ὀνόματος, καὶ Αἰσχύλος ἐν Ἀγαμέμνονι καὶ Δικτυουλκοῖς.* „Ad indicium Aeschyli scribi facile potuerat *ὀβρίκαλα καλεῖται. Αἰσχύλος ὀβρίκαλα καλεῖ τοὺς λεοντιδεῖς* Eustath. in Il. γ'. p. 288, 36.“ Valcken. diatr. p. 200.

IX. Stob. app. Flor. p. 12. = 382. *Εὐριπίδου Πελιάσι· Φθείρου· τὸ γὰρ δρᾶν οὐκ ἔχων λόγους ἔχεις.*

X. Ibid. p. 20 = 389. et p. 33 = 400.

Ὁ γὰρ ξυνὼν, κακὸς μὲν ἦν τύχῃ γεγὼς,
τοιούσδε τοὺς ξυνόντας ἐκπαιδεύεται,
χρηστοὺς δ' ὁ χρηστός· ἀλλὰ τὰς ὁμιλίας
ἐσθλὰς διώκειν, ὦ νέοι, σπουδάζετε.

Altero loco v. 1. est *γένος* pro *γεγώς*. v. 2. priore l. minus bene *τοιούτους δὲ τοὺς ξυν. ἐκπορίζεται.* v. 3. *χρηστοὺς δὲ χρηστός.*

XI. Ibid. p. 31 = 398.

Ἐν τοῖσι μὲν δεινοῖσιν ὡς φίλοι φίλων!
ὅταν δὲ πράξωσ' εὖ, διωθοῦνται χάριν,
αὐτοὶ δι' αὑτοὺς εὐτυχεῖν ἡγούμενοι.

XII. Hesych. *Ἀρταμεῖν, κατακόπτειν. Εὐριπίδης Πολιάσιν.* ubi corrigunt *Πελιάσιν.* Idem *Ἀντεμμάσσασθαι, ἀνταποδοῦναι, ἐπιπλῆξαι. Εὐριπίδης Πολιάσιν.* Duas voces commiscuisse Hesychius videtur Alberto. Mihi *ἐμμάσσασθαι* eiusdem stirpis esse videtur, cuius est *ἐμμάσαι, ἐνερεῖσαι* apud Hesych. *ἐπιμάσασθαι, εἰσμάσασθαι* apud Homerum, quod verbum etsi a scena Attica alienum est, in carmine lyrico locum habere potuit.

XIII. Lexicon Sangerman. in Bekk. anecd. p. 95, 23. *Εὐστόχως: Εὐριπίδης Πελιάσιν.*

XIV. Ibid. p. 106, 27. *Λύσιμον θηλυκῶς λέγει Εὐριπίδης Πελιάσιν.*

XV. Schol. Plat. p. 137. Ruhnk. *Κατηβολὴ, τὸ ἐπιβάλλον. Εὐριπίδης Τημένῳ καὶ Πελιάσι.* Eadem glossa

est apud Hesych. v. *Καταβολή* p. 200. ubi *κατηβολή* legendum esse litterarum series monstrat, et MS. habet apud Schow. p. 423.

Praeterea Elmslei. ad Eur. Med. 1019, 20. hnc referendam etiam censet glossam Hesychii: *Κάκη. πελία. ἢ κακία, ἀλλὰ τῆς ἐμῆς κάκης. κακουχίας.* quam sic corrigit: *Κάκη. κακία. Πελιάσιν. ἀλλὰ τῆς ἐμῆς κάκης. κακουχίας.* Nec obstare, quod idem hemistichium etiam in Medea 1040. legitur, patet e fr. I. II.

PHAETHON.

Nec de huius fabulae argumento dicere quidquam attinet; notum est enim omnibus vel ex Ovidii Metamorph. l. 1. exeunte et initio l. 2. Sed insigne incrementum ceperunt eius fabulae fragmenta, detectis in Parisino codice duobus foliis, in quibus Phaethontis reliquiae aliquot scriptae erant, sed superinducta alia scriptura rursus deletae. Is est codex Claremontanus epistolarum S. Pauli, olim notatus num. 2245, nunc 107. apud Griesbachium littera D. signatus, litteris maiusculis in membrana tenuissima et levigata nitidissime scriptus. Post folium 161. deficiente, ut videtur, charta pergamena librarius duo folia alius codicis arripuit et, antiqua scriptura, lixivio fortasse, deleta, epistolam *ΠΡΟC ΚΟΡΝΘ $\overline{Δ}$* inscripsit. De eo disseruerunt Wetstenius in Prolegom. in N. T. vol. II. p. 6. (p. 544. ed. Seml.) Michaelis *Einleitung in die Schriften des N. B.* vol. I. p. 594 sqq. Griesbach. in Symbol. crit. Vol. II. p. 51. et inde Hug Einleit. in das N. T. I. p. 241. Versus nonnullos ex iis fragmentis edidit Wetstein, sed parum diligenter, emendando etiam restituere et ipse conatus est et post eum Semlerus, sed audacius uterque, quam peritius. Primus folia rescripta accuratius examinavit Vir doctissimus, Henr. Hase, nunc Dresdae asservandis antiquis statuis praefectus, tum quum anno 1818. et sq. Parisiis versabatur, et omnes reliquias accuratissime, ut oculorum aciem et natura acrem et delineando exercitatam habebat,

descripsit, adiutus etiam ab affine Hasio V. Cl. qui Bibliothecae regiae Parisiensi praefectus est. Eorum, quae repererat, specimen dedit in Gailii libro, qui inscriptus est *le Philologue* Vol. IV. postea autem totum apographum, codice denuo recognito, ad me misit, ut illud Wolfio Analectis litterariis inserendum transmitterem. Sed Wolfius, quae ipse ederet, aliorum censurae ex nova lege submittere, quum ipse olim aliorum scriptorum censuram egisset, nolens, totum consilium Analectorum edendorum abiecerat, neque tamen apographum cum Hasii dissertatione remisit, etsi omnibus precibus, obiurgationibus, minis etiam a me lacessitus. Interea Imm. Bekkerus, quum ex Gallia et Britannia Berolinum rediens Lipsiam venisset, fragmenta illa a se descripta cum Hermanno communicavit; qui, certior factus, apographum alterum apud Wolfium servari, alterum penes Hasium, et prius a Wolfio recuperavit, et hoc ab Hasio accepit. His subsidiis usus fragmenta illa, summa sagacitate restituta, edidit in libello academico, qui deinde repetitus est in Seebodii *Miscell. crit.* Vol. I. p. 1. Eo autem ordine ponenda esse fragmenta, quo Hermann. posuit, ex argumento eorum apparet; nam fragmentum primum, in quo Phaethon a matre Clymene excitatus consilium adeundi patris aperit, et nuptias instare dicit, necessario praecedere debuit tertium, in quo eiusdem corpus in regiam affertur fulmine percussum et fumans. Itaque, etsi Hasius scribit folia antiqui codicis inversa esse, ita ut summa pars antiquae scripturae ima facta sit et contra, non tamen persuadere mihi possum, eam, quae prima pagina fuerit antiquae scripturae, nunc esse quartam, et post p. 161. statim sequi debere, quod nunc est folium 163. versum, deinde idem rectum, tum fol. 162. versum et rectum, et primum fragmentum esse, quod apud Hermann. est secundum *ΠΥΡΟCΘΕΡΙΝΤC* p. 13. quod autem apud hunc primum est in codice fol. 162. verso, i. e. pagina tertia antiqui codicis post prius demum sequi. Deinde fr. III. cum IV. ita apte cohaeret, numeris etiam continuatis, ut altera folii prioris columna, quam vocant, periisse existimanda sit. Nec inter I. et II. fragm. tot versus intercidisse probabile est, quot explendae tali columnae necessariae fuerint.

Ita iudicari etiam licet de ingeniosissimo lusu magni poëtae Goethii, qui in libello *Kunst und Alterthum* inscripto IV, 2. p. 26. VI, 1. p. 749. ex his fragmentis tragoediam ipsam restituere conatus est. De codicis antiqui scriptura ita Hasius:

„Litterae hinc illinc tantopere evanuerunt, ut omne prioris atramenti vestigium absit, nonnunquam quoque membrana liquoris acritudine sit consumta. Maior igitur versuum pars non aliter legi potest, nisi quum folium soli adverso obtenditur. Ita fol. Cod. hodierni 163. *rectum*, et fol. 163. *versum* se habent. Utriusque folii pagina altera litteris paulo fulvioribus inducta est, quae tamen, quia charta a scriba posteriore levigata est, non nisi summae oculorum contentioni apparent. — Forma litterarum tam atroci manu exstinctarum crassiuscula, simillima illi videtur, quae in epp. D. Pauli invenitur, nisi quod magis rotundam dixerim. Correctiones, quas serior manus, casui tamen his pagellis fatali anterior, necessarias addidit, litteris minoribus iisque magis inclinatis distinguuntur. Iam Griesbachio enim hunc codicem sagacissime examinanti indicia haud pauca probaverunt, eum ab homine latino litterarum graecarum parum gnaro esse exaratum. Habent hae pagellae rescriptae similia quaedam, eodem scriptore digna. Errores ab eo commissos litterator quidam correxit, accentus quoque et apostrophos imprimis addens. Sic, ut pauca memorem, in paginae tertiae versu tertio a fine scripserat librarius *ΑΓΕΙ* quod a litteratore seriore in *ΑΧΕΙ* est mutatum; in eadem pagina loco ceterum perturbatissimo *Ξ* per *KC* expresserat. Pag. 4. *ΕΔΩΚΕΙ*, postea *ΤΥΠΔΟΥΝ* legebatur. Serior hic calligraphus nomina personarum margini apponens de fragmento hocce optime meruit. Sunt illae personae *ΦΑΕΘ. ΜΕΡΟΨ*, *ΘΕΡΑΠ.* χ° et *ΤΡΟ.* Accuratissime hae correctiones et personae a litteratore additae rubro liquore sunt notatae. Sed nonnunquam notae illae nihil ad textum explicandum, mutilum illum, uti nunc est, faciunt, quandoquidem tenebras reddunt obscuriores, ut in fragmenti linea extrema. Ii versus, qui rubro colore celantur, cui scriba in folio 163. *verso* minime pepercit, nobis prorsus interierunt; pars sub nigris litteris latet, et ii, qui in purioribus

foliorum partibus scripti supersunt, oculatissimos paene homines effugiunt. Litteras quam diligentissime poteram describere antiquissimum habui; litteras dubias asteriscis notavi."

Haec ille. Equidem in his fragmentis ita versandum mihi duxi, ut primum Hasianum apographum quam accuratissime fieri posset arte lithographica descriptum darem, tum quae Bekkerus in codice legerat, e schedis eius ab Hermanno humanissime mihi concessis adderem. In quibus ab initio nonnunquam dubius haesi, utrum, quae revera in codice scripta legisset, dederit Vir in legendis manu scriptis codicibus exercitatissimus et perspicacissimus, an ingeniosa coniectura ductus ea, quae legi non poterant, ex ingenio emendaverit: tantopere nonnunquam Bekkeriana ab apographo illo dissident. Sed mox vanam esse illam suspicionem intellexi. Tandem versus adscripsi, quales ab Hermanno editi sunt. Sed ordinem sequamur, et prima ponamus ea fragmenta, quae ante Parisina locum habuisse apparet.

I. Strab. I. p. 33. ed. Casaub. p. 58 sq. Almel. *Ὁ Εὐριπίδης ἐπὶ τῷ Φαέθοντι τὴν Κλυμένην φησὶ*

δοθῆναι Μέροπι τῆσδ᾽ ἄνακτι γῆς,
ἣν ἐκ τεθρίππων ἁρμάτων πρώτην χθόνα
Ἥλιος ἀνίσχων χρυσέᾳ βάλλει φλογί.
Καλοῦσι δ᾽ αὐτὴν γείτονες μελάμβροτοι
Ἕω φαεννὰν Ἡλίου θ᾽ ἱπποστάσεις.

Νῦν μὲν δὴ κοινὰς ποιεῖται τὰς ἱπποστάσεις τῇ τε Ἠοῖ καὶ τῷ Ἡλίῳ· ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς πλησίον αὐτάς φησιν εἶναι τῇ οἰκήσει τοῦ Μέροπος. Καὶ ὅλῃ γε τῇ δραματουργίᾳ τοῦτο παραπέπλεκται, οὐ δήπου τῆς κατ᾽ Αἴγυπτον Αἰθιοπίας ἴδιον ὄν, μᾶλλον δὲ τῆς παρ᾽ ὅλον τὸ μεσημβρινὸν κλίμα διηκούσης παραλίας. Versus quatuor posteriores ita vertit Grotius Exc. p. 410. *Quae prima tellus, quadriiugos cum Sol agit Currus renascens, auream sentit facem: Haec a propinquis regio nigricoloribus Oriens vocari Solis et statio solet.* Locus quin sit e prologo, dubitari non licet. Diogen. L. II, 10. de Anaxagora: *φασὶ δ᾽ αὐτὸν προειπεῖν τὴν περὶ Αἰγὸς ποταμὸν γενομένην τοῦ λίθου πτῶσιν, ὃν εἶπεν ἐκ τοῦ ἡλίου πεσεῖσθαι· ὅθεν καὶ Εὐριπίδην μαθητὴν ὄντα αὐ-*

τοῦ χρυσέαν βῶλον εἰπεῖν τὸν ἥλιον ἐν τῷ Φαέθοντι. unde Valcken. diatr. p. 31. suspicabatur Diogenem v. 3. legisse *χρυσέᾳ βώλῳ φλέγει.* quod idem Barnesio in mentem venisse videtur, qui addiderit: al. *χρυσέᾳ βώλῳ φλέγει.* Mirum vero Diogenem e Phaethonte citare, quod etiam in Oreste v. 974. legitur nec quam commode Sol dicatur *χρυσέᾳ βώλῳ φλέγειν*, intelligo. Itaque memoriter citans Diogenes Phaethontem pro Oreste nominasse mihi videtur. Ante hunc locum vero sedem fuisse fr. XVIII. videri, infra ad eum locum indicavi.

II. Fragm. 1. Paris. fol. 162. verso. vid. Tab. I.

V. 1—4. Bekker.

Μνησθεὶς ὅ μοί ποτ᾽ εἶφ᾽, ὅτ᾽ εὐνάσθη, θεός,
αἰτοῦ τί χρήζεις ἕν· πέρα γὰρ οὐ θέμις
λαβεῖν σε. κἂν μὲν τυγχάνῃς ε . . . . .
θεοῦ πέφυκας· εἰ δὲ μή, ψευδὴς ἐγώ.

Sic etiam Herm. V. 3. ad litteram ε... Bekker in marg. appinxit: (*ἐτητύμως?*) Hermanno in vestigiis apographi latere potius videbatur *σάφ᾽ ἴσθ᾽ ὅτι*, idque reposuit. In secundo versu non concoquo verba *αἰτοῦ τί χρήζεις ἕν.* Neque enim hoc pro *αἰτοῦ ὅ τι χρήζεις* accipere patitur linguae ratio. An scribendum: *αἰτοῦ· τί χρήζεις ἕν;* *quid hoc unum est quod petis?* Ibid. pro *οὐ θέμις* e vestigiis apographi conieceram *οὐ καλόν.* Quod restat, Hermann. recte monet, scenam, cuius hoc fragmentum sit, non longe a principio fabulae fuisse videri; unde carmen chori, quod sequitur, parodum fuisse verisimile esse. Haec vero verba sunt Clymenes.

V. 5—8. Bekker.

Φαεθ. *πῶς οὖν πρόσειμι δῶμα θερμὸν Ἡλίου;*
— *κείνῳ μελήσει σῶμα μὴ βλάπτειν τὸ σόν.*
— *ἐπεὶ πατὴρ πέφυκεν. οὐ καλῶς λέγεις.*
σάφ᾽ ἴσθι· πεύσῃ δ᾽ αὐτὸ τῷ χρόνῳ σαφῶς.

Supra *ἐπεί* v. 7. scripsit: corr. *εἴπερ*, quod recepit Hermannus, qui eodem v. scripsit *κοὐκ ἄλλως λέγεις.* V. 6. 7. 8. vices personarum lineola tantum indicatae sunt, quam in v. 8. neglexisse videtur Bekker. Igitur hunc etiam versum Herm. Clymenae tribuit.

V. 9—18. Bekk.

ἀρκεῖ. πέποιθα γάρ σε μὴ ψευδῆ λέγειν.
ἀλλ᾽ ἕρπ᾽ ἐς οἴκους· καὶ γὰρ αἵδ᾽ ἔξω δόμων
δμωαὶ περῶσιν, αἵ πατρὸς .. τας γάμους
σαίρουσι δῶμα, καὶ δόμων κειμήλια
καθ᾽ ἡμέραν φοιβῶσι, κἀπιχωρίοις
ὀσμαῖσι θυμιῶσιν εἰσόδους δόμων,
ὅταν δ᾽ ὕπνου γεραιὸς ἐκλιπὼν πατὴρ
πύλας ἀμείψῃ, καὶ λόγους γάμων πέρι
λέξῃ πρὸς ἡμᾶς, ἡλίου μολὼν δόμους
τοὺς σοὺς ἐλέγξω, μῆτερ, εἰ ψευδεῖς λόγοι.

V. 11. ita explet Herm. *αἵ πατρὸς κοιμωμένου*, in reliquis Bekkerum sequens. V. 15. *ἐκλιπὼν ὕπνου* dictum est ut *ἐκφυγεῖν νόσου* et similia, de quibus vid. Gramm. gr. §. 353. V. 18. pro *τοὺς σοὺς ἐλέγξω — λόγους.* Similiter Eur. Herc. f. 842. *γνῷ μὲν τὸν Ἥρας οἷος ἔστ᾽ αὐτῷ χόλος.* Vid. Porson ad Eur. Hec. 1030. Post hunc versum Bekkerus ita:

versus vacuus
κατα γαν a manu corr.
— *α* ab eadem
versus vacuus.

V. 19—32. Bekker.

μέλπει δὲ δένδρεσι λεπτὰν
ἀηδὼν ἁρμονίαν
ὀρθρευομένα γόοις
Ἴτυν Ἴτυν πολύθρηνον.
σύριγγας δ᾽ οὐριβᾶται (sic)
κινοῦσιν ποίμνας ἐλαταί.
ἔγρονται δ᾽ εἰς βοτάναν
ξανθᾶν πώλων συνζυγίαι.
ἤδη δ᾽ εἰς ἔργα κυναγοὶ
στείχουσιν θηροφόνοι,
πηγαῖς τ᾽ ἐπ᾽ Ὠκεανοῦ
μελιβόας κύκνος ἀχεῖ.
ἄκοντοι δ᾽ ἀνάγονται ὑπ᾽ εἰρεσίας,
ἀνέμων τ᾽ εὐαέσιν ῥοθίοις,
ἀνὰ δ᾽ ἱστι - - - - - -

Hermann. priores versus usque ad 23. stropham esse, v. 23—30. antistropham animadvertit, tum a v. 31. incipit στρ. β′. cui respondeat in fragm. quod sequitur, antistropha v. 2. Hinc v. 21. ordine verborum mutato scripsit *γόοις ὀρϑρευομένα.* V. 31. apertum est legendum esse *ἄκατοι.*

Cum isto, paucis deperditis cohaeret fr. III.

III. Fragm. Paris. II. vid. Tab. II.

V. 1—17. Bekker.

σινδὼν δὲ πρόγονον ἐπὶ μέσον πελάσει.
τὰ μὲν οὖν ἑτέροισι μέριμνα πέλει
κοσμεῖν· ὑμεναίῳ δὲ δεσποσύνων
ἐμὲ καὶ τὸ δίκαιον ἐάγει καὶ ἔρως
κτ
ὑμνεῖν· δμωσὶν γὰρ ἀνάσσων
εὐάμεροι προσιοῦσαι
μολπαὶ ϑράσους αιου
σ᾽ ἐπιχαρματα εἰ δὲ τύχα τι τέκοι
βαρὺν βαρεῖα φόβον ἔπεμψεν οἴκοις.
ὁρίζεται δὲ τὸ φάος γαμων τελος
τὸ δή ποτ᾽ εὐχαῖς ἐγώ
λισσομένα προσεβην
ὑμένιιον ἀεῖσαι
φίλον φίλων δεσποτᾶν.
ϑεος ελω κεχχρονος εκρατε
λέχος ἐμοῖσιν ἀρχέταις.
ἴτω τελεία γάμων ἀοιδά.

V. 1. Herm. *πρότονον* et *πελάσσει.* A v. 2. incipit antistropha β′ respondens strophae β vv. 31. fragm. I. In strophico tamen 32. deest syllaba ad explendum anapaestum tertium: ∪ ∪ –́ – –́ ∪ –́ ∪ ∪ – quam in antistrophico sit – –́ ∪ ∪ –́ – –́ ∪ ∪ –́ V. 3. Herm. *κῶμον δ᾽* pro *κοσμεῖν,* deleto *δέ* ante *δεσποσύνων.* V. 4. *ἄγει* pro *εαγει.* V. 7. 8. idem egregie *ϑράσος αὔξουσ᾽ ἐπὶ χάρματ᾽· εἰ δὲ τ. τι τ.* — V. 10 sqq. epodum efficiunt apud Herm. qui *τόδε φάος* dedit. V. 12. 13. idem in unum versum coniunxit *λισσομένα προσέβαν ὑμέναιον ἀεῖσαι.* V. 15. *ϑεὸς ἔδωκε, χρόνος ἔκρανε,* ut est in apographo.

V. 18—24. Bekker.

ἀλλ᾽ ὅδε γὰρ δὴ βασιλεὺς πρὸ δόμων
κῆρύξ ϑ᾽ ἱερὸς καὶ παῖς Φαέϑων
δι corr.
βαίνουσι τριπλοῦν ζεῦγος· ἔχειν χρὴ
στόμ᾽ ἐν ἡσυχίᾳ.
περὶ γὰρ μεγάλων γνώμας δείξει,
ϑ λ
παῖδ᾽ ὑμεναίοις, ὥς φησι, λέγων
ζεῦξαι νύμφης τε λεπάδνοις.

Sic etiam Hermann. v. 20. *τριπλοῦν.* 23. *ϑέλων.*

V. 25—34. Bekker.

ὠκεανοῦ πεδίων οἰκήτορες
εὐφαμεῖτ — ὦ,
ε
ἐκτόπιοί τε δόμων ἀπαείρατε
ωτε λαοι
κηρύσσω δ᾽ ὁσίαν βασιληιον
αυτωδαυδαν
εὐτεκνίαν τε γάμοις ὧν ἔξοδος
ἥδ᾽ ἕνεχ᾽ ἥκει
παιδὸς πατρός τε τῆδ᾽ ἐν ἡμέρᾳ λέχη
σῖγ
κρᾶναι ϑελόντων. ἀλλὰ τηδ᾽ ἔστω λεώς.
μεροψ - - - - - - - - - - -
- - - - - εἰ γὰρ εὖ λέγω

Pauca in his corrigenda erant, quae occupavit Herm. v. 28. *ὦ ἴτε λαοί.* v. 30. *αἰτῶ δ᾽ αἶσαν.* V. 29. 30. vertit: *Indico reverentiam regis, precorque felicitatem et bonam prolem connubio, cuius caussa adveniunt.* Ego vero nec *ὁσίαν* usquam de *reverentia* vel *pietate* usurpatum legere me memini, nec *αἶσαν* per se *felicitatem* significare puto, nec ionicam terminationem *-ήϊος* unquam apud Tragicos ne in choricis quidem observavi. Tum quid est *ἔξοδος ἥκει?* Itaque hunc locum ampliandum censeo.

Post hoc fragmentum in scena haud dubie spectanda proponebantur sacra nuptialia ipsa; inter quae Phaethon abit patrem inquisiturus, clam tamen Merope,

quem nihil de hoc filii consilio rescivisse atque adeo ne suspicatum quidem esse sequens fr. indicat. Interea Phaethon currum a Sole patre in unum diem impetrat, sed quum equos regere nesciret, fulmine de coelo deiectus et iam mortuus in regiam defertur eo ipso tempore, quo chorus hymenaeum canens exit.

IV. Fragm. Paris. III. fol. 163. verso. Vid. tab. III.

V. 1. 2. Bekk. sic scripta exhibet:

πυρος Θερινυς ἐν νεκροῖς θερηνυαι
ζωσα ηδ ἀνίησι ἀτμὸν ἐμφανη

unde Hermannus fecit:

Πυροῦσσ᾽ Ἐριννὺς ἐν νεκροῖς θερήϊον
ζῶσ᾽ ἠδ᾽ ἀνίησ᾽ ὀτμὸν ἐμφανῆ - - -

Καπνοῦ ex coniectura adiici posse monet Hermann. qui „Locus hic, inquit, ad emendandum difficillimus est, ut et corruptus et mutilus, et perditis, quae praecesserunt. *Θερήϊον* pro *θέρειον* neque defendam neque damnem, siquidem fieri potuit, ut haec forma ex aliqua epicorum auctoritate usurparetur de eo, quod ureret vel ignem redoleret. Aliter in promtu est *θερηγενῆ* scribere. — — Si nihil praecessit, quod ad *ἐν νεκροῖς* referretur, veluti *γυίοις*, universe dictum sit *ἐν νεκροῖς* necesse cum admiratione, etsi de solo Phaethonte intelligendum. *Ἐριννὺς* autem non ad ignem in mortui corpore aestuantem spectat, sed ad culpam Clymenae eiusque culpae poenam trahendum: *ignea Furia in mortuis vivens manifestum excitat igneum spiritum fumi.*“ Idem orationem Clymenae esse monet, quae e mortui Phaethontis corpore fumi odorem spargi animadvertens, metuit, ne palam fiat marito ex se illum esse prognatum. Ego tamen in nonnullis adhuc haereo: primum enim non assequor, quae Furiae in his partes esse potuerint, et quam culpam admiserit sive Clymene sive Phaethon, quam Furia persequatur; neque enim omnia scelera et facinora ulciscuntur Furiae, sed ea tantum, quae ex caede cognati alicuius concepta sunt. *Πυροῦσσ᾽ Ἐριννὺς* haud scio an nusquam appelletur, nec magis *Ἐριννὺς ζῶσα ἐν νεκροῖς*.

V. 3—5. Bekker.

ἀπωλόμην. οὐκ οἴσετ᾽ εἰς δόμους νεκυν;
ποσις ποσις μολπαισιον γαμηλίους
μολπαις ἀϋτεῖ παρθένοις ἡγούμενος.

Primum v. id est tertium eodem modo scripsit Hermann. sed duos reliquos sic:

ἴθ᾽, ὡς πόσις μοι πλησίον γαμηλίους
μολπὰς ἀϋτεῖ, παρθένοις ἡγούμενος.

Notabile autem patrem ipsum vel qui patris certe vices gerit, hymenaeum canere, *μολπὰς γαμηλίους ἀϋτεῖν*, et chorum puellarum ducere.

V. 6—11. quos apographum non habet, ita scripta habet Bekker.

οιθασσεουσουμολγον ἐξομόρξετε
εἴ πού τις ἐστιν αἵματος χαμαὶ πεσών.
ΕΠΕΙΙΕΤΕΑΙΑΛΜΩΔες κρύψω δέ νιν
ξειστοῖσι θαλάμοις, ἔνθ᾽ ἐμῷ κεῖται πόσει
χρυσός, μόνη δὲ κλῇθρα ἐγὼ σφραγίζομαι.

Hinc Hermann.

οὐ θᾶσσον; οὐκ ἄμολγον ἐξομόρξετε,
εἴ που κ. τ. λ.
ἐπείγετ᾽, εἶα, δμωΐδες. κρύψω δέ νιν
ξεστοῖσι κ. τ. λ.

Ἄμολγος, quidquid turbidum est, significat, inquit Hermann. de quo mihi non constat. Vid. Buttmann. Lexilog. II. p. 43 sqq. V. 8. non dubito, quin optime sanaverit Hermann.

V. 12. 13. 14. Bekker.

ὦ καλλιφεγγὲς ἥλιε, ὥς μ᾽ ἀπώλεσας
καὶ τόνδε. ἀπόλλων δ᾽ ἐν βροτοῖς ὀρθὸς καλῇ,
ὅστις τὰ σιγῶντ᾽ ὀνόματ᾽ οἶδε δαιμόνων.

Versus 12. 13. afferunt etiam Macrob. Saturn. I, 17. (*Alii cognominatum Apollinem putant* ὡς ἀπολλύντα τὰ ζῶα. *exanimat enim et perimit animantes, cum pestem intemperie caloris immittit, ut Euripides in Phaethonte.* Ὦ χρυσοφεγγὲς Ἥλι᾽, ὥς μ᾽ ἀπώλ. Ὅθεν σ᾽ Ἀπόλλων ἐμφανῶς κλῄζει βροτός) et Schol. Eurip. Orest. 1373. qui sic scriptos affert Ὦ καλλιφεγγὲς Ἥλιον, ὥς μ᾽ ἀπώλεσας, Καὶ τοῦδ᾽ Ἀπόλλων οὕτως εἰ κλῄζει

βροτοῖς. Porson. ad Orest. 584. *ἐκ τοῦδ' Ἀπόλλων ἐμφανῶς κλήζει βροτοῖς.* Hermann.

καὶ τόνδ'· Ἀπόλλω δ' ἐν βροτοῖς σ' ὀρθῶς καλεῖ
ὅστις τὰ σ. κ. τ. λ.

Apollinis cum Sole confusi hoc antiquissimum exemplum est, atque adeo, nisi fallor, apud antiquos scriptores, id est eos qui ante Alexandri M. tempora vixerunt, unicum. *τὰ σιγῶντα ὀνόματα* sunt, puto, reconditiora, quorum vim et significationem non capit vulgus, non ea, quae vulgo non usurpantur. Sed illa vis quomodo inesse possit in voce *σιγῶν*, non perspicio.

V. 15—32. Pervenimus iam ad locum, qui facilius et legi et emendari potest. Cum apographo Bekkeri scriptura plerumque conspirat, nisi quod v. 17. habet *ταν ερωτων ποτνιαν ταν παρθενο . .* v. 18. *ἀφροδίταν.* v. 19. *πότνια σοὶ τάδ' ἐγὼ νυμφιας . .* v. 20. *κύπρι θεῶν καλλίστα.* v. 32. *πωλω τὸν ἐν αἰθέρι κρύπτει* i? V. 24. *ἀγὸν μέγαν* pro *ΔΙΟΝΥΣΟΝ* v. 25. *τῆσδε πόλεως βασιλῆ' νυμφεύεται.* v. 26. *ἀστερωτοῖσι δόμοισι χρυσέων* v. 28. *ω μακαρων βασιλευς μειζωνστολβος*, sed litteris *ωνσ* et ultima v. *ὄλβος* linea subducta notatis. v. 29. *τηλευσεις·* v. 30. *καὶ μόνος ἀθανάτων.* v. 32. *ὑμνήσεται.* Hinc Hermannus hos versus confecit:

Ὑμήν, Ὑμήν,
τὰν Διὸς οὐρανίαν ἀείδομεν,
τὰν ἐρώτων πότνιαν, τὰν παρθένοις
γαμήλιον Ἀφροδίταν.
πότνια, σοὶ τάδ' ἐγὼ νυμφεῖ' ὀφείλω,
Κύπρι, θεῶν καλλίστα,
τῷ τε μονόζυγι σῷ
πώλῳ, τὸν ἐν αἰθέρι κρύπτεις
σῶν γάμων γένναν·
ἃ τὸν μέγαν
τᾶσδε πόλεως βασιλῆ νυμφεύετε,
ἀστερωποῖσιν δόμοισι χρυσέοις
ἀρχὸν, φίλον Ἀφροδίτᾳ.
ὦ μάκαρ, ὦ βασιλέως μείζων ἔτ' ὄλβον,
ὃς θεὰν κηδεύσεις,
καὶ μόνος ἀθανάτοις
γαμβρὸς δι' ἀπείρονα γαῖαν
θνατὸς ὑμνήσῃ.

Pleraque ex his verissime restituta videntur; haereo tamen v. 16. 17. in verbis *τὰν παρθένοις γαμήλιον, quae virginibus nuptias conciliat,* qua potestate alibi *γαμήλιος* usurpatum non inveni. Videtur aliud quid latere, quod tamen expiscari nondum potui. *γαμήλιον φάος ἀνίσχειν* Venus dici poterat. Tum vero quomodo Amorem *ἐν αἰθέρι κρύπτειν* Venus dici potest? quod in Baccho Iovem fecisse Euripides narrat Bacch. 271 sqq. Ita in loco obscuro ne *νεόζυγι* quidem mutare audeo, quo vocabulo quum Amor declarari non possit, Herm. non dubitavit *μονόζυγι* scribere. V. 23. *ἃ* ad *νυμφεῖα* refert Hermann. At num *νυμφεῖα dona pro sponsa oblata, sacrificia sponsalia* dici possunt *νυμφεύειν τινά.*

V. 33—37. Secundum Bekker. ita leguntur:

Μεροψ. Χώρει σὺ καὶ τάσδ' εἰς δόμους ἄγων κόρας
γυναῖκ' ἄνωχθι πᾶσι τοῖς κατὰ στόμα
θεοῖς χορεῦσαι καvκυμωσασθαι ' μοι
σεμναῖσιν ὑμεναίοισιν, ἑστίας θ' ἕδος,
ἀφ' ἧς τι σώφρων πασαν . αρχετ.
εὐχὰς π. . . . .

quae Hermann. sic emendavit, ut v. 35. scriberet *καὶ κυκλώσασθαι δόμους* et v. 37. *ἀφ' ἧς τὸ σῶφρον πᾶς ἂν ἄρχεσθαι θέλοι Εὐχὰς π[οιεῖσθαι].* Offendunt me in his *οἱ κατὰ στόμα θεοί*, quae verba nihil aliud significare posse videntur nisi *deos adversos s. faciem saltantibus obvertentes*, ut Rhes. 406. *Θρῃκῶν ἀρίστοις ἐμπεσὼν κατὰ στόμα.* 487. *τάξον μ' Ἀχιλλέως καὶ στρατοῦ κατὰ στόμα.* et v. 506 sq. *λάθρα* et *κατὰ στόμα* inter se opponuntur. At per se patet *aversis* diis nec preces fieri nec saltari. Boissonad. „E vestigiis qui *κατὰ στόμα* fecerunt, non explicabunt id facile: *κατ' ἀστέρας* est probabilius. In Cyclope 353. *Σύ τ', ὦ φαεννῶν ἀστέρων οἰκῶν ἕδρας, Ζεῦ.*"

Post v. 38. non tantum quatuor versus, quod monet Hermann. sed ex observatione Hasii, quam supra memoravi, tota altera paginae columna quam vocant, deest.

V. Fragm. Paris. IV. fol. 163. recto. Vid. Tab. IV.

V. 1—10. Bekker.

θεᾶς προσελθιν τέμενος ἐξ ἐμῶν δόμων

δέσποτα
Θεραπ. ὦ πάτερ, ἔστρεφα ἐκ δόμων ταχὺν πόδα.
συγαρ συζωσης εμναθηραυσμιτα
χρυσοῦ δι᾽ ἁρμῶν ἐξαμείβεται πύλης
καταινουμελαιναν ως ἔνδοθεν στέγης.
προσθεὶς πρόσωπον φλόγα μὲν οὐχ ὁρῶ πυρός,
γέμοντα δ᾽ οἶκον μέλανος ἔνδοθεν καπνοῦ.
ἀλλ᾽ ἔσιθ᾽ ἐς οἶκον, μή τιν᾽ ἥφαιστος χόλον
δόμοις ἐπεισφρεὶς μέλαθρα συμφλέξῃ πυρί
ἐν τοῖσιν ἡδίστοισιν Φαέθοντος γάμοις.

quorum versuum correctio egregie cessit Hermanno, qui v. 3. scripsit: οὐ γὰρ σὺ σώζῃ σεμνὰ θησαυρίσματα, et v. 5. καπνοῦ μέλαινα λιγνὺς ἔνδ. στ. Nam v. 1. in promtu erat scribere προσέλθῃ. v. 2. ὦ δέσποτ᾽, ἔστρεψ᾽ ἐκ δ.

V. 11—19. Bekkerus:

Μεροψ. πῶς φῄς; ὕρα μὴ θυμάτων πυρουμένων
κατ᾽ οἶκον ἀτμὸν κεῖσε ἀποσταλέντ᾽ ἴδῃς.
Θερ. ὕπαντα ταῦτ᾽ ἤθρησε καυπωτουσεχει,
Μερ. οἶδεν δ᾽ ἐμὴ ἢ οὐκ ἐπίσταται δάμαρ;
Θερ. θυηπολοῦσα θεοῖς ἐκεῖσ᾽ ἔχει φρένας.
Μερ. ἀλλ᾽ εἶμι, ἐπεί τοι καὶ φιλεῖ τὰ τοιάδε
ληφθέντα φαύλως ἐς μέγα χειμῶνα δι.
σὺ δ᾽, ὦ πυρὸς δέσποινα, δήμητρὸς κόρη,
ἥφαιστέ τ᾽ εἴητ᾽ εὐμενεῖς δόμοις ἐμοῖς.

V. 13. Herm. ἅπαντα ταῦτ᾽ αἴθρη τ᾽ ἀκαπνωτοί θ᾽ ὁδοί. Boisson. ed. - ἤθρησα· καπνὸς ἔτ᾽ ὅσσ᾽ ἔχει. quae ipsi explicanda relinquo. Idem v. 17. - - ἐς μέγαν χειμῶν᾽ ἄγειν. Reliqua ut Bekk. Proserpina hoc uno loco, quod sciam, πυρὸς δέσποινα vocatur.

V. 20—33. Tandem aliquando ad versus pervenimus, nec ad legendum nec ad emendandum difficiles, quique et in apographo et apud Bekker. paucis exceptis conspirant. Itaque eos adscribam, prout ab Hermanno emendati sunt:

Χορ. Τάλαιν᾽ ἐγὼ, τάλαινα, ποῖ πόδα
πτερόεντα καταστάσω;
τίν᾽ αἰθέρ᾽, ἢ γᾶς ὑπὸ κεῦθος ἄφαν-
τον ἐξαμαυρωθῶ;
ἰώ μοί μοι, καταφανήσεται
βασίλεια τάλαινα, παῖς τ᾽ ἔσω

κρυφαῖος νέκυς.
ὀτοτοτοῖ, κεραύνιοί τ᾽ ἐκ Διὸς
πυρίβολοι πλαγαὶ λέχεά θ᾽ Ἁλίου.
ὦ δυστάλαινα τῶν ἀμετρήτων κακῶν
Ὠκεανοῦ κόρα,
πατρὸς, ἴθι, πρόσπεσε
γόνυ λιταῖς, σφαγάς,
σφαγὰς οἰκτρά τ᾽ ἀρκίσαι σᾶς δειρᾶς.

V. 23. servare malim ἐξαμαυρώσω, ut hoc etiam ad πόδα referatur. Et vix puto eum qui se abscondat ἐξαμαυρωθῆναι dici posse. V. 33. legendum coniicio σφαγὰς οἰκτρὰς ἀρκέσαι, ut edidit Boissonad.

V. 34 etc. Hanc particulam duobus dimidiatis versiculis auctam habet Bekker. v. 37. καλεῖ τὸν οὐ κλύοντα δυστυχῆ γόνον - - - - - ὀμμάτων ὁρῶν σαφῆ. V. 35. Bekker. ἤκουσ᾽ ἀπ᾽ ἀρχῆς δ. στεν. sed recte Hermann. scripturam Codicis servavit, interrogationis nota in fine posita: ἠκούσατ᾽ ἀρχὰς δεσπότου στεναγμάτων;

VI. (IX.) Plut. Sympos. IV, 2. p. 665. C. Πολλοὶ γὰρ οὔτε καίουσιν οὔτε κατορύττουσιν, ἀλλ᾽ ἐῶσι περιφρύξαντες, ὥστε ὁρᾶσθαι τοὺς νεκροὺς ἀσήπτους ἀεί, τὴν Εὐριπίδου Κλυμένην ἐλέγχοντας ἐπὶ τοῦ Φαέθοντος εἰποῦσαν·

φίλος δέ μοι
ἀλλ᾽ οὗτος ἐν φάραγξι σήπεται νέκυς.

Eleganter Musgrav. legendum coni. ἄλουτος pro ἀλλ᾽ οὗτος. Verisimile vero est Phaethontis corpus in gaza regia a matre conditum Meropis iussu inde protractum et in voraginem aliquam proiectum esse, alioqui hoc fragm. cum fr. IV, 3. 4. V, 1—10. pugnat. Hoc autem fr. cum sq. ante reliqua posui, quia Euripidis consuetudo ferre videbatur, ut primum calamitates personarum depingeret, et tum demum rem, prout gesta sit, exponentem aliquem induceret, cuius narratione miseria levaretur. Fortasse huc etiam referendus locus apud Plutarch. ibid. p. 666. C. Καὶ μυρίους ἤδη τεθνηκότας ἰδεῖν ἐστιν ὑπὸ βροντῆς, οὐδὲν οὔτε πληγῆς ἴχνος οὔτε καύσεως ἔχοντας, ἀλλ᾽ ὑπὸ φόβου τῆς ψυχῆς, ὡς ἔοικεν, ὄρνιθος δίκην ἀποπταμένης τοῦ σώματος.

Πολλοὺς γὰρ, ὡς ὁ Εὐριπίδης φησὶν, βροντῆς
πνεῦμ᾽ ἄναιμον ὤλεσεν.

quod apud Musgrav. est fragm. inc. 137. In eo Theo Smyrnaeus de musica c. 2. p. 75., citatus a Boeckhio de trag. gr. legit *τραῦμ᾽ ἄναιμον*, quod non praeferam cum Boeckh.

VII. (XI.) Plutarch. consol. ad uxor. p. 608. D. E. *Ἀλλὰ δέδια πάλιν μὴ συνεκβάλωμεν τῷ λυποῦντι τὴν μνήμην, ὥσπερ ἡ Κλυμένη λέγουσα,*

Μισῶ δ᾽ εὐάγκαλον
*τόξον κρανείας, γυμνάσια δ᾽ οἴχοιτο **

Heath ad explendum metrum scribi iubet *Μισῶ δὲ τοὐδ᾽ εὐάγκαλον Τόξ.* et in fine sec. v. *μοι*. Equidem de suis exercitationibus loqui putabam Clymenen, quas nunc moerore ob filium interemtum afflicta omissuram se dicat, non de Phaethontis arcu. Musgrav. - - *τόξον. Κρανεῖαι γυμνάσια τ᾽ οἴχοιτο*, nescio qua de causa. Boissonad. ed. *Στυγῶ δ᾽ εὐάγκαλον Τόξον κρανείας· γυμνάσια δ᾽ οἴχοιτό μοι.*

VIII. (VI.) Clem. Alex. Paedag. III, 2. p. 222. Sylb. non memorato auctore neque fabula:

Μὴ θίγης ἡνιῶν, παιδίον, ἄπειρος ὤν
μηδὲ ἀναβῇς τὸν δίφρον ἐλαύνειν μὴ μαθών.

quos versus Grotius in Exc. p. 411. sic constituit:

Τῶν ἡνιῶν, παῖ, μὴ θίγης, ἄπειρος ὤν,
μηδὲ ἀναβῇς τὸ δίφρον, ἐλαύνειν μὴ μαθών.

sic versos: *Ah parce habenas tangere ignara manu, Currusque, fili, scandere agitandi rudis.* Alterum versum se emendasse, si *γ᾽* inseruisset, *μηδέ γ᾽ ἀναβ.* putabat Heath. Musgrav. rectius sic:

- - - - - Μὴ θίγης οὖν ἡνιῶν,
ἄπειρος ὤν, ὦ παιδίον, μήδ᾽ ἐς δίφρον
ἀναβῇς, ἐλαύνειν μὴ μαθών - -

IX. X. (VII. VIII.) Longin. de sublim. 15. *Τῷ γοῦν Φαέθοντι παραδιδοὺς τὰς ἡνίας ὁ Ἥλιος,*

Ἔλα δὲ μήτε Λιβυκὸν αἰθέρ᾽ ἐμβαλών·
κρᾶσιν γὰρ ὑγρὰν οὐκ ἔχων ἁψῖδα σὴν
κάτω διήσει — — —

φησίν· εἶθ᾽ ἑξῆς·

Ἵει δ᾽ ἐφ᾽ ἑπτὰ Πλειάδων ἔχων δρόμον.
Τοσαῦτ᾽ ἀκούσας εἶτ᾽ ἔμαρψεν ἡνίας,
κρούσας δὲ πλευρὰ πτεροφόρων ὀχημάτων
μεθῆκεν· αἱ δ᾽ ἔπταντ᾽ ἐπ᾽ αἰθέρος πτύχας.
πάτηρ δ᾽ ὄπισθε νῶτα σειραίου βεβὼς
ἵππευε, παῖδα νουθετῶν· ἐκεῖσ᾽ ἔλα,
τῇ ῥα στρέφ᾽ ἅρμα, τῇ δέ - - -

Ἆρ᾽ οὐκ ἂν εἴποις, ὅτι ἡ ψυχὴ τοῦ γράφοντος συνεπιβαίνει τοῦ ἅρματος καὶ συγκινδυνεύουσα τοῖς ἵπποις συνεπτέρωται; οὐ γὰρ ἄν, εἰ μὴ τοῖς οὐρανίοις ἐκείνοις ἔργοις ἰσοδρομοῦσα ἐφέρετο, τοιαῦτ᾽ ἄν ποτε ἐφαντάσθη. Grotius in Excerpt. p. 410. *Agitare parce Libyca qua coeli plaga est: Expers madoris quippe destituet rotas, Infraque mittet. - - - Septem per astra Pleiadum cursum tene. Haec cum audisset frena transsumsit puer, Et latera fodiens illico alipedes equos Dimisit. illi spatia per coeli volant. Funalis at equi terga Sol genitor premens Adest, monetque filium; heus isthac age, Huc flecte currum.* In secundo versu male Grotius et cum eo Barnes. *παῖς* pro *εἶτ᾽*, peius etiam Toup. *χέρσ᾽ ἔμ. ἡ.* Vid. Monk. ad Eur. Hipp. 1183. *εἶτα* est *tamen*. Vid. quos citavi Gramm. gr. §. 566. 3. p. 1116. not. *u*. §. 603. p. 1211. not. *a*. et Porson. advers. p. 243. Lips. — V. 3. *πλευρά* pro *πλευρὰν* MS. Paris. quod probat Toup. Vid. Porson. ad Eur. Or. 217. ad Hec. 214. *πτεροφόρων ὀχημάτων*, *equorum*. Vid. Heath. qui commode laudat Rhes. 617. 793 sq. V. 4. *πτυχαῖς* male Barn. quum apud Grot. esset *πτύχας*. V. 5. *σειραίου* Rutgers. V. L. I, 10. p. 47. recte pro *σειρίου*, et ita Grot. Heath. Musgr. *Σειρίου* cum Salmasio exercit. Plin. p. 630. b. defendit Toup. *Pater autem pone, dorso canis sideris invectus, equitabat;* singulis enim sideribus suos equos fuisse. Quasi vero Sirius comitetur Solis currum, ut hic pater filium! nam apud Quint. Cal. VIII, 20. nihil eiusmodi legitur. Vid. etiam Heath. qui in eo tamen fallitur, quod *ὄπισθε νῶτα* iungit, *pone tergum*, pro quo esse

debebat ὄπισθε νώτων, et ἱππεύειν vertens *properare.* Solem post currum pedibus incedere fingit. νῶτα σειραίου βεβὼς dictum est ut ἕζεσθαι· νῶτα pro ἐν νώτοις. vid. Gramm. gr. §. 409. 4. b. p. 748. In fine pessime Grot. ἐλᾷ (sic) ἐκεῖ, στρέφ' ἅρμα τῇδε. Barn. ἔλα γ' ἐκεῖ. Salmas. ultimum versum sic explet: Τῇ ῥα στρέφ' ἅρμα, τῇδ' ἄρ' οὔ, soloece. ῥα merito suspectum est Boissonadio.

Ad hanc scenam referendum etiam videtur

XI. (XIII. XIV.) Stob. ecl. phys. p. 157. Grot. T. I. p. 540. Heer. et Vitruv. IX, 4. (IX, 1, 13. ed. Schneid.)

Θερμὴ δ' ἄνακτος φλὸξ ὑπερτέλλουσα γῆς
καίει τὰ πόῤῥω, τἀγγύθεν δ' εὔκρατ' ἔχει.

Binos versus coniungendos esse, quorum alter apud unum Vitruv. legitur, vidit iam Barnes. et post eum Valcken. diatrib. p. 32. In edd. Vitruvii legebatur καίει τὰ πόῤῥω, τὰ δ' ἐγγὺς εὔκρατ' ἔχει. Infelices Schotti Obs. V, 25. Grotii et Heathii emendationes praetereo; nostra lectio eidem Valckenaerio debetur. Grotius vertit priorem in ed. Stob. alterum in Excerpt. p. 411. *Flammata scandens fax dei terram super Remota adurit, posita quae propius sinit Bene temperata,* Locus Vitruvii hic est: *Si radii* (Solis) *per omnem mundum fusi circinationibus vagarentur, neque extentionibus porrecti ad trigoni formam linearentur, propiora flagrarent. Id autem etiam Euripides animadvertisse videtur; ait enim quae longius a sole essent, haec vehementius ardere, propiora vero eum temperata habere. Itaque scripsit in fabula Phaethonte sic: Καίει κ. τ. λ.*

XII. (XVI.) Theon. schol. in Arati Phaenom. 169. *Οὐκ ἀνωνύμως, φησὶ, φέρονται αἱ Ὑάδες ἐν τῷ μετώπῳ τοῦ ταύρου. Θαλῆς μὲν οὖν δύο αὐτὰς εἶπεν εἶναι, τὴν μὲν βόρειον, τὴν δὲ νότιον· Εὐριπίδης δ' ἐν τῷ Φαέθοντι τρεῖς.*

Subiiciam ea, quibus certum locum assignare non potui.

XIII. (XII.) Athenaeus XI. p. 503. D. *Εὐριπίδης Φαέθοντι·*

ψυκτήρια
δένδρεα φίλαισιν ὠλέναισι δέξεται.

Ita versus descripsit Heath. δένδρη pro δένδρεα scribit Valcken. ad Hippol. 199. Verbane esse dicamus Meropis locum, ubi sepeliatur Phaethon, sic demonstrantis?

XIV. (II.) Stob. tit. 38. p. 230. Gesn. 40. p. 159. Grot. et Gaisf.

Ὡς πανταχοῦ γε πατρὶς ἡ βόσκουσα γῆ.

Ubicunque recte vixeris, patriam puta.

XV. (III.) Stob. tit. 41. p. 239. Gesn. 43. p. 163. Grot. et Gaisf.

Ἐν τοῖσι μωροῖς τοῦτ' ἐγὼ κρίνω, βροτῶν
ὅστις πατὴρ ὢν παισὶ μὴ φρονοῦσιν εὖ
ἢ καὶ πολίταις παραδίδωσ' ἐξουσίαν.

Animi ille vecors est mea sententia, Quicunque natis mente non pollentibus Popularibusve frena tradit imperi. V. 1. Gesn. τοῦτον ἐγώ, sed in marg. τοῦτ' et sic Trincav. Paris. A. B. Barnes. et Toup., laudatus a Gaisf. τόνδ' ἐγώ. Musgr. τοῦτον ἐγκρίνω. Nostra lectio eadem est, quam ad Erechth. fr. I. illustravi, modo βροτῶν ad sequens ὅστις referas. V. 2. est ex emendatione Grotii pro ὅστις τῶν πατέρων.

XVI. (IV.) Stob. ibid. Apostolius XIII, 56.

Ναῦν τοι μί' ἄγκυρ' οὐδαμῶς σώζειν φιλεῖ,
ὡς τρεῖς ἀφέντι, προστάτης θ' ἁπλοῦς πόλει
σφαλερὸς, ὑπὼν δὲ κἄλλος οὐ κακὸν πόλει.

Haud tuta navis una quam tenet anchora, Ut quae tribus se credit; haud recte regat Vir unus urbem, satius adiungi alterum. Euripidis Phaethonti assignat Apostolius et ed. Gesn. Ex ea fabula si desumti sunt versus. in initio locum habere debuerunt, ubi fortasse de eo agebatur, utrum recte faceret Merops necne, Phaethontem socium regni assumens. Pro ἀφέντι Heath. ἀφεῖνται *ad tres usque numero proiici solent.* V. 4. Barn. marg. al. πέλει.

XVII. (V.) Stob. tit. 91. p. 507. Gesn. 93. p. 377. Grot. et Gaisf.

Δεινόν γε· τοῖς πλουτοῦσι τοῦτο δ' ἔμφυτον,
σκαιοῖσιν εἶναι. τί ποτε τούτου τἄιτιον;
ἆρ' ὄλβος αὐτοῖς ὅτι τυφλὸς συνηρεφεῖ,
τυφλὰς ἔχουσι τὰς φρένας καὶ τῆς τύχης.

Res misera, verum propria divitibus tamen, Bona carere mente; quid causae rear? An caeca quoniam diva largitrix opum Caecas alumnis efficit mentes suis? V. 2. τούτου αἴτιον Gesn. τούτῳ τ' αἴτιον Grot. Paris. A. Voss. τοῦτο ταἴτιον. B. τούτου ταἴτιον B. τοῦδε ταἴτιον Gaisf. ob canonem Porsonianum. Seidlero ad Electr. 369. scribendum videtur: δειλόν γε τοῖς πλουτοῦσι, τοῦτο δ' ἔμφυτον, σκαιοῖσιν εἶναι. τί ποτε τοῦδ' οὖν αἴτιον; ob locos Archel. fr. XXXII. Phoen. 597. Durior tamen constructio δειλὸν τοῖς πλουτοῦσι pro δειλὸν ὁ πλοῦτος. Dicere voluerat δεινόν γε τὸ τοὺς πλουτοῦντας σκαιοὺς εἶναι, sed ultima ex interposita sententia nexuit. Fortasse tamen scribendum τοῦτό γ' ἐμφ. De constructione vid. Gramm. gr. p. 805. V. ult. Heath. coni. vel τὴν τύχην vel τὰς τύχας. „Ita τὸ καί eamdem hic significationem habet ac ὥσπερ." Boissonad. ed. τυφλὰς ἔχουσι τὰς φρένας καὶ τὴν ψυχήν. spondeo versum iambicum claudens. Musgrav. haec verba ad sequentia pertinere videbantur.

XVIII. (XV.) Eustath. ad Od. ν' p. 502, 32. = 1731, 54. ἡ δὲ τοιαύτη προὶξ ὅτι καὶ φερνὴ λέγεται, δηλοῖ, φασίν, ἐν Φαέθοντι Εὐριπίδης εἰπών·

Ἐλεύθερος δ' ὢν δοῦλος ἐστι τοῦ λέχους,
πεπραμένον τὸ σῶμα τῆς φερνῆς ἔχων.

Cum liber esset, factus est servus thori, Pretioque dotis ipse sese vendidit. Grot. in Exc. p. 411. Eodem respicit Plutarch. εἰ αὐτάρκης ἡ κακία in. T. II. p. 498. B. Vid. Valcken. diatr. 274. Fortasse verba sunt Phaethontis, conditionem a patre propositam in colloquio cum matre recusantis; cui ut se subtraheret, ad Solem patrem profectus esse videtur.

Ad hanc fabulam referendum etiam esse, quod ex Euripide commemorat Plin. hist. natur. 37, 2. probabiliter suspicabatur Ruhnken. apud Luzac. Exerc. acad. p. 52. *Phaethontis fulmine icti sorores fletu mutatas in arbores populos, lacrymis electrum omnibus annis fundere iuxta Eridanum amnem, quem Padum vocamus, et*

electrum appellatum, quoniam Sol vocitatus sit ἠλέκτωρ, plurimi poëtae dixere, primique, ut arbitror, Aeschylus, Philoxenus, Nicander, Euripides, Satyrus, et paulo post: *Nam quod Aeschylus in Iberia, hoc est in Hispania, Eridanum esse dixit eundemque appellari Rhodanum, Euripides rursus et Apollonius in Adriatico littore confluere Rhodanum et Padum, faciliorem veniam facit ignorati succini in tanta orbis ignorantia.* Nam in his locum Eurip. Hippol. 730 sqq. respici, quae Luzacii est sententia l. c. vix credibile, quum ibi nec de nomine electri, ab ἠλέκτωρ derivandi, nec de Rhodano et Eridano confluentibus quidquam dicatur.

Ad Phaethontem Barnesius retulit etiam locum incerti auctoris apud Plut. de exsilio p. 600. F. Stob. tit. 38. p. 230. Gesn. 40. p. 159. Grot. Ὅθεν ὁ μὲν (εὖ μὲν Stob.) Ἡρακλῆς εἶπεν (ἐρωτηθείς add. Stob.)

Ἀργεῖος, ἢ Θηβαῖος· οὐ γὰρ εὔχομαι
μιᾶς· ἅπας μοι πύργος Ἑλλήνων πατρίς.

Male: quod e verbis praefixis patet.

PHILOCTETES.

Huius fabulae descriptionem magna ex parte exposuit Dio Chrysost. or. 52. p. 550. extr. et sqq. ed. Morell. (p. 549. A. ἥ τε γὰρ τοῦ Αἰσχύλου μεγαλοφροσύνη - - -) ἥ τε τοῦ Εὐριπίδου (1)*) σύνεσις καὶ περὶ πάντα ἐπιμέλεια, ὥστε μήτε ἀπίθανόν τι καὶ παρημελημένον ἐᾶσαι, μήτε ἁπλῶς τοῖς πράγμασι χρῆσθαι, ἀλλὰ μετὰ πάσης ἐν τῷ εἰπεῖν (5) δυνάμεως, ὥσπερ ἀντίστροφός ἐστι τῇ τοῦ Αἰσχύλου, πολιτικωτάτη καὶ ῥητορικωτάτη οὖσα καὶ τοῖς ἐντυγχάνουσι πλείστην ὠφέλειαν παρασχεῖν δυναμένη. εὐθὺς γοῦν πεποίηται προλογίζων αὐτῷ ὁ Ὀδυσσεὺς (10) καὶ ἄλλα τινὰ ἐνθυμήματα πολιτικὰ στρέφων ἐν ἑαυτῷ· καὶ πρῶτόν γε διαπορῶν ὑπὲρ αὐτοῦ, μὴ ἄρα δοκῇ μὲν τοῖς πολλοῖς σοφός τις εἶναι καὶ διαφέρων την σύνεσιν, ᾖ δὲ τοὐναντίον·

---

*) Numeri indicant versus edit. Morell. quos apposui, ut quae postea monenda duxero, facilius quo referri debeant, reperiri possit.

ἐξὸν γὰρ αὐτῷ ἀλύπως καὶ ἀπραγμόνως ζῆν, ὁ δὲ ἑκὼν ἀεὶ ἐν πράγμασι καὶ κινδύνοις γίνεται. τούτου δέ φασιν αἴτιον εἶναι τὴν τῶν εὐφυῶν καὶ γενναίων ἀνδρῶν φιλοτιμίαν· δόξης γὰρ ἀγαθῆς ἐφιέμενοι καὶ τοῦ εὐκλεεῖς παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις εἶναι μεγίστους καὶ χαλεπωτάτους ἑκόντες πόνους ὑφίστανται· οὐδὲν γὰρ οὕτω γαῦρον, ὡς ἀνὴρ ἔφυ (sic Heath. pro εὐφυής). ἔπειτα σαφῶς καὶ ἀκριβῶς δηλοῖ τὴν τοῦ δράματος ὑπόθεσιν καὶ οὗ ἕνεκεν ἐλήλυθεν εἰς τὴν Λῆμνον, φησίν τε ὑπὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἠλλοιῶσθαι, ὥστε ἐντυγχάνοντα τῷ Φιλοκτήτῃ μὴ γνωσθῆναι ὑπ᾽ αὐτοῦ, μιμησάμενος κατὰ τοῦτο Ὅμηρον· καὶ γὰρ ἐκεῖνος τοῖς τε ἄλλοις καὶ τῷ Εὐμαίῳ καὶ τῇ Πηνελόπῃ πεποίηκεν ἐντυγχάνοντα τὸν Ὀδυσσέα ἠλλοιωμένον ὑπὸ τῆς Ἀθηνᾶς. φησί τε πρεσβείαν μέλλειν παρὰ τῶν Τρώων ἀφικνεῖσθαι πρὸς τὸν Φιλοκτήτην δεησομένην αὐτόν τε καὶ τὰ ὅπλα ἐκείνοις παρασχεῖν ἐπὶ τῇ τῆς Τροίας βασιλείᾳ, ποικιλώτερον τὸ δρᾶμα παρασκευάζων καὶ ἀνευρίσκων λόγων ἀφορμάς, καθ᾽ ἃς εἰς τὰ ἐναντία ἐπιχειρῶν εὐπορώτατος καὶ παρ᾽ ὅντιν᾽ ἱκανώτατος φαίνεται. οὐ μόνον δὲ πεποίηκε τὸν Ὀδυσσέα παραγινόμενον, ἀλλὰ μετὰ τοῦ Διομήδους, Ὁμηρικῶς καὶ τοῦτο. καὶ τὸ ὅλον, ὡς ἔφην, δι᾽ ὅλου τοῦ δράματος πλείστην μὲν ἐν τοῖς πράγμασι σύνεσιν καὶ πιθανότητα ἐπιδείκνυται, ἀμήχανον δὲ καὶ θαυμαστὴν ἐν τοῖς λόγοις δύναμιν, καὶ τά τε ἰαμβεῖα σαφῶς καὶ κατὰ φύσιν καὶ πολιτικῶς ἔχοντα, καὶ τὰ μέλη οὐ μόνον ἡδονήν, ἀλλὰ καὶ πολλὴν πρὸς ἀρετὴν παράκλησιν.

Mutatam fuisse Ulyssis formam, ne a Philoctete agnosceretur, idem Dio dicit p. 549. B. ubi Aeschylum hac formae mutatione opus non habuisse monet. De choro Dio p. 549. D. καὶ μὴν ὁ χορὸς αὐτῷ (Αἰσχύλῳ) παραιτήσεως, ὥσπερ ὁ τοῦ Εὐριπίδου, οὐδὲν ἐδεήθη· ἄμφω γὰρ ἐκ τῶν Λημνίων ἐποίησαν τον χορόν, ἀλλ᾽ ὁ μὲν Εὐριπίδης εὐθὺς ἀπολογουμένους πεποίηκε περὶ τῆς πρότερον ἀμελείας, ὅτε δὴ τοσούτων ἐτῶν οὔτε προσέλθοιεν πρὸς τὸν Φιλοκτήτην, οὔτε βοηθήσαιεν οὐδὲν αὐτῷ. Tum pergit: ὁ δ᾽ Αἰσχύλος ἁπλῶς εἰσήγαγε τὸν χορὸν αὐτῷ πάνυ (an πολὺ) τραγικώτερον καὶ ἁπλούστερον, τὸ δ᾽ ἕτερον πολιτικώτερον καὶ ἀκριβέστερον. (Ultima haud dubie de Euripideo choro valent ob locum supra v. 6. 10. ut pro τὸ δ᾽ ἕτερον legendum videatur ὁ δ᾽ ἕτερος vel ὁ δὲ τὸν ἕτερον.) Καὶ γὰρ εἰ μὲν ἐδύναντο πάσας διαφεύγειν τὰς ἀλογίας ἐν ταῖς τραγῳδίαις, ἴσως ἂν εἶχε λόγον μηδὲ τοῦτο παραπέμψαι. νῦν δὲ

πολλάκις ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ παραγιγνομένους ποιοῦσι τοὺς κήρυκας πλειόνων ἡμερῶν ὁδόν. ἔπειτα οὐδὲ ἐξ ἅπαντος ἦν μηδὲ προσελθεῖν αὐτῷ μηδένα μηδὲ ἐπιμεληθῆναι μηδέν. δοκεῖ γάρ μοι, οὐδ᾽ ἂν διεγένετο τὰ δέκα ἔτη μηδεμιᾶς τυγχάνων βοηθείας, ἀλλ᾽ εἰκὸς αὐτὸν τυγχάνειν μέν, σπανίως δὲ καὶ οὐδενὸς μεγάλου. καὶ μηδένα αἱρεῖσθαι οἰκίᾳ ὑποδέξασθαι καὶ νοσηλεύειν διὰ τὴν δυσχέρειαν τῆς νόσου. αὐτὸς γοῦν ὁ Εὐριπίδης τὸν Ἕκτορα εἰσάγει ἕνα Λημνίων, ὡς γνώριμον τῷ Φιλοκτήτῃ προσιόντα καὶ πολλάκις συμβεβληκότα. Quae sequuntur, ad Aeschyli fabulam spectare videntur.

Prologum fabulae, id est μέρος ὅλον τραγῳδίας τὸ πρὸ χοροῦ παρόδου, ut loquitur Aristotel. poet. 12, 4. pedestri oratione seu paraphrasi exposuit idem Dio or. 59. p. 574. D. Eam paraphrasin Valckenaer. inseruit diatribae p. 117. adiectis versibus Euripidis, qui ab aliis servati sunt. Eius exemplum sequi optimum factu videbatur. De illo autem prologo Schol. Soph. Phil. v. 1. Καὶ παρὰ τούτῳ προλογίζει ὁ Ὀδυσσεύς, καθὰ καὶ παρ᾽ Εὐριπίδῃ· ἐκεῖνο μέντοι διαφέρει, παρ᾽ ὅσον ὁ μὲν Εὐριπίδης πάντα τῷ Ὀδυσσεῖ περιτίθησιν, οὗτος δὲ τὸν Νεοπτόλεμον παρεισάγων διὰ τούτου οἰκονομεῖ. Hic igitur prologum vocat eam tantum partem, quae dialogum antecedit, et quum Sophocles dialogo etiam ea exsequatur, quae ad praeparandos animos auditorum pertinent, Euripides, ut in reliquis fabulis, sic in hac quoque per unam personam statum causae proposuisse significatur. Haec vero est Dionis paraphrasis.

Φοβοῦμαι, μή ποτε μάτην κατ᾽ ἐμοῦ φανῶσιν αὐτὴν οἱ σύμμαχοι τὴν δόξαν εἰληφότες, ὡς ἀρίστου δὴ καὶ σοφωτάτου τῶν Ἑλλήνων. καίτοι ποιά τις ἡ τοιαύτη σοφία καὶ φρόνησις, δι᾽ ἥν τις ἀναγκάζεται πλείω τῶν ἄλλων (sic Valck. pro Ἑλλήνων) πονεῖν ὑπὲρ τῆς κοινῆς σωτηρίας καὶ νίκης, ἐξὸν ἕνα δοκοῦντα τοῦ πλήθους μηδενὸς ἔλαττον ἐν τούτοις ἔχειν τῶν ἀρίστων. ἀλλὰ γὰρ ἴσως χαλεπὸν εὑρεῖν οὕτω μεγαλόφρον ἅμα καὶ φιλότιμον ὁτιοῦν, ὡς ἀνὴρ πέφυκεν. (Sic Heath. e Wolfii anecd. T. I. p. 280.)· τοὺς γὰρ φανεροὺς καὶ πλεόνων ἅπτεσθαι τολμῶντας σχεδὸν τούτους ἅπαντες (sic Gatak. et Valck.) θαυμάζομεν καὶ τῷ ὄντι ἄνδρας ἡγούμεθα.

Huc spectant haud dubie versus sex, quorum priores tres affert Aristot. Ethic. Nicom. VI, 8. Eudem. V, 8. Plutarch. T. II. p. 544. C. quartum schol. Aristoph. Ran. 284.

Quintus et sextus sunt apud Stob. tit. 29. p. 199. Gesn. p. 127. Grot. ut incerti poëtae, sed eos Theod. Canter. V. L. I. c. 2. et Gataker. ad M. Anton. IV, 3. p. 97. F. ex Euripidis Philoctete sumtos viderunt, quod confirmat Paris. B. apud Gaisf. Quinque, omisso quarto, coniunxit Grotius in Excerpt. p. 413.

I. *Πῶς δ' ἂν φρονοίην, ᾧ παρῆν ἀπραγμόνως*
ἐν τοῖσι πολλοῖς ἠριθμημένῳ στρατοῦ
ἴσον μετασχεῖν τῷ σοφωτάτῳ τύχης;
οὐδὲν γὰρ οὕτω γαῦρον, ὡς ἀνὴρ, ἔφυ·
τοὺς γαρ περισσοὺς καί τι πράσσοντας πλέον
τιμῶμεν, ἄνδρας τ' ἐν πόλει νομίζομεν.

Quid? egone sapiam, cui procul laboribus Licuit, ut uni plebe de tanta, assequi Cum quamlibet sapiente fortunam parem? (*Nil tam superbum quam viri ferocia.* alio loco ib.) *Sed inquietos quique plus aliis agunt, Miramur; hi sunt quos viros populus putat.* V. 2. ἠριθμημένον habet Aristot. Ethic. Nicom. l. c. sed vide Zell. p. 223 sq. V. 3. V. D. in Diario classico (*Classical journal*) 2. p. 345. legi vult: ὅς ἴσα μετασχὼν τῷ σοφωτάτῳ τύχῃ, nescio qua constructione haec cum praecedentibus coniungens: παρῆν enim v. 1. infinitivum requirit, et post ὅς ἴσα μετασχὼν sequi debet verbum finitum. V. 4. Valck. scripsit Ἀλλ' οὐδὲν οὕτω γαῦρον, ὡς ἀ. ἔ. cui refragatur et locus Plut. T. II. p. 779. D. ubi idem versus citatur, et Aristophanis imitatio Ran. 284. οὐδὲν γὰρ οὕτω γαῦρον ἐσθ', ὡς Ἡρακλῆς. et locus Dionis or. 52. v. 22. γάρ positum est, quia in praecedentibus latet sententia: ἀλλ' οὐχ ᾕρημαι ζῆν ἀπραγμόνως, quam optime expressit Dio l. c. v. 16—21. Versum illum a studioso lectore in margine positum in orationem Dionis irrepsisse vereor ut Valcken. cuiquam persuadeat. V. 6. Maltby ad Morell. thes. pros. T. II. p. 638. leg. coni. ἄνδρας τ' ἐν τέλει σεβίζομεν, V. D. in Diar. cl. l. c. ἀνδρός τ' ἐν τέλει νομ. Neutrum necessarium videtur. Quo verbo Dio Euripideum περισσοὺς exposuit, id idem V. D. in Diar. cl. mutari vult in ὑπερηφάνους.

Pergit Dio: ὑφ' ἧς φιλοτιμίας κἀγὼ προάγομαι πλεῖστα πράγματα ἔχειν καὶ ζῆν ἐπιπόνως παρ' ὁντινοῦν, ἀεί τινα προσδεχόμενος καινὸν κίνδυνον, ὀκνῶν διαφθεῖραι τὴν ἐπὶ

τοῖς πρόσθε γεγονόσιν εὔκλειαν. Haec est sententia fragmenti

II. Plut. T. II. p. 544. C.

Ὀκνῶ δὲ μόχθων τῶν πρὶν ἐκχέαι χάριν,
καὶ τοὺς παρόντας οὐκ ἀπωθοῦμαι πόνους.

Ne gratia abeat antefactorum timens Subeo labores, quotquot occurrunt, novos. Grot. Exc. p. 413. V. 1. est etiam apud Stob. tit. 29. p. 199. Gesn. p. 127. Grot. In eo Heath. legi volebat ὀκνῶν propter paraphrasin, contra Valcken. apud Dionem legendum censebat ὀκνῶν. Neutro opus videtur. ἐκχέας Stob. Gesn. et Grot. quod in ἐκχέαι mutandum iam Th. Canterus monuit L. II, 5. et sic Paris. B. V. 2. τοὺς παρόντας Wyttenbach. dedit ex D. et ex ed. Xyl. Legebatur πίπτοντας, quod Heath. et Valck. mutabant in πιτνοῦντας.

Νῦν οὖν κατὰ πρᾶξιν πάνυ ἐπισφαλῆ καὶ χαλεπὴν δεῦρ' ἐλήλυθα εἰς Λῆμνον, ὅπως Φιλοκτήτην καὶ τὰ Ἡρακλέους τόξα κομίζοιμι τοῖς συμμάχοις. ὁ γὰρ μαντικώτατος Φρυγῶν Ἕλενος ὁ Πριάμου κατεμήνυσεν, ὅς ἔτυχεν αἰχμάλωτος ληφθεὶς, ἄνευ τούτων μήποτ' ἂν ἁλῶναι τὴν πόλιν.

Haec quoque Valcken. in trimetros redegit, in iis quae litteris diductis scripta sunt, vestigia senariorum deprehendens, reliqua sic constituens:

- - - - τὸν Φιλοκτήτην ὅπως
Ἡρακλέους τε τόξα τοῖσι ξυμμάχοις
φέροιμ'· ὁ γὰρ δὴ μαντικώτατος Φρυγῶν
Ἕλενος ὁ Πριάμου δουρίληπτος ἐμήνυσεν
ἄνευ γε τούτων μήποτ' ἂν πέρσαι πόλιν.

in quibus ἐμήνυσεν in metrum peccat. Ion. 750. σημήνατ'· εἰ γὰρ ἀγαθά μοι μηνύσετε. Mitto anapaestum in quinta sede. Ἕλενος ἐμήνυσε μήποτ' ἂν πέρσαι esset Helenus praedixit *se* nunquam eversurum esse. Quomodo haec tragico sermone efferantur, monstrabit Soph. Phil. 604 sqq.

Πρὸς μὲν δὴ τοὺς βασιλέας οὐχ ὡμολόγησα τὴν πρᾶξιν ἐπιστάμενος τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἔχθραν, ᾧ γε αὐτὸς αἴτιος ἐγενόμην καταλειφθῆναι, ὅτε δηχθεὶς ἔτυχεν ὑπὸ χαλεπῆς καὶ ἀνιάτου ἐχίδνης. οὐκ ἂν οὖν ᾤμην οὐδὲ πειθὼ τοιαύτην ἐξευρεῖν, ὑφ' ἧς ἄν ποτε ἐκεῖνος ἐμοὶ πρᾴως ἔχοι, ἀλλ' εὐθὺς ἀπο-

θανεῖσθαι ᾤμην ὑπ᾽ αὐτοῦ· ὕστερον δὲ, τῆς Ἀθηνᾶς μοι παρακελευσαμένης καθ᾽ ὕπνους, ὥσπερ εἴωθε, θαῤῥοῦντα ἐπὶ τὸν ἄνδρα ἰέναι — αὐτὴ γὰρ ἀλλάξειν μου τὸ εἶδος καὶ τὴν φωνήν, ὥστε λαθεῖν αὐτῷ ξυγγενόμενον — οὕτως δὴ ἀφῖγμαι θαῤῥήσας. πυνθάνομαι δὲ καὶ παρὰ τῶν Φρυγῶν πρέσβεις ἀπεστάλθαι κρύφα, ἐάν πως δύνωνται τὸν Φιλοκτήτην πείσαντες δώροις, ἅμα καὶ διὰ τὴν ἔχθραν τὴν πρὸς ἡμᾶς, ἀναλαβεῖν εἰς τὴν πόλιν αὐτόν τε καὶ τὰ τόξα. *Τούτου* οὖν προκειμένου ἄθλου (sic Heath. e Wolf. anecd.) πῶς οὐ πάντα γίγνεσθαι χρὴ ἄνδρα πρόθυμον, ὡς διαμαρτάνοντι τῆς πράξεως ταύτης πάντα τὰ πρότερον εἰργασμένα μάτην πεπονῆσθαι ἔοικε. *Παπαί!* πρόσεισιν ὁ ἀνὴρ αὐτὸς ὅδε, ὁ *Ποίαντος* παῖς, οὐκ ἄδηλος τῆς ξυμφορᾶς, μόλις καὶ χαλεπῶς προβαίνων. ὦ τοῦ χαλεποῦ καὶ δεινοῦ ὁράματος! οὕτως τό τε γὰρ εἶδος ὑπὸ τῆς νόσου φοβερὸν, ἥ τε στολὴ ἀήθης, δοραὶ θηρίων καλύπτουσιν αὐτόν.

Valcken. hos iterum senarios effinxit:

Παπαί· πρόσεισιν· αὐτός ἐστ᾽ ἀνὴρ ὅδε
ὁ τοῦ *Ποίαντος* παῖς . . . .
μόγις προβαίνων. ὦ θεάματός γε δὴ
δεινοῦ.

Sed haec in posterum satius erit silentio transmittere. Speciem et habitum, quo in scenam prodit Philoctetes Euripideus, ridet Aristoph. Acharn. 423. *Ἀλλ᾽ ἢ Φιλοκτήτου τὰ τοῦ πτωχοῦ λέγεις;* ubi Schol. *εἰσήγαγε γὰρ τὸν Φιλοκτήτην ἐν τῇ Λήμνῳ πενόμενον.*

Ἀλλὰ σὺ ἄμυνον, ὦ δέσποιν᾽ Ἀθηνᾶ, καὶ μὴ μάτην φανῇς ἡμῖν ὑποσχομένη τὴν σωτηρίαν.

Φιλοκτ. Τί δὴ βουλόμενος, ὅστις εἶ ποτὲ σὺ, ἢ τίνα τόλμαν λαβὼν, πότερον ἁρπαγῆς χάριν ἥκεις ἐπὶ τήνδε τὴν ἄπορον στέγην, ἢ κατάσκοπος τῆς ἡμετέρας δυστυχίας;

Οδυσσ. Οὔτοι γε ὁρᾷς ἄνδρα ὑβριστήν.

Φιλ. Οὐ μὴν εἰωθώς γε πρότερον δεῦρο ἥκεις.

Οδ. Οὐ γάρ᾽ εἰωθώς. εἴη δὲ καὶ νῦν ἐν καιρῷ ἀφῖχθαι.

Φιλ. Πολλὴν ἔοικας φράζειν ἀλογίαν τῆς δεῦρ᾽ ὁδοῦ.

Οδ. Ἕν τοίνυν ἴσθ᾽, οὐ χωρὶς αἰτίας με [νῦν] ἥκοντα, καὶ σοί γε οὐκ ἀλλότριον φανησόμενον.

Φιλ. Πόθεν δή; τοῦτο γὰρ πρῶτον εἰκός με εἰδέναι.

Οδ. Ἀλλ᾽ εἰμὶ Ἀργεῖος τῶν ἐπὶ Τροίαν πλευσάντων.

Φιλ. Πόθεν; εἰπὲ πάλιν, ὡς εἰδῶ σαφέστερον.

E postremis feliciter hos senarios eruit Valcken.

Πόθεν δέ; τοῦτο πρῶτα μ᾽ εἰκὸς εἰδέναι.
Ἀργεῖος εἰμὶ τοῦ πρὸς Ἴλιον στόλου.
Πόθεν; λέγ᾽ αὖθις, ὡς μάθω σαφέστερον.

Οδ. Οὐκοῦν ἔτι δεύτερον ἀκούεις, τῶν ἐπὶ Ἴλιον στρατευσάντων Ἀχαιῶν εἶναί φημι.

Φιλ. Καλῶς δῆτα ἔφης ἐμὸς εἶναι φίλος, ὁπότε γε τῶν ἐμοὶ πολεμιωτάτων Ἀργείων πέφηνας. τούτων δὴ τῆς ἀδικίας αὐτίκα μάλιστα (imo μάλα) ὑφέξεις δίκην.

Οδ. Ἀλλ᾽ ὦ πρὸς θεῶν, ἐπίσχες ἀφεῖναι τὸ βέλος.

Φιλ. Οὐ δυνατὸν, εἴπερ Ἕλλην ὢν τυγχάνεις, τὸ μὴ ἀπολωλέναι σε ἐν τῇδε τῇ ἡμέρᾳ.

Valck. *ἐπίσχες ὦ πρὸς θεῶν, ἀφιέναι βέλος.*
οὐκ ἔσθ᾽ ὅπως οὐ κατθανῇ τῇδ᾽ ἡμέρᾳ.

quae possis continuare: *ἐπείπερ Ἕλλην τυγχάνεις* - - - De aliis autem Graecis nunc cogitare non potest Philoct. quam de iis, qui nunc Troiam oppugnant.

Οδ. Ἀλλὰ πέπονθα γε ὑπ᾽ αὐτῶν τοιαῦτα, ἐξ ὧν δικαίως σοὶ μὲν ἂν φίλος εἴην, ἐκείνων δ᾽ ἐχθρός (ἐξ ὧν δικαίως σοὶ μὲν ἂν γ᾽ εἴην φίλος, Ἐχθρὸς δ᾽ ἐκείνοις).

Φιλ. Καί τί δὴ τοῦτό ἐστιν ὃ πέπονθας οὕτω χαλεπόν;

Οδ. Φυγάδα με ἤλασεν ἐκ τοῦ στρατοῦ Ὀδυσσεύς.

Φιλ. Τί δὲ ἔδρας, ἐφ᾽ ὅτῳ ταύτης τῆς τύχης ἔτυχες;

Οδ. Οἶμαί σε εἰδέναι τοῦ Ναυπλίου παῖδα Παλαμήδην.

Valck. *Τί δὴ πέπονθας ὧδε δεινὸν, ὦ ξένε;*
Φυγάδα μ᾽ Ὀδυσσεὺς τοῦ στρατοῦ γ᾽ ἀπήλασεν.
Τί δρῶν γε τῆσδε τῆς τύχης ἐτύγχανες;
Οἶμαι Παλαμήδην σ᾽ εἰδέναι τὸν Ναυπλίου.

Φιλ. *Οὐ γὰρ δὴ τῶν ἐπιτυχόντων, οὐδὲ ὀλίγου ἄξιος συνέπλει οὔτε τῷ στρατῷ οὔτε τοῖς ἡγεμόσι.*

Οδ. *Τὸν δὴ τοιοῦτον ἄνδρα ὁ κοινὸς τῶν Ἑλλήνων λυμεὼν διέφθειρεν.* (*ὁ κοινὸς ἡμῶν λυμεὼν ἔφθειρ᾽ ἑλών.*)

Φιλ. *Πότερον ἐκ τοῦ φανεροῦ μάχῃ κρατήσας, ἢ μετὰ δόλου τινός;*

Pierson. ad Moerid. p. 407.

Μάχῃ κρατήσας ἢ δόλου τινὸς μετά;

Possis etiam praecedentem versum ita conformare

Πότερον κατ᾽ ὄμματ᾽ ἐμφανῶς κατασταθεὶς
μάχῃ κ. τ. λ.

Οδ. *Προδοσίαν ἐπενεγκὼν τοῦ στρατοῦ τοῖς Πριαμίδαις.*

Φιλ. *Ἦν δὲ κατ᾽ ἀλήθειαν οὕτως ἔχον, ἢ ἐπεπόνθει κατεψευσμένος;*

Οδ. *Πῶς δ᾽ ἂν δικαίως γένοιτο τῶν ὑπ᾽ ἐκείνου γιγνομένων ὁτιοῦν τοῦ μηδενὸς ἀποσχομένου τῶν χαλεπωτάτων;*

Φιλ. *Ὦ λόγῳ τε καὶ ἔργῳ πανουργότατε ἀνθρώπων Ὀδυσσεῦ, οἷον αὖ τοῦτον τὸν ἄνδρα ἀνῄρηκας; ὃς οὐδενὸς ἧττον ὠφέλιμος ἦν τοῖς ξυμμάχοις, ἧπερ, οἶμαι, τὰ κάλλιστα καὶ σοφώτατα ἀνευρίσκων καὶ συντιθείς, ὥσπερ ἀμέλει κἀμὲ ἐξέθηκας. ὑπὲρ τῆς κοινῆς σωτηρίας καὶ νίκης περιπεσόντα τῇδε τῇ ξυμφορᾷ,* (*δεικνύντα τὸν Χρύσης βωμὸν,*) *οὗ θύσαντες κρατήσειν ἔμελλον τῶν πολεμίων, εἰ δὲ μή, μάτην ἐγίγνετο ἡ στρατεία. Ἀλλὰ τί δή σοι προσῆκον τῆς Παλαμήδου τύχης;*

Valck. *Ἀτὰρ τί σοι προσῆκε Παλαμήδους τύχης;*

Οδ. *Εὖ ἴσθι, ὅτι ἐπὶ πάντας τοὺς ἐκείνου φίλους ἦλθε τὸ κακόν, καὶ πάντες ἀπολώλασιν ὅστις μὴ φυγεῖν ἠδυνήθη. οὕτως δὲ κἀγὼ τῆς παροιχομένης νυκτὸς διαπλεύσας μόνος δεῦρο ἐσώθην.*

Valck. *Οὕτω δὲ κἀγὼ τῆς πάροιθεν εὐφρόνης Δεῦρ᾽ ἐξεσώθην ὧδε διαπλεύσας μόνος.* In praecedentibus etiam *ἦλθε τὸ κακὸν* poëtici sermonis vestigia agnoscere mihi videor.

Σχεδὸν μὲν οὖν ἔγωγε, ἐν ὅσῃ χρείᾳ καθέστηκας αὐτὸς (*οἶδα* addit Wyttenb. Bibl. cr. III, 1. p. 53. ad Iulian.) *ἢν δ᾽ οὖν ἔχων τινὰ μηχανὴν ξυμπροθυμηθῇς ἡμῖν περὶ τὸν οἴκαδε ἀπόπλουν, ἡμᾶς τε εὖ πεποιηκὼς ἔσῃ, καὶ ἅμα ἄγγελον ἀποπέμψεις πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ οἴκαδε τῶν σοὶ παρόντων κακῶν* (Valck. *τῶν σοὶ παρόντων ἄγγελον πέμψεις κακῶν*).

Φιλ. *Ἀλλ᾽, ὦ δύστηνε, πρὸς τοιοῦτον ἕτερον ἥκεις ξύμμαχον, αὐτόν τε ἄπορον καὶ ἔρημον φίλων ἐπὶ τῆσδε τῆς ἀκτῆς ἐῤῥιμμένον* (*Φίλων ἔρημον κἀπὶ τῆσδ᾽ ἐῤῥιμμένον Ἀκτῆς* Valck.) *γλίσχρως καὶ μόλις ἀπὸ τῶνδε τῶν τόξων πορίζοντα καὶ τροφὴν καὶ ἐσθῆτα, ὡς ὁρᾷς. ἣ γὰρ ἡμῖν ἦν ἐσθὴς πρότερον, ὑπὸ τοῦ χρόνου ἠνάλωται. εἰ δὲ δὴ τοῦδ᾽ ἐθελήσεις κοινωνεῖν τοῦ βίου μεθ᾽ ἡμῶν ἐνθάδε, ἕως ἂν ἑτέρα σοι παραπέσῃ σωτηρία ποθὲν, οὐκ ἂν φθονοῖμεν· δυσχερῆ γε μὴν τἄνδον ὁράματα,*

E postremis hos versiculos fecit Valck. *Εἰ δ᾽ οὖν θελήσεις τοῦδε κοινωνεῖν βίου. „Ἔστ᾽ ἂν ποθέν σοι παραπέσῃ σωτηρία, Οὐκ ἂν φθονοῖμεν· δυσχερῆ δὲ θεάματα Τἄνδον, ξέν᾽, εἰσίν.“* de quibus Porson. ad Eur. Med. 139. 140. V. p. 30. ed. nov. Lips. Quanto melius erat, inquit, pro tot versibus, quos non scripsit Euripides, unum, quem scripsit, posuisse! Is est apud

III. Plutarch. T. II. p. 521. A.

Δύσμορφα μέντοι τἄνδον εἰσιδεῖν, ξένε.

quem versum fabulae isti adscribendum vidit Gataker ad M. Anton. IV, 3. p. 92.

τελαμῶνές τε ἀνάπλεοι καὶ ἄλλα σημεῖα τῆς νόσου, αὐτός τε οὐχ ἡδὺς ξυγγενέσθαι, ὅταν ἡ ὀδύνη προσπέσῃ. καίτοι λελώφηκε τῷ χρόνῳ τὸ πολὺ τῆς νόσου,

IV. (III.)

κατ᾽ ἀρχὰς δ᾽ οὐδαμῶς ἀνεκτὸς ἦν.

Verba *τελαμῶνες ἀνάπλεοι* respondent Sophocleis Phil. 39. *ῥάκη βαρείας του νοσηλείας πλέα.* Quae ante fr. IV. addit Gatak. adv. p. 505. praetermittere satius est. Boissonad. dedit:

Χρόνῳ λελώφηκεν νόσου Τὸ πολύ· κατ᾽ ἀρχ.

V. Stob. tit. 119. p. 602. Gesn. 121. p. 493. Grot. 120. Gaisf.

*Ἅλις, ὦ βιοτά· πέραινε, πρίν τινα συντυχίαν
ἢ κτέατεσσιν ἐμοῖς, ἢ σώματι τῷδε γενέσθαι.*

Satis est; iam desine vita Ante meas nova quam Sors populetur opes, aut morbo membra fatiscant. Verba sunt chori Philocteten miserantis.

VI. (VII.) Iustin. M. π. μοναρχ. p. 109. B. ed. Colon.

*Ὁρᾶτε δ' ὡς κἂν θεοῖσι κερδαίνειν καλόν,
θαυμάζεται δ' ὁ πλεῖστον ἐν ναοῖς ἔχων
χρυσόν· τί δῆτα καὶ σὲ κωλύει λαβεῖν
κέρδος παρόν γε, κἀξομοιοῦσθαι θεοῖς.*

Videte ut ipsis sunt opes pulchrum diis. Suspicitur is qui plurimum templis habet Auri; quid ergo te quoque oblatum vetat Accipere lucrum, similis ut fias diis? Grot. Exc. p. 413. Ab initio Valck. diatr. p. 115. ὁρᾷς γ' ὅπως. Musgr. ὅρα τ' ἔθ' ὡς κἂν θ. pessime. V. 3. λαβεῖν addidit Grotius. Oratores illos Troianos, quos commemorat Dio or. 52. v. 31., ista non dedecent, iudice Valcken. l. c.

VII. (VI.) Stob. ecl. eth. p. 171. Grot. T. II. p. 4. Heeren.

*Τί δῆτα θώκοις ἀρχικοῖς ἐνήμενοι
σαφῶς διόμνυσθ' εἰδέναι τὰ δαιμόνων
οἱ τῶνδε χειρώνακτες ἄνθρωποι λόγων;
Ὅστις γὰρ αὐχεῖ θεῶν ἐπίστασθαι πέρι,
οὐδέν τι μᾶλλον οἶδεν, ἢ πείθει λέγων.*

Quid vos, sedentes otiosis sedibus Iactatis omnes nosse res coelestium, Temerarii rumoris audaces fabri? Divina qui se scire profitetur, nihil Scit ille plus quam credulis persuaserit. Legebatur ἀργικοῖς, vox ne graeca quidem, etsi Barnes. crediderat, ἀργικός esse vel pro Ἀργεῖος, ut Πελασγικός, vel pro ἀργός, et Grot. vertit *otiosis.* Emendavit Valcken. diatr. p. 116. V. 3. χειρώνακτας λόγων Boissonad. comparat cum Senecae *oratione manu facta* epist. 115. Quod v. 3. Valcken. ad Ammon. legendum coniecerat θνητῶν δὲ χειρ. propter Heathii monita ipse retractavit in diatr. Ultimorum sententiam recte declaravit Heath: *Nihil amplius neque ipse scit, neque aliis oratione persuaserit.* Ad vaticinationem Heleni quin

respiciatur, vix videtur dubitandum esse. Quod si haec verba sunt legati Troum, quae Musgravii est coniectura, is responsum illud, ab Ulysse et Diomede prolatum, infirmare voluisse videtur. Sed possunt etiam a Philoctete pronuntiata esse, ea quae a Graecorum legatis demonstrata erant, quibus ei persuaderent ut secum Troiam abiret, irridente. Quis locum e prologo sumtum esse dixerit, quod narrat Heeren. non inveni.

VIII. (IV.) Aristotel. poet. 22, 13. οἷον, τὸ αὐτὸ ποιήσαντος ἰαμβεῖον Αἰσχύλου καὶ Εὐριπίδου, ἓν δὲ μόνον ὄνομα μετατιθέντος, ἀντὶ κυρίου εἰωθότος γλῶτταν, τὸ μὲν φαίνεται καλὸν, τὸ δ' εὐτελές. Αἰσχύλος μὲν γὰρ ἐν τῷ Φιλοκτήτῃ ἐποίησε

φαγέδαινα, ἥ μου σάρκας ἐσθίει ποδός,

ὁ δὲ ἀντὶ τοῦ ἐσθίει τὸ θοινᾶται μετέθηκε. Itaque Euripidis hic versus fuit

Φαγέδαινα ἥ μου σάρκα θοινᾶται ποδός.

Hiatum ita tollebat Barnes. sit φαγέδαινά γ' ἥ scriberet, versum post eum ponens, in quo desinit Dionis paraphrasis κατ' ἀρχὰς οὐδαμῶς ἀνεκτὸς ἦν Φαγέδαινά γ', ἥ - - - Hermann. apud Aristot. scripsit φαγέδαιναν, ἥ - - apud Aeschylum tamen δέ aut tale quid secutum esse monens; Boeckh. de trag. gr. p. 245. Φαγέδαινα δή μου σάρκα θ. π. Boisson. Φαγέδαιν' ἀεὶ μου σάρκας θοινᾶται π. in quo quarta sedes spondeum habet pro iambo. Quid desit in versu qui nunc omni nexu solutus affertur, vix invenias. Versum in dramate sedem diversam ab ea, quam ei assignavit Barnes. tenuisse suspicatur Valcken. diatr. p. 126. fortasse in ea oratione, qua se Troianos ad Troiam secuturum negabat.

IX. (IX.) Plutarch. adv. Colot. II. p. 1108. B. Diog. Laert. V,3. Cicer. de orat. III, 35. Quintil. Instit. III, 1, 14.

*Ὑπέρ γε μέντοι παντὸς Ἑλλήνων στρατοῦ
αἰσχρὸν σιωπᾶν, βαρβάρους δ' ἐᾶν λέγειν.*

Alterum versum habent Diogen. Cic. Quint. sed pro βαρβάρους δ' ille Ξενοκράτη δ', Quintil. καὶ Ἰσοκράτην vel Ἰσοκράτη δ', sed in Euripidis versu fuisse βαρβάρους δ' apparet e Ciceronis verbis: *Aristoteles, quum florere Isocratem nobilitate discipulorum videret, — — ver-*

sum quendam de Philocteta paulo secus dixit. Ille enim turpe sibi ait tacere, quum barbaros, hic autem quum Isocratem pateretur dicere. Ex *Euripidis* Philoctete esse non patet quidem e Cicerone, ut ait Gataker. opusc. posth. p. 525. sed verisimile tamen est, potius quam ex Aeschyli Philoctete, quae est Gesneri ad Quint. locum dubitatio. Priorem versum solus praeponit Plutarchus: *Ἀλλ' ἴσως ἂν ἐπὶ τούτοις καὶ γελάσειέ τις ἐννοήσας τὴν Σωκράτους πρᾳότητα καὶ χάριν.*

Ὑπέρ γε μέντοι παντὸς Ἑλλήνων στρατοῦ

τῶν ἄλλων φιλοσόφων — — οὐ μόνον

αἰσχρὸν σιωπᾶν

ἀλλ' οὐδὲ ὅσιον ἐνδοῦναί τι. - - - - Versus a Philoctete pronunciatos esse e Ciceronis loco colligo, puto, quibus legatorum Troianorum orationem refutaret. Quod vero Cicero (cf. Tusc. III, 4.) et Quint. narrant, contra Isocratem hoc versu usum esse Aristotelem, id temporum rationibus repugnat, ut iam monuit Aldobrand ad Diog. L. locum, si quidem Isocrates vita excessit Ol. 110, 3. Aristoteles autem Ol. 111, 2. demum Athenis scholam aperuit. Sed fortasse illud de Aristotele, non Stagirita, sed Siculo valet, quem Diog. L. V, 35. scribit *πρὸς τὸν Ἰσοκράτους Πανηγυρικὸν ἀντιγεγραφέναι*, vel de iis quae Aristotelem Stagiritam ipsum contra Isocratem iam mortuum scripsisse, *ῥυπαίνειν τὸν ἄνδρα βουλόμενον*, narrat Dionys. Halic. iud. de Isocr. 18. T. V. p. 577. ed. Reisk. ubi etiam apologiam Isocratis, a Cephisodoro scriptam *ἐν ταῖς πρὸς Ἀριστοτέλη ἀντιγραφαῖς* commemorat.

X. (X.) Stob. tit. 20. p. 172. Gesn. p. 105. Grot.

Ὥσπερ δὲ θνητὸν καὶ τὸ σῶμ' ἡμῶν ἔφυ,
οὕτω προσήκει μηδὲ τὴν ὀργὴν ἔχειν
ἀθάνατον, ὅστις σωφρονεῖν ἐπίσταται.

Mortale quando corpus est homini datum, Nec odia gerere debet immortalia Quisquis magistra sapere natura valet. Locum respexit auctor epp. Phalarid. 24. *θνητοὺς γὰρ ὄντας ἀθάνατον ὀργὴν ἔχειν, ὥς φασί τινες, οὐ προσήκει*, quae ipsa poëtae verba esse credebat Porson. ad Eurip. Med. 139. 140. p. 28. ed. nov. *Θνητοὺς γὰρ ὄντας ἀθάνατον ὀργὴν ἔχειν Οὔτοι προσήκει* - - Dissentit Erfurdt. sed mirum tamen, locum imitando expressum

integrum trimetrum efficere, ut hunc etiam Phalaridis locum poëtae alicuius esse, sed ex Euripideo ductum existimem; quamquam quid impedit, quominus Euripidem eandem sententiam bis protulisse, sed commutatis verbis, credamus? Illis autem verbis Ulysses persuadere studebat Philocteti, ut cum Graecis in gratiam rediret.

XI. (XIII.) Aristot. rhetor. ad Alex. c. 18. (al. 19.) ubi de *προκαταλήψεσιν* loquitur: *κέχρηται δὲ καὶ Εὐριπίδης ἐν Φιλοκτήτῃ τεχνικῶς τούτῳ τῷ εἴδει διὰ τοῦδε·*

Λέξω δ' ἐγώ, κἄν μου διαφθείρας δοκῇ
λόγους ὑποστὰς αὐτὸς ἠδικηκέναι·
ἀλλ' ἐξ ἐμοῦ γὰρ τἀμὰ μαθήσῃ κλύων·
ὁ δ' αὐτὰς αὐτὸν ἐμφανίζει σοι λέγων.

Dicam, ille quamquam fuerit in me iniurius, Destruere dum sic verba praeproperat mea. Verum ego te ut a me res meas discas rogo; Ipse inde quis sit fatibus prodat suis. Grot. in Exc. p. 412. qui in Graecis v. 1. dedit *δοκεῖ*, in quarto *ἐμφανίζῃ*, utrumque soloece. V. 2. Casaub. scribendum coniec. *ὑπεκστὰς*, quod Buhle recepit *purgans se ipsum ab iniuria.* Sed *ὑπεκστὰς ἠδικηκέναι* pro *ὑπ. τοῦ ἠδ.* an dici possit, dubito; nam diversi generis sunt loci Gramm. gr. §. 542. b. γ p. 1064 sq. *δοκεῖν* requirit infinitivum; itaque iungenda sunt *κἂν δοκῇ αὐτὸς ἠδικηκέναι; quamquam ipse iniuriam mihi fecisse videtur in eo, quod orationem meam evertere conatus est.* Qui enim videtur ipse iniuriam alteri fecisse, is suos ipse mores et ingenium suum prodit, et inde refutatione vix dignus est Grotius *οὗτος* pro *αὐτὸς*, quod miro modo vertit Heath. *quamquam meos evertisse sermones iste sibi visus sit,* (iunxit igitur *δοκῇ διαφθείρας*) *cum se probaturum promiserit, me eum iniuria affecisse.* Itaque *ὑποστὰς ἠδικηκέναι* dictum accepit pro *ἐμὲ ἠδικ.* quod fieri non potest. V. 3. *μαθήσῃ* in metrum peccat; itaque Grotius et Boisson. ediderunt *σὺ μαθήσῃ*. Musgr. coni. *φρασθήσῃ*. Buhle ed. *τἀμὰ μαθήσεαι*, imperitissime, etsi Sylburgium se secutum esse profitetur. Equidem legi posse opinabar *τἀμ' ἀκούσεται* vel *τἀμὰ γνώσεται.* nam secunda etiam persona incommoda est. V. 4. Heath. *ἐμφανίζει* pro *ἐμφανιεῖ*. Musgr. *ἐμφανῆ στήσει λ.* Boisson. *ἐμφανῆ θήσει.*

XII. (VIII.) Stob. tit. 57. p. 377. Gesn. 59. p. 227 sq. Grot. et Gaisf.

Μακάριος, ὅστις εὐτυχῶν οἴκοι μένει.
ἐν γῇ δ' ὁ φόρτος καὶ πάλιν ναυτίλλεται.

Beatus ille, qui domi felix manet, Solidoque merces locat et a ponto abstinet. Prior versus est etiam apud Clem. Alex. Strom. VI. p. 620. ed. Sylb. et apud Stob. tit. 37. p. 226. Gesn. 39. p. 157. Grot. et Gaisf. V. 2. pro *καί* Gesn. in marg. coni. *κοῦ*, quod receperunt Grot. et Musgr. At Boissonad. „Verba sunt nautae pavidi, „inquit,“ *μακάριος - μένει* otium et oppidi rura sui laudantis: mox, expositis praeter spem in littore mercibus, reficit quassas rates, rursus navigaturus.“ Quod commode ad Philoctetem accommodare poterat, qui perfidiam Graecorum iam satis expertus, tamen ad eos denuo se abstrahi patitur.

XIII. (XII.) Stob. tit. 38. p. 230. Gesn. 40. p. 159. Grot. et Gaisf.

Πατρὶς καλῶς πράσσουσα τὸν εὐτυχοῦντ' ἀεὶ
μείζω τίθησι, δυστυχοῦντα δ' ἀσθενῆ.

Fortuna laeta patriae levat altius Stantes, iacentes durius contra premit. Anapaestus in quarta sede, isque in tres voces discerptus, ferri non potest. Valcken. in marg. Stob. Grot. annot. *πράσσουσά γ' εὐτ.* Vid. Gramm. gr. §. 271. not. sed *γε* alienum. Fortasse leg. *τὸν τυχόντ' ἀεί*, quod mutatum propter sequens *δυστυχοῦντα*. Boisson. coni. *τὸν ἀτυχοῦντ' ἀεί.* Pro hoc Paris. B. apud Gaisf. *δυστυχοῦσα δ' ἀ.* quod rectius videtur.

XIV. Hesych. *Αἵρειν νοεῖς, δοξάζειν ἡγῇ. Εὐριπίδης Φιλοκτήτῃ.* ubi Toup. Em. in Suid. T. III. p. 300. legendum coni. *αἱρεῖς, νοεῖς, δοξάζεις, ἡγῇ* etc. paene ut Schrevel. et sic lex. Sangerm. apud Bekk. anecd. p. 359, 22. *αἱρεῖς, δοξάζεις, ἡγῇ.* at T. IV. p. 89. *Αἵρειν νόον, νοεῖν, δοξάζειν.* p. 280. autem: Scribo *Αἱρεῖν* (sic).

XV. Idem v. *αἰών. Εὐριπίδης δὲ Φιλοκτήτῃ αἰῶνα τὴν ψυχὴν λέγει· ἀπέπνευσεν αἰῶνα.*

XVI. Idem. *Ἀκριβές, ἄκρον, Εὐριπίδης Φιλοκτήτῃ.*

Musgrav. inter fragmenta Philoctetae retulit etiam locum citatum a Plutarch. T. II. p. 789. A. *Ὥσπερ γὰρ ὁ*

γαμεῖν παρασκευαζόμενον γέροντα ἐστεφανωμένον καὶ μυριζόμενον ἀποτρέπων καὶ λέγων τὰ πρὸς τὸν Φιλοκτήτην·

Τίς δ' ἄν σε νύμφη, τίς δὲ παρθένος νέα
δέξαιτ' ἄν; εὖ γοῦν ὡς γαμεῖν ἔχεις τάλας,

οὐκ ἄτοπός ἐστι κ. τ. λ. Partem alterius versus idem citat in vit. Solon. p. 89. E. *ἀλλὰ γέροντι νέαν ἀγομένῳ φαίη τις ἂν ἐμμελὴς ἄρχων ἢ νομοθέτης τὸ πρὸς τὸν Φιλοκτήτην· - - εὖ γ' οὖν ὡς γαμεῖν ἔχεις τάλας.* Hinc Musgr. hoc l. correxit scripturam *εὖ γ' ὡς.* Sed neutro loco auctor fabulae commemoratur; quare Aeschyli editores hos versus inter huius quoque poëtae fragmenta retulerunt. In tragoedia quomodo Philoctetes senex induci potuerit, puellam ducere volens, non video; fortasse locus est Strattidis comici, cuius Philoctetes ab Athenaeo, Polluce et Suida commemoratur.

PHOENIX.

Fabulae argumentum his verbis exponit Valcken. diatr. p. 269. Pellex Amyntoris, a Phoenice iuvene secundum Euripidem passa repulsam, credulum senem falsis facile criminibus impulit ut castum iuvenem coecaret. Cf. Apollod. III, 13, 8. Mutavit igitur fabulam Homeri Il. *ι'*, 447 sqq. ut heroem suum *ἄπταιστον*, ut ait Eustath. vel, ut Schol. Ven. ad Il. *ι'*, 453., *ἀναμάρτητον* servaret, Pherecydem fortasse secutus, quae Valcken. est coniectura. Fabulam egit Molo histrio sec. Demosth. *π. παραπρ.* p. 418, 5. Sed legendum est totum diatribae caput XXIV. Hinc Aristoph. Ach. 417. 420. *Τὰ ποῖα τρύχη; - - τὰ τοῦ τυφλοῦ Φοίνικος.*

I. (IV.) Stob. tit. 69. p. 429. Gesn. 71. p. 292. Grot.

Μοχθηρόν ἐστιν ἀνδρὶ πρεσβύτῃ τέκνα
δίδωσιν ὅστις. οὐκέθ' ὡραῖος γαμεῖ·
δέσποινα γὰρ γέροντι νυμφίῳ γυνή.

Primi versus sententiam, si separetur a reliquis in universum sumtam, falsam esse recte iudicat Valcken. diatr.

p. 273. »τέκνα δίδωσιν ὅστις absurdum est.« Boisson. ded. *M.* ἐστιν, ἀ. πρ. τέκνα *Δἱδ.* ὅστις οὐκ ἔθ' ὡραίῳ γαμεῖν. Heath. primum versum a reliquis disiunctum legi oportere putans, v. 2. leg. coni. δείλαιος ὅστις etc. Disiungendum esse primum censet etiam Valck. diatr. p. 273. et in eo scribendum *Μοχθ.* ἐστιν ἀνδρὶ πρεσβύτῃ νέα, omissa voce γυνή, in alterius versus initio posita. In sqq. quae eidem alibi in Phoenice poni potuisse videntur, v. 2. corr. δμώς ἐστιν, ὅστις - - - Porson. in Kiddii *misc. tracts* p. 227. corr. *Μοχθ.* ἐστιν ἀ. πρ. τέκνα κἂν δμωσὶν ὅστις οὐκέθ' ὡρ. γαμεῖ. cuius scripturae non video quam accommodata sit sententia. Grotius vertit: *Res senibus importuna matrimonium. Et triste natos tollere aetate in mala: Seni marito quippe matrona imperat.*

II. (V.) Stob. ibid. Grot. p. 295.

Πικρὸν νέᾳ γυναικὶ πρεσβύτης ἀνήρ.

Senex maritus feminae ingratissimus. Cf. fr. Danaae II. Similem versum, una voce πικρόν in αἰσχρόν mutata ex Aristophane profert Clem. Alex. Str. VI. p. 623. D. Vid. Valck. diatr. p. 272 sq. Potuit Euripidis versus a pellice iuvencula pronuntiari, ut coniecisse videtur Valck.

III. (VIII.) Stob. tit. 115. p. 592. Gesn. 117. p. 483. Grot. 116. Gaisf.

Ὦ γῆρας, οἷον τοῖς ἔχουσιν εἶ κακόν!

Quantum es mali, senecta, te gestantibus! τοῖς σ' ἔχουσιν em. Markland. ad Eurip. Suppl. 1108. probante Valcken. diatr. p. 271. In senem amatorem et suspicacem Amyntora haec dicta videntur Valcken. p. 271.

IV. (IX.) Aeschin. in Timarch. p. 21. Tayl. 154. Reisk. et in Stob. Append. Vat. p. 12 (383.) ed. Gaisf. *Πάλιν τοίνυν ὁ αὐτὸς ποιητὴς (ὁ οὐδενὸς ἧττον σοφὸς τῶν ποιητῶν Εὐριπίδης) ἐν τῷ Φοίνικι ἀποφαίνεται ὑπὲρ τῆς γεγενημένης αὐτῷ πρὸς τὸν πατέρα διαβολῆς ἀπολογούμενος καὶ ἀπεθίζων τοὺς ἀνθρώπους μὴ ἐξ ὑποψίας, μηδὲ ἐκ διαβολῆς, ἀλλ' ἐκ τοῦ βίου τὰς κρίσεις ποιεῖσθαι·*

Ἤδη δὲ πολλῶν ᾑρέθην λόγων κριτής,
καὶ πόλλ' ἁμιλληθέντα μαρτύρων ὕπο
τἀναντί' ἔγνων συμφορᾶς μιᾶς πέρι.
Κἀγὼ μὲν οὕτω χὤστις ἔστ' ἀνὴρ σοφὸς

λογίζομαι τἀληθὲς εἰς ἀνδρὸς φύσιν
σκοπῶν δίαιταν ἥνπερ ἐμπορεύεται.
Ὅστις δ' ὁμιλῶν ἥδεται κακοῖς ἀνήρ,
οὐ πώποτ' ἠρώτησα, γιγνώσκων, ὅτι
τοιοῦτός ἐστιν, οἷσπερ ἥδεται ξυνών.

Ego saepe iudex lectus ad causas fui; Et saepe dictis testium contraria Arbitria feci, teste mihi vita rei. Ego namque certis scire dum quaero notis, Probus an sit aliquis, speculor ingenium viri, Et quod sequatur usque vivendi genus. Si quis malorum pascitur consortio, Inquirere ultro parco, compertum hoc habens, Talem esse quemque quali amicitia utitur. Grotius in Exc. p. 414. Haec ab amico Phoenicis pronuntiata esse coni. Valcken. diatr. p. 270. V. 3. πάρα Grot. scripsit pro πέρι, ut ipse profitetur. Idem dedit Reisk. Valcken. diatr. p. 270. scribit Ἐναντί' ἔγνων σ. μ. ὕπερ. V. 2. 3. male vertit Grot. rectius Musgrav. *et multa contraria de eodem casu a testibus ultro citroque dicta novi.* V. 6. Stob. App. Flor. βλέπων pro σκοπῶν et ἱμερεύεται pro ἐμπορεύεται »F. ἡμερεύεται.« Gaisf. Boisson. δίαιτάν θ'. In eadem desunt vv. 7. 8. 9. quos citat etiam Diod. Sic. XII, 14. Eosdem in Aeschinem retorquet notante Valcken. l. c. Demosthen. π. παραπρ. p. 417, 17. ed. Reisk. V. 9. ἐστιν οἷσπερ revocavit Bekker. a Wolfio, Tayloro, Reisk. Valck. mutatum in ἔσθ' οἵοισπερ. Pronominis ὅς pro οἷος usurpati exempla dedi in Gramm. gr. §. 480. not. 4. p. 900. Apud Demosth. in nonnullis libris et Plin. epist. IV, 27, 6. legitur τοιοῦτός ἐσθ' (vel ἐστιν) ἕκαστος οἷσπερ ἥ. ξ. His illa annexa habet Stob. App. Florent.

καὶ τῷδε δηλώσαιμ' ἄν, εἰ βούλοιο σύ,
τἀληθές, ὡς ἔγωγε καὐτὸς ἄχθομαι,
ὅστις λέγειν μὲν εὐπρεπῶς ἐπίσταται,
τὰ δ' ἔργα χείρω τῶν λόγων παρέσχετο.

Sed hi versus seiungendi videntur Boissonadio.

V. (I.) Clem. Alex. Strom. VI. p. 625. A. *Εὐριπίδου δὲ ἐν μὲν τῷ Οἰνομάῳ γράφοντος* (v. Oenom. fr. VI.) — *ἐν δὲ τῷ Φοίνικι,*

Τἀφανῆ τεκμηρίοισιν εἰκότως ἁλίσκεται.

Ὑπερίδης λέγει· ἃ δ' ἐστιν ἀφανῆ ἀνάγκη τοὺς διδάσκοντας τεκμηρίοις καὶ τοῖς εἰκόσι ζητεῖν. Grotius in Exc. p. 415.

et Musgr. iambicum metrum praetulerunt: τἀφανῆ Τεκμηρ. Ille vertit: *Inaspicuum quod est Per signa credibilia venari decet.* A Clemente sumsit Theodoret. Therap. VI. p. 102, 12.

VI. (II.) Stob. tit. 38. p. 222. Gesn. p. 151. Grot.

Φθόνον οὐ σέβω, φθονεῖ-
σθαι δ᾽ ἐθέλοιμ᾽ ἂν ἐπ᾽ ἐσθλοῖς.

Invidiam haud probo: Sed invideri res bonas propter velim. In cod. Leid. teste Valcken. diatr. p. 270. est Εὐρ. Φοινίσσαις.

VII. Stob. append. Flor. p. 11. (382.)

Οἱ πεῖραν οὐ δεδωκότες
μᾶλλον δοκοῦντες ἢ πεφυκότες σοφοί.

VIII. (X.) Erotianus p. 132. *Διηπέτης, ἀντὶ τοῦ διαυγὴς καὶ καθαρός. Ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν Φοίνικι λέγων·*

Δμωσὶ δ᾽ ἐμοῖσιν εἶπον, ὡς ταυτηρίαις πυρίδες καὶ
διηπέτη κτεῖναι.

Quae sic emendavit Valck. diatr. p. 274.

Δμωσὶν δ᾽ ἐμοῖσιν εἶπον, ὡς καυτήρια
ἐς πῦρ ἔδει καὶ [ταῦτα] δὴ διϊπετῆ
θεῖναι.

Voluitne, inquit Valcken. ferro candente oculos exurere filio saevus ille senex furiis amoris accensus?

IX. (X.) (fr. inc. LXXXI.) Stob. tit. 120. p. 608. Gesn. 122. p. 499. Grot. 121. Gaisf.

Καί τοι ποτ᾽ εἴ τιν᾽ εἰσίδοιμ᾽ ἀνὰ πτόλιν
τυφλὸν προηγητῆρος ἐξηρτημένον,
εὐδαιμονῶν ταῖς συμφοραῖς ἐλοιδόρουν,
ὡς δειλὸς εἴη θάνατον ἐκποδὼν ἔχων.
καὶ νῦν λόγοισι τοῖς ἐμοῖς ἐναντίως
πέπτωχ᾽ ὁ τλήμων. ὦ φιλόζωοι βροτοί,
οἳ τὴν ἐπιστείχουσαν ἡμέραν ἰδεῖν
ποθεῖτ᾽ ἔχοντες μυρίον ἄχθος κακῶν.
οὕτως ἔρως βροτοῖσιν ἔγκειται βίου.
τὸ ζῆν γὰρ ἴσμεν· τοῦ θανεῖν δ᾽ ἀπειρίᾳ
πᾶς τις φοβεῖται φῶς λιπεῖν τόδ᾽ ἡλίου.

Ego si quis antehac captus oculorum orbibus Pedes per urbem regeret aliena manu, Non desinebam arguere socordem metum, Quod abstineret morte tantam miseriam. Nunc quo volutus in meas sententias En ipse pecco. Misera gens mortalium Quam cupida vitae: posteram semper lubet Lucem tueri, mille quae vectat mala. Tantos amores vita hominibus suscitat. Nam vita quid sit scimus; at mortis rudes Ideo timemus linquere hoc solis iubar. Ad tres posteriores versus in Paris. A. adscriptum est Εὐριπίδου Φοινίσσαις, ut notavit idem Valck. qui apertus error est pro Φοίνικι. Hinc Boissonad. omnes ad hanc fabulam retulit. Et sane optime ei conveniunt, quum homo loquatur oculis privatus. V. 2. προηγητῆρος est a Grotio pro προηγήτορος. V. 3. Gesn. ἁ δαιμόνων. Grot. κακοδαίμονος. Valck. ad Phoen. 841. et diatr. p. 231. εὐδαιμονῶν, quod mihi languidum videtur, non item, si αὐτὸς εὐδαιμονῶν legeretur. Salmas. coni. ἀδημονῶν, Wyttenbach ad Plut. de sera num. vind. p. 138. ἀδημονοῦντα συμφοραῖς, quod recepit Musgr. Et hoc mihi quoque verum videtur. V. 8. legebatur πόθον, pro quo Grotius ποθοῦσ᾽, ἔχ. Debebat scribere ποθεῖτ᾽, ut ed. Musgrav. nisi forte Homericum illud secutus est Il. ρ΄, 248. ὦ φίλοι, Ἀργείων ἡγήτορες ἠδὲ μέδοντες, οἵτε παρ᾽ Ἀτρείδῃς - - δήμια πίνουσιν καὶ σημαίνουσιν ἕκαστοι λαοῖς. Sed vid. Huschk. ad Tib. I, 6, 39. V. 10. Paris. A. τοῦ βίου δ᾽ ἐμπειρίᾳ, si recte notavit Valck. in marg. Stob. Grot.

X. (III.) Stob. tit. 39. p. 226. Gesn. p. 155 sq. Grot.

Σὺ δ᾽, ὦ πατρῴα χθὼν ἐμῶν γεννητόρων,
χαῖρ᾽· ἀνδρὶ γάρ τοι, κἂν ὑπερβάλλῃ κα-
κοῖς,
οὐκ ἔστι τοῦ θρέψαντος ἥδιον πέδον.

Salve meorum terra maiorum parens. Eheu, ut homini quamlibet presso malis Altrice nulla dulcior tellus humo. ἐμῶν pro ἐμή Paris. A. apud Valck. diatr. p. 271.

XI. (VI.) Stob. tit. 71. p. 434. Gesn. 73. p. 312. Grot. et Gaisf.

Γυνή τε πάντων ἀγριώτατον κακόν.

Mulier malorum est omnium immanissimum. πάντων Grot. Paris. A. B. pro πάντως Gesn. quod tamen probare

videtur Valcken. diatr. p. 271. „Occasione pessimae pellicis, cuius fraudulenta libidine Phoenix a patre fuit oculorum lumine privatus, potuit osor mulierum Euripides ingenio suo morem gerere, atque in ista oratione hunc versum collocare.“ Valcken. ib.

XII. (VII.) Stob. tit. 88. p. 500. Gesn. 90. p. 363 sq. Grot. et Gaisf.

Μέγιστον ἆρ᾿ ἦν ἡ φύσις· τὸ γὰρ κακὸν
οὐδεὶς τρέφων εὖ χρηστὸν ἂν θείη ποτέ.

Invicta res natura, nec quisquam malum Bene educando vertet in mores bonos.

XIII. Hesych. *Ἀμνήστευτος γυνή, ἡ παλλακή. Εὐριπίδης Φοίνικι.*

Quod in schol. Ven. Il. γ', 354. ed. Villoison. legitur *Εὐριπίδης Φοίνικι· λιθόβολον εἶμα κατειργάσω,* id apud Bekker. recte scribitur *Εὐρ. ἐν Φοινίσσαις.* v. 1062.

PHRIXUS.

Phrixi fabula satis nota. Sed quomodo Euripides eam tractaverit, e paucis, quae supersunt, fragmentis confici vix poterit. Quae Scholiastes Apollonii Rhod. habet ad II, 382. *Ὅτι δὲ ἡ νῆσος αὕτη ὄρνιθας ἔχει τοξευούσας τοῖς πτεροῖς ὡς βέλεσιν, ἱστορεῖ καὶ Εὐριπίδης ἐν Φρίξῳ,* ea narrari ab aliquo, fortasse ab ipso Phrixo, potuerunt. Bis editam esse fabulam auctor est Schol. Aristoph. fr. l.

I. Aristoph. Ran. 1256.

Σιδώνιόν ποτ᾿ ἄστυ Κάδμος ἐκλιπὼν
Ἀγήνορος παῖς - -

ubi Schol. *ἔστι δὲ τοῦ β' Φρύξου Εὐριπίδου ἡ ἀρχή· τὸ λοιπὸν δὲ τοῦ στίχου*

ἵκετ᾿ ἐς Θήβης πέδον.

Priorem versum ab Isocrate, accepto nuntio de clade Chaeronensi pronuntiatum memorant etiam Lucian. Macrob. 23. T. VIII. p. 128. ed. Bip. Plut. dec. rhet. vit. p. 837. E. Hesych. *Γλυκερῷ Σιδωνίῳ. δρᾶμα δέ ἐστιν, ἐν ᾧ τῆς θυμέλης ἄρχεται οὕτως·*

Σιδώνιόν ποτ᾿ ἄστυ Κάδμος ἐκλιπὼν
Ἀγήνορος παῖς - -

Διεβεβόητο δὲ τὸ μέρος τοῦτο. Locum haec et sqq. habuerunt in prologo, quia Ino, Phrixi noverca, filia erat Cadmi.

II. Schol. Eurip. Phoen. 6. *ἐν γοῦν τῷ Φρίξῳ φησίν· ἦσαν γὰρ Ἀγήνορος παῖδες,*

Κίλιξ, ἀφ᾿ οὗ καὶ Κιλικία κικλήσκεται,
Φοίνιξ, ὅθενπερ τοὔνομ᾿ ἡ χώρα φέρει
καὶ Θάσος - -

Barnes. tanquam primum hunc versum dedit turpissimum: *Ἦσαν γὰρ οἱ μὲν παῖδες οἱ Ἀγήνορος.* Valcken. ad Phoen. p. 596. verba videbantur Scholiastae *ἦσαν γὰρ Ἀγήνορος παῖδες,* Euripidea autem *Ἀγήνορος κόροι.* Musgr. *Ἦσαν γάρ, ὡς λέγουσ᾿, Ἀγήνορος κόροι.* quod praeter verba *ὡς λέγουσ᾿.* recepit Boissonad. recte: nam omnia illa scholiastae verba esse, quum praecesserit *ἐν γοῦν τῷ Φρίξῳ φησίν,* vix verisimile est. — Ad hunc prologum Valcken. l. c. refert etiam versum, qui sine nomine auctoris legitur apud Plutarch. T. II. p. 607. B. *καὶ ὁ τοῦ Διονύσου πάππος, ὃς ἐξεπέμφθη τὴν Εὐρώπην ἀνευρεῖν, οὐδὲ αὐτὸς ἐπανῆλθε,*

Φοίνιξ πεφυκώς, ἐκ δ᾿ ὁρίζεται γένος

εἰς τὰς Θήβας παραγενόμενος. In eo pro *γένος* Valcken. legendum coni. *χθονός.*

III. Eratosth. Cataster. 14. *Ταῦρος. Οὗτος λέγεται ἐν τοῖς ἄστροις τεθῆναι, διὰ τὸ Εὐρώπην ἀγαγεῖν ἐκ Φοινίκης εἰς Κρήτην διὰ τοῦ πελάγους, ὡς Εὐριπίδης φησὶν ἐν τῷ Φρίξῳ.* Idem narrant schol. Germanic. Eudocia p. 392. et Hygin. poët. astron. 21. Cf. Malalae chron. 35. Vid. Bentl. epist. ad Mill. p. 488. ed. Lips.

IV. Etymol. M. p. 714, 17. *Σιροί, τὸ ἐπιτήδειον ὄγγεῖον εἰς ἀπόθεσιν πυρῶν καὶ τῶν ἄλλων ὀσπρίων. Ἀμμώ-*

νιος δὲ ἱστορεῖ, ὡς οἱ Ἀττικοὶ ὀξύνοντες τὸ ὄνομα τὸ ι βραχύνουσι, καὶ ἡ τριβὴ τῆς ἀναγνώσεως ἐκτείνεται. εὑρίσκεται δὲ καὶ βραχὺ, ὡς παρ᾽ Εὐριπίδῃ Φρίξῳ·

- - ἀνοῖξαι μὲν σιρούς οὐκ ἠξίου.

Cf. Draco de metr. p. 82. Versum explet Cod. MS. Leidensis apud Valck. diatrib. p. 217. *Καὶ μῶν ἄν*. Legendum cum Valck.

Καὶ νῷν ἀνοῖξαι μὲν σιροὺς οὐκ ἠξίου.

Et nobis quidem granaria aperire recusabat. At illud *νῷν* utrum pro *ἡμῖν* positum dicamus, cuius usus auctoritatem desidero; an de duobus, ut alibi, valere, de Phrixo et Helle?

V. (XII.) Stob. tit. 71. p. 433. Gesn. 72. p. 310. Grot. et Gaisf.

Ὡς οὐδὲν ὑγιές φασι μητρυιὰς φρονεῖν
νόθοισι παισίν· ὧν φυλάξομαι ψόγον.

Male velle semper ante genitis liberis Fama est novercas; hoc ego effugio probrum. *μητρυιάς* Musgrav. ridicule vertit *materteras;* sed notabile, quod liberi e legitimo quidem matrimonio, sed e priore uxore suscepti, ut Phrixus et Helle, *νόθοι* vocantur. Nam novercam Phrixi et Helles omnes vocant Ino.

VI. (XI.) Stob. tit. 65. p. 411. Gesn. 67. p. 277. Grot. et Gaisf.

Γυνὴ γὰρ ἐν κακοῖσι καὶ νόσοις πόσει
ἥδιστόν ἐστι, δώματ᾽ ἢν οἰκῇ καλῶς,
ὀργήν τε πραΰνουσα καὶ δυσθυμίας
ψυχὴν μεθιστᾶσ᾽· ἡδὺ κἀπάται φίλων.

Quoties maritus in malo aut morbo iacet, Dulcissimum, uxor si domum recte regat. Iram illa lenit; illa mentem liberat Moerore; dulcis ipsa fraus amantium. Eosdem versus affert Antipater apud Stob. ibid. p. 417. Gesn. ubi v. 1. est *ἐν νόσοισι καὶ κακοῖς*. *κἀπάται* vs. 4. Paris. B. pro *καὶ ἀπάται*, ut iam ediderat Barnes.

VII. (XIII.) Stob. tit. 72. p. 441. Gesn. 74. p. 325. Grot. et Gaisf.

Δίκαι᾽ ἔλεξε· χρὴ γὰρ εὐναίῳ πόσει
γυναῖκα κοινῇ τὰς τύχας φέρειν ἀεί.

Recte locuta est; namque id uxorem decet, Socialiter tolerare fortunam viri.

VIII. (V.) Sextus Empir. adv. Math. I, 13, 274. et 287. οἷόν ἐστι καὶ τὸ παρὰ Εὐριπίδῃ λεχθὲν ἐν Φρίξῳ·

ὅστις δὲ θνητῶν οἴεται καθ᾽ ἡμέραν
κακόν τι πράσσων τοὺς θεοὺς λεληθέναι,
δοκεῖ πονηρὰ καὶ δοκῶν ἁλίσκεται,
ὅταν σχολὴν ἄγουσα τυγχάνῃ Δίκη.

Iidem versus leguntur apud Clement. Alex. Strom. V. p. 606. C. D. Euseb. Praep. evang. XIII, 13. p. 684. sed tanquam Diphili, Iustin. Mart. de monarch. p. 38 sq. = 106. B. ed. Colon. 1686. Stob. ecl. phys. p. 121. Grot. T. I. p. 110. Heer. Apud Iustin. hic versus praemittitur immodulatus:

ἄφθονον βίου μῆκος δίδωσι πρὸς κρίσιν.

apud Clem. autem hic

ὃς τοῖς ἁμαρτάνουσι πρὸς μῆκος βίου
δίδωσιν· εἴ τις δ᾽ οἴεται κ. τ. λ.

V. 1. *καθ᾽ ἡμέραν* Sext. Empir. 274. at 287. *τοὐφήμερον*. *τοὐφ᾽ ἡμέραν* Clem. Stob. Quintum versum addit Stob. *τιμωρίαν ἔτισεν ὧν ἦρξεν κακῶν.* Eum Musgrav. ab hoc loco alienum putat, quia nulla copula cum praecedentibus cohaereat; addi tamen eum posse fatetur sic scriptum: *τιμωριάν τ᾽ ἔτισεν*, vel quod edidit *τιμωρίᾳ τ᾽ ἔτισεν*, quia *τιμωρίαν τίνειν* dubitat an nemo dixerit. *τιμωρίαν τινὸς τίνειν* analogia certe defendi potest dictum pro *τίνειν τι*. In asyndeto non haerendum; est enim eadem ratio, quam illustravi ad Hecub. 777. p. 88. Gramm. gr. §. 630. e. p. 1292. modo sic interpungas: *ἁλίσκεται·*

ὅταν σχολὴν ἄγουσα τυγχάνῃ Δίκη,
τιμωρίαν ἔτισεν ὧν ἦρξεν κακῶν.

qui duo versus explicationem continent eius quod praecessit, *ἁλίσκεται*. Quem sententiarum nexum quum non perspicerent ii, qui hos versus laudarunt, vel alterum

versum a proposito suo alienum viderent, omiserunt. Boissonad. v. 3. post 4. posuit.

Post hos versus quinque alios subiiciunt Iustin. M. et Clemens:

Ὁρᾶθ', ὅσοι νομίζετ' οὐκ εἶναι θεὸν
δὶς ἐξαμαρτάνοντες οὐκ εὐγνωμόνως.
ἔστιν γὰρ, ἔστιν· εἰ δέ τις πράσσει κακῶς
κακὸς πεφυκὼς, τὸν χρόνον κερδαινέτω·
χρόνῳ γὰρ οὗτος ὕστερον δώσει δίκην.

Sed hos versus a Iudaeo aliquo vel Christiano homine subditos esse recte contendit Valcken. diatr. de Aristobulo cap. I. et II. Cf. Luzac. Exercit. p. 143 sqq. Boeckh. de trag. gr. p. 158. Nam etsi in nonnullis erravit Valcken. v. c. quod θεόν sing. non ab antiquis usurpatum esse censet pro plurali (vid. Huschk. in Wolfii anal. T. I. p. 180 sq.) totus tamen sonus et color orationis ab Euripideo atque adeo ab antiquorum dictione abhorret, nec eorum sententia valde diversa est a quinque prioribus versibus. Recte etiam Valck. offendit ad δὶς ἐξαμ. v. 2. „Cur, obsecro, dicuntur δίς, *bis, stulte peccantes gravissime?*" V. 1. Clem. ὁρᾶθ' ὅσοι δοκεῖτε οὐκ turpi hiatu: nam quod Valcken. negat usquam in Euripideis meminisse se legere δοκῶ οὐκ εἶναι θεούς recte refutavit Huschk. l. c. — V. 3. πράσσει κακῶς esset *miser est*, non *male agit*, quod esset κακῶς ποιεῖ vel κακὰ πράσσει. Itaque Barnes. Musgr. ediderunt πράσσει καλῶς, quod vix probabile videtur Valck. credo quod, ita emendato loco, hoc argumentum ad locum convincendum sibi eripi videbat. Sed κακῶς facile scribi potuit propter κακός, quod sequitur. — V. 4. τὸν χρόνον κερδανάτω. Decem continuos versus sic vertit Grotius in Exc. p. 414. *Mortalium nunc si quis admittit scelus Latere posse credit ultores deos, Sperat profana, speque captatur sua, Ubi coeperit vacare divina ultio Supplicia pendens iusta factorum male. Advertite, esse qui deum non creditis, pravaque mente duplicatis crimina. Est, est, profecto; qui mala admittit malus, Hic temporis sibi ducat usuram lucro: Nam post futura aetate supplicium dabit.*

IX. (VI.) Iustin. de monarch. p. 41. D. (= 109.)

Εἰ δ' εὐσεβὴς ὢν τοῖσι δυσσεβεστάτοις
εἰς ταὔτ' ἔπρασσον, πῶς τάδ' ἂν καλῶς ἔχοι,
εἰ Ζεὺς ὁ λῷστος μηδὲν ἔνδικον φρονεῖ.

Si ius sequentem cum profano atque impio Sors aequa sequitur, quomodo bene res eant, Si nulla iuris optimo cura est Iovi? Grot. in Exc. p. 414. Pro ἔπρασσον vel ἔπραττον, ut est apud Iustin. Grot. et Barn. ἔπραττεν.

X. (XVI.) Stob. tit. 121. p. 613. Gesn. 123. p. 503. Grot. 122. Gaisf.

Καὶ γὰρ πέφυκε τοῦτ' ἐν ἀνθρώπου φύσει·
ἢν καὶ δίκῃ θνήσκῃ τις, οὐχ ἧσσον ποθεῖ
πᾶς τις δακρύειν τοὺς προσήκοντας φίλους.

Cor hominibus natura tam tenerum dedit, Ut iure quis sit caesus, haud minus hoc suos Sibi quisque ademptos prosequi lacrymis amat. V. 2. ἢν καί edd. quod in ἢν γάρ mutavit Musgr. eodem errore ductus, quem notavi ad fr. VIII.

XI. (XIV.) Stob. tit. 92. p. 511. Gesn. 94. p. 381. Grot. et Gaisf.

Κρείσσων δὲ βαιὸς ὄλβος ἀβλαβὴς βροτοῖς,
ἢ δῶμα πλούτῳ δυσσεβῶς ὠγκωμένον.

Res modica melior, testis innocentiae, Quam culmen altum per nefas auctae domus. βαιός ex emendatione Scaligeri dedit Grot. pro βίος.

XII. (IX.) Stob. tit. 41. p. 239. Gesn. 43. p. 163. Grot. et Gaisf.

Αἱ γὰρ πόλεις εἴσ' ἄνδρες, οὐκ ἐρημία.

Non solitudo, sed viri sunt civitas. Hinc πεπαρῳδημένον esse senarium proverbialem in Schotti adagiis p. 604. v. 454. Ἄνδρες γάρ εἰσιν αἱ πόλεις, οὐκ οἰκίαι, censet Blomfield. gloss. in Pers. 355. ubi similes aliorum sententias profert. Cf. Valcken. diatr. p. 216 sq. et quae monui ad Alcaei fr. p. 20 sq.

XIII. (VIII.) Stob. tit. 8. p. 97. Gesn. p. 51 sq. Grot.

Ἀνὴρ δ᾽ ὅς εἶναι φής, ἀνέρος οὐκ ἄξιον
δειλὸν κεκλῆσθαι καὶ νοσεῖν αἰσχρὰν νόσον.

Vir vis vocari; sed virum minime decet Trepidantis animi mollis aegrimonia. Nexus hic esse videtur: *Qui te virum esse dicis, scito non decere virum ignavum vocari*, ut haec sit conversio structurae pro ἀνὴρ δ᾽ ὅς εἶναι φῂς ἐνθυμήθητι οὐκ ἄξιον ὄν α. At Valcken. diatr. p. 216. corrigit: ἀνέρα δέ σ᾽ εἶναι φής; ἀν. Sed usitatius φημὶ εἶναι ἀνήρ, quam φημί με εἶναι ἄνδρα. Notanda autem forma ἀνέρος, quae alibi apud Tragicos non legitur pro ἀνδρός, quod ipsum h. l. habent Paris. A. Trincav.

XIV. (XV.) Stob. tit. 119. p. 602. Gesn. 121. p. 495. Grot. 120. Gaisf.

Τίς δ᾽ οἶδεν, εἰ ζῆν τοῦθ᾽, ὃ κέκληται θανεῖν,
τὸ ζῆν δὲ θνήσκειν ἐστί· πλὴν ὅμως βροτῶν
νοσοῦσιν οἱ βλέποντες, οἱ δ᾽ ὀλωλότες
οὐδὲν νοσοῦσιν, οὐδὲ κέκτηνται κακά.

Ἔρως διδάσκει, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν.

Euripidis locum esse idem monstrat T. II. p. 405. F. *Ὁ δ' Εὐριπίδης εἰπών, ὡς Ἔρως ποιητὴν διδάσκει, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν, ἐνενόησεν ὅτι ποιητικὴν καὶ μουσικὴν ἔρως δύναμιν οὐκ ἐντίθησιν, ἐνυπάρχουσαν δὲ κινεῖ καὶ ἀναθερμαίνει λανθάνουσαν καὶ ἀργοῦσαν.* et p. 762. B. *καίπερ ὢν ἐρωτικὸς ὁ Εὐριπίδης τὸ σμικρότατον ἀπεθαύμασεν, εἰπὼν Ποιητὴν ἄρα Ἔρως διδάσκει κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν.* Cf. Aristid. T. I. p. 30. ed. Iebb. (p. 55.) et p. 198. (345.) E Stheneboea petitos esse versus docet schol. Aristoph. Vesp. 1069. qui fallitur, quum totum Aristophanis versum, *ῥᾳδίως διδάξω, κἂν ἄμ. ᾖ τὸ πρίν* ex ea fabula sumtum, et *τὸ ᾖ ἀντὶ τοῦ ἦν* positum dicit. Errorem notavit Bentlei. epist. ad Mill. p. 469 sq. ed. Lips. ubi *Μουσικόν*

legendum esse docet pro *μουσικήν*, quae correctio firmatur duobus aliis Plut. locis, ubi est *ποιητήν*. Valcken. autem diatr. p. 206. *ποιητήν* pro *μουσικήν* legi mavult. Eumdem locum respicit Plato Sympos. p. 196. E. (p. 62. ed. Wolf.) *πᾶς γοῦν ποιητὴς γίγνεται, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν, οὗ ἂν Ἔρως ἅψηται.* Cf. Valcken. diatr. l. c. Grotius sic vertit in Exc. p. 400. *Artem carminum Docet Cupido carminum ignaros prius*, verba tamen, quibus Plutarchus p. 762. poëtae dictum in aliam sententiam deflectit, pro poëtae verbis habens addidit *συνετόν τε ποιεῖ κἂν ῥᾴθυμος ᾖ τὸ πρίν*, nec minus Barnesius.

IV. (III.) Athenaeus X. p. 421 sq. *Ἐν Σθενεβοίᾳ δ' ὁ Εὐριπίδης περὶ εὐτελείας λέγων·*

βίος δὲ πορφυροῦς θαλάσσιος
οὐκ εὐτράπεζος, ἀλλ' ἐπάκτιοι φάτναι·
ὑγρὰ δὲ μήτηρ, οὐ πεδοστιβὴς τροφός,
θάλασσα. τήνδ' ἀροῦμεν, ἐκ ταύτης βίος
βρόχοισι καὶ πέδαισιν οἴκαδ' ἔρχεται.

Grotius in Exc. p. 401. ed. *περίφορος* pro *πορφυροῦς*. quod probat Musgrav. „ut sit locutio ducta a ferculis, quae in coenis lautioribus *περιφέρεσθαι* moris erat.“ Praeterea Musgr. coni. *θαλασσίοις*, *Maris incolis non circumfertur victus;* quasi *περιφέρεσθαι* et *περίφορος* satis sit ad lautam coenam designandam; quidni enim apud tenuiores etiam homines, quum *plures* una coenant, cibi circumferantur? *βίος θαλάσσιος* vocari videtur *πορφυροῦς*, quia ipsum mare est *πορφύρεον*. V. 3. Grot. et ex eo Barnes. *τρίβος* pro *τροφός*, Musgr. coni. *οὐ πεδοστιβὴς Τροφὰς τελοῦσα.* Recte Casaubon. vertit: *Nostra est nutrix mater humida, non illa quae calcatur pedibus, mare, inquam.* nisi quod graecis magis consentaneum videtur *Mater vero nobis est humida, non nutrix, in qua ingredimur* - - V. ult. Grot. et Barn. *βροχαῖσι.* *Non mensis nitet Vaga vita pelagi, hospitia littoreae casae. At mater humens, pedibus haud praebens iter Salacia; hanc aramus, hinc altricia Laqueo atque vinclis spolia pertrahimus domum.* Suspicor haec verba esse piscatorum, nuntium de Bellerophontis exitu afferentium.

V. (IV.) Athen. X. p. 427. E. *Τοῖς δὲ τετελευτηκόσι τῶν φίλων ἀπένεμον τὰ πίπτοντα τῆς τροφῆς ἀπὸ τῶν τρα-*

πεζῶν. διὸ καὶ Εὐριπίδης περὶ τῆς Σθενεβοίας φησὶν, ἐπειδὴ νομίζειν (Casaub. ad Athen. p. 722. νομίζοι vel νομίσειε, ad Diog. L. VIII, 34. not. 165. νομίζει, ut e MS. Epit. ed. Schweigh.) τὸν Βελλεροφόντην τεθνάναι·

Πεσὼν δέ νιν λέληθεν οὐδὲν ἐκ χερὸς,
ἀλλ' εὐθὺς αὐδᾷ, τῷ Κορινθίῳ ξένῳ.

Locum ridet Aristoph. Thesm. 403 sq. ἀνὴρ ἐρωτᾷ, Τῷ κατέαγεν ἡ χύτρα; οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ τῷ Κορινθίῳ ξένῳ. ubi Schol. Ravenn. ἐκ Σθενεβοίας Εὐριπίδου. διαβάλλει δὲ ὡς μοιχοὺς τοὺς Κορινθίους. Cf. Hesych. v. Κορίνθιος ξένος, quem locum emendat Pierson. ad Moerid. p. 253 sq.

VI. (VI.) Stob. tit. 83. p. 483. Gesn. 85. p. 351. Grot. et Gaisf.

Κομίζετ' εἴσω τήνδε· πιστεύειν δὲ χρὴ
γυναικὶ μηδὲν, ὅστις εὖ φρονεῖ βροτῶν.

Abripite famuli hanc; quisquis est mortalium, Cui sapere cordi est, feminae credat nihil. In fine dramatis haec posita fuisse Valckenaerio quoque in nota MS. videbantur. Verba suspicor fuisse Proeti, uxorem, hausto iam veneno moribundam, postquam falsas Bellerophontis criminationes marito confessa est, intus abduci iubentis.

VII. (IX.) Photius lex. Ξεναπάτας. ἰδίως ἐπὶ τῶν (lacunae signa apposuit Bentl. epist. ad Mill. p. 469.) ὅταν μὴ τοιοῦτοι πνέωσιν ἄνεμοι ἐν τοῖς πελάγεσιν, ὁποῖοι ἐν τοῖς λιμέσιν. Εὐριπίδης Σθενεβοίᾳ·

Τίς ἄνδρα τιμᾷ ξεναπάτην.

Pollux III, 58. εἴρηται δὲ ξεναπάτη (—της corr. Bentl. l. c.) παρ' Εὐριπίδῃ. Bentl. et hinc Musgr. citant τίς ἄ. τινὰ ξεναπ. De voce ξεναπ. cf. Elmslei. ad Eur. Med. 1359. Haeccine verba esse dicamus Proeti, ob deceptum et proditum hospitem, Bellerophontem, se ipsum culpantis?

VIII. (VII.) Stob. tit. 66. p. 420. Gesn. 68. p. 281. Grot. et Gaisf.

Πολλοὺς δὲ πλούτῳ καὶ γένει γαυρουμένους
γυνὴ κατῄσχυν' ἐν δόμοισι νηπία.

Multos superbos opibus, ortu nobiles Dedecore vecors femina affecit domi. Barnesius inter fragm. et Bellerophontis v. 57 sq. et Stheneboeae v. 17 sq. retulit.

IX. (V.) Stob. tit. 29. p. 199. Gesn. ib. p. 129. Grot.

Ἄνευ τύχης γὰρ, ὥσπερ ἡ παροιμία,
πόνος μονωθεὶς οὐκέτ' ἀλγύνει βροτούς.

Desertus a favente fortuna labor Non defatigat, ut vetus fert dictio. Barnes. laudat Apostolium cent. 3. §. 42. Pro ἀλγύνει Musgr. coni. ἀλδαίνει.

X. Schol. Venet. Arist. Pac. 123. ὁ λόγος ἔκαθεν ἐ βοίας (leg. ἐκ Σθενεβοίας) Εὐριπίδου, τινὲς δὲ οἴονται ἐκ Βελλεροφόντου παρῳδῆσαι. ἔστι δὲ ἐν τῇ Σθενεβοίᾳ παρὰ Τραγικῷ οὕτως. πέλας δὲ ταύτης δεινὸς ἵδρυται κράτ ἔνθηρος ἢ λῄστης φρουρεῖται κλύδωνι δεινῷ βροτοστόνῳ βρέμει πτηνὸς πυρεύγει (Cod. 475. πορεύει.) Locus Euripidis miserandum in modum laceratus videtur. Primus versus videtur esse iambicus trimeter

πέλας δὲ ταύτης δεινὸς ἵδρυται κράτος

tum iambicorum reliquiae lacerae

ἔνθηρος ἢ λῄστης ⏑ φρουρεῖται ⏑ –
κλύδωνι δεινῷ — βροτοστόνῳ βρέμει
πτηνὸς πορεύει.

Designari locum monstris et periculis plenum in aperto est, et fortasse his verbis aliquis Stheneboeam amore percitam a consilio Bellerophontem in Lyciam sequendi deterrere conatus est.

SYLEUS.

Sylei, ab Hercule occisi, fabulam exponit Apollod. II, 6, 3. *Ἡρακλῆς δὲ Ὀμφάλῃ δουλεύων τοὺς μὲν παρὰ τὴν Ἔφεσον Κέρκωπας συλλαβὼν ἔδησε, Συλέα δὲ — τοὺς παριόντας ξένους σκάπτειν ἀναγκάζοντα σὺν ταῖς ῥίζαις τὰς ἀμπέλους σκάψας μετὰ τῆς θυγατρὸς Ξενοδίκης ἀπέκτεινε.* Cf. Diod. Sic. IV, 31. Tzetz. chil. II, 432. Quod apud Apollod. legitur *ἐν Αὐλίδι* post *Συλέα δὲ* mihi ex *ἐν Λυδίᾳ* depravatum videtur. Quantillum enim distant *ΕΝΑΥΛΙΔΙ* et *ΕΝΛΥΔΙΑΙ*? et Tzetz. *Συλέα τὸν Λύδιον.* Drama satyricum videbatur Valcken. diatr. p. 204. 209. et Elmsleio ad Heracl. 418. Add. quod probabile tum propter ipsum argumentum, tum ob fragm. VI. VII.

I. (II.) Philo Iud. p. 98. ed. Hoesch. p. 537. D. E. 869. A. 880. B. Eusebius praep. evang. VI. p. 242. Artemid. IV, 59.

Πρὸς ταῦτ' ἴτω μὲν πῦρ, ἴτω δὲ φάσγανα·
πίμπρη, κάταιθε σάρκας, ἐμπλήσθητί μου
πίνων κελαινὸν αἷμα· πρόσθε γὰρ κάτω
γῆς εἶσιν ἄστρα, γῆ δ' ἄνεισ' εἰς αἰθέρα,
πρὶν ἐξ ἐμοῦ σοι θῶπ' ἀπαντῆσαι λόγον.

(*Ad haec vel ensem mi, vel ignes admove.*) *Ure haec cremaque membra, et impletor mei Potans rubentem sanguinem; in terram prius Descendet aether, terra se in coelum feret, Quam blanda de me veniat ad te oratio.* Grot. Exc. p. 429. qui primum versum omisit, ego e Gatakeri interpretatione advers. p. 520. ad M. Anton. VIII, 41. adieci. Philo p. 537. tantum eum habet; p. 880. haec praefatur *οἷα παρ' Εὐριπίδῃ φησὶν ὁ Ἡρακλῆς.* Idem legitur Phoen. 521. V. 1. Euseb. *φάσγανον,* omissis vv. *πρὸς ταῦτ'.* V. 2. *πίμπρη* scripsi pro *πίμπρα* ex emend. Piersoni ad Moerid. p. 209. Pro eo Euseb.

habet *τέμνε,* Artemidor. *ὄπτα,* quod notatum a Porson. adv. p. 216 = 189. V. 4. Euseb. *γαίης ἴασιν,* ita ut in *γαίης* praecedens vs. desinat, et secundus versus in *πίνων.*

II. (III.) Philo Iud. p. 880. C. ed. Hoesch. *πάλιν τὸν αὐτὸν σπουδαῖον οὐχ ὁρᾷς, ὅτι οὐδὲ πολούμενος θεράπων εἶναι δοκεῖ, καταπλήττων τοὺς ὁρῶντας, ὡς οὐ μόνον ἐλεύθερος ὤν, ἀλλὰ καὶ δεσπότης ἐπόμενος τοῦ πριαμένου; ὁ γοῦν Ἑρμῆς πυνθανομένοις ἡμῖν ὡς φαῦλός ἐστιν, ἀποκρίνεται·*

Ἥκιστα φαῦλος, ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον,
πρόσχημα σεμνὸς κοὐ ταπεινὸς, οὐδ' ἄγαν
εὔογκος, ὡς ἂν δοῦλος, ἀλλὰ καὶ στολὴν
ἰδόντι λαμπρὸς καὶ ξύλῳ δραστήριος.

Nihil est in illo vile, sed vultus gravis Habitusque pariter, sordidum, ut servis, nihil, aut mole tardum; splendida aspectu nitet Ubique vestis, corpus ad agendum veget. Grot. in Exc. p. 406. V. 4. legebatur *ζήλῳ.* *ξύλῳ* Barnes. ante Mangeyum.

III. (IV.) Pergit Philo Iud.

Οὐδεὶς δ' ἐς οἴκους δεσπότας ἀμείνονας
αὑτοῦ πρίασθαι βούλεται· σὲ δ' εἰσορῶν
πᾶς τις δέδοικεν· ὄμμα γὰρ πυρὸς γέμεις,
ταῦρος λέοντος ὡς βλέπων πρὸς ἐμβολήν,

εἶτ' ἐπιλέγει

*τὸ ἦθος αὐτοῦ * * οὖ κατηγορεῖ*
σιγῶντος, ὡς εἴης ἂν οὐχ ὑπήκοος,
τάσσειν δὲ μᾶλλον ἢ 'πιτάσσεσθαι θέλοις.

In duas partes dissecuit Grot. in Exc. p. 407. quarum altera incipit a verbis *σοῦ κατηγορῶ,* omissis *τό τ' ἦθος αὐτοῦ.* Secutus est Barn. interiecto etiam inter duas partes fr. IV. *Nemo profecto est qui sibi pretio suo Dominos parare cupiat; at te qui videt Pavet omnis: oculos namque flammantes geris, Taurus leonis ut se ad incursum parans. — Culpo quod ita praefracte siles, Quasi non herilem sub potestatem datus Ipse imperare, non regi imperio velis.* V. 1. Musgrav. malebat *δεσπότης.* v. 5. Grot. *τό τ' ἦθος.* Musgrav. coni. *τό τ' ἦθος αὐτόθεν*

τι σοῦ κατηγορεῖ, Elmslei. ad Heracl. 418. *τό τ' εἶδος αὔτ' αὐθαδίαν κατηγορεῖ* Σ. sed in addendis *Τό τ' ἦθος αὔθαδές τι σου κατηγορεῖ*, in quo nescias *τὸ ἦθος αὔθαδές τι* utrum nominativo an accusativo casu accipi voluerit; si nominativo, quomodo *τὸ ἦθος* *ingenium et mores*, prodere vel indicare aliquid dici potest, quum de moribus ipsis ex habitu externo coniectura fiat; sin accusativo, quid est illud, quo prodi aliquid dicitur i. e. subiectum verbi *κατηγορεῖ*. Equidem legerim: *τό τ' ἦθος αὐτὸ τοῦτό σου κατηγορεῖ σιγ.* *hoc ipsum*, quod *ὄμμα πυρὸς γέμεις*, *ingenium tuum prodit*, nimirum *ὡς εἴης ἂν οὐχ ὑπήκοος*. haec enim declarando vocabulo *ἦθος* inserviunt. Nam quod Elmslei. dicit verum sibi videri, * * *τό γ' εἶδος αὐτὸ σοῦ κατηγορεῖ*, ita ut pes primus desit hoc est eludere difficultatem, non tollere. Sylei haec verba esse suspicabatur Barnes. Ego vero mirarer, si homo ferox, qualis Syleus describitur, ita de se loqueretur. Itaque Mercurii potius verba esse putem, Herculem, ut vultum ad modestiam componat, quo facilius emtorem inveniat, monentis. Et sic Philo, apud quem *ἐπιλέγει* ad *Ἑρμῆς*, quod praecedit, refertur.

IV. (V.) Philo Iud. ibid. E. ubi ita pergit: *ἐπεὶ δὲ καὶ πριαμένου Συλέως εἰς ἀγρὸν ἐπέμφθη, διέδειξεν ἔργοις τὸ τῆς φύσεως ἀδούλωτον· τὸν μὲν γὰρ ἄριστον τῶν ἐκεῖ ταύρων καταθύσας Διῒ πρόφασιν εὐωχεῖτο, πολὺν δ' οἶνον ἐμφορήσας ἄθρουν εὖ μάλα κατακλιθεὶς ἠκρατίζετο. Συλεῖ δὲ ἀφικομένῳ καὶ δυσανασχετοῦντι ἐπί τε τῇ βλάβῃ καὶ τῇ τοῦ θεράποντος ῥαθυμίᾳ καὶ ἐπὶ τῇ περιττῇ καταφρονήσει, μηδὲν μήτε τῆς χρόας, μήτε ὧν ἔπραττε καταβαλὼν εὐτολμότατα φησί·*

Κλίθητι καὶ πίωμεν· ἐν τούτῳ δέ μου
τὴν πεῖραν εὐθὺ λάμβαν', εἰ κρείττων ἔσῃ.

Accumbe; compotemus; extemplo mei Hinc fac periclum sisne me praestantior. V. 2. leg. *εὐθὺς λάμβαν'*.

V. (I.) Stob. tit. 44. p. 306. Gesn. 46. p. 177. et Gaisf.

Τοῖς μὲν δικαίοις ἔνδικος, τοῖς δ' αὖ κακοῖς
πάντων μέγιστος πολέμιος κατὰ χθόνα.

Iustis amicus et bonis, contra malis, Ubique quot sunt, hostis infestissimus. Haec de se ipso dicere videtur Hercules. E Syleo citatur iam a Gesnero, quod confirmat Par. B. At Grot. *Oileo*, quem errorem ipse correxit in notis.

VI. (VI.) Lex. Sangerman. ap. Valck. diatr. p. 204. Bekk. anecd. p. 85, 10. *Βαυβᾶν ἀντὶ τοῦ καθεύδειν. Εὐριπίδης Συλεῖ·*

Βαυβῶμεν εἰσελθόντες· ἀπόμορξαι σέθεν
τὰ δάκρυα.

Haec Hercules Xenodicae dicere videtur; certe neque Syleum neque Herculem decebant *τὰ δάκρυα*.

VII. (VII.) Eustath. in Il. *α'* p. 107, 45 = 80. extr. Etymol. M. p. 294, 45. Apollon. *π. ἀντων.* p. 353. C.

Εἶα δὴ, φίλον ξύλον
ἔγειρέ μοι σεαυτὸ, καὶ γίγνου θρασύ.

E Syleo esse locum, ex Eustath. discimus. Is ante *ξύλον* addit *φίλον*, quod apud reliquos deest. *Ἔγειρε* est apud Apollon. ut scribi voluit Porson. advers. p. 275. extr. = 243. pro *ἄγειρε*, quod habet Etymol. et probat Blomf. gloss. Agam. 1640. Apud Eustath. est *ἔκτεινέ μοι σεαυτό.* Explicavit locum Valck. diatr. p. 204. *nervum viri* intelligi monens.

VIII. Alium locum tanquam e Syleo afferunt Grot. Exc. p. 407. Barnes. v. 21. e Philone, puto, depromtum:

Ἐγὼ δ' ἐμαυτοῦ καὶ κλύειν ἐπίσταμαι,
ἄρχειν θ' ὁμοίως, τῇ 'ρετῇ σταθμώμενος
τὰ πάντα - - -

Ego, ut tulit res, et mihi didici obsequi, Et imperare, cuncta virtutis modo Dimensus - -

TELEPHUS.

Hygin. f. 101. *Telephus, Herculis et Auges filius, ab Achille in pugna Chironis hasta percussus dicitur.* (Cf. Pind. Ol. 9, 107 sqq. Isthm. 5, 52. 8, 107.) *Ex quo vulnere quum indies tetro cruciatu angeretur, petit sortem ab Apolline, quod esset remedium. Responsum est, ei neminem mederi posse, nisi eandem hastam, qua vulneratus erat. Hoc Telephus ubi audivit, ad regem Agamemnonem venit, et monitu Clytaemnestrae Orestem infantem de cunabulis rapuit, minitans se eum occisurum, nisi sibi Achivi mederentur. Achivis autem quod responsum erat, sine Telephi ductu Troiam capi non posse, facile cum eo in gratiam redierunt, et ab Achille petierunt, ut eum sanaret. Quibus Achilles respondit, se artem medicam non nosse. Tunc Ulysses ait: Non te dicit Apollo, sed auctorem vulneris hastam nominat. Quam quum rasissent, remediatus est. A quo quum peterent, ut secum ad Troiam expugnandam iret, non impetrarunt, quod is Laodicen Priami filiam uxorem haberet, sed ob beneficium, quod eum sanarunt, eos deduxit, locos autem et itinera demonstravit; inde in Mysiam est profectus.* Scenam dramatis Argis fuisse multa indicare dicit Musgrav. Ego nullum eius modi indicium deprehendere potui, nisi forte locus apud Dionys. Hal. T. II. p. 59. huc pertinere iudicandus est, qui sine titulo citatur. Sed Argis rem geri e Libanii narratione sibi persuaserat Musgrav. Rectius Heath. scenam in castris Graecorum ad Troiam poni docet. Nullam autem fabulam gravius ista sibi exagitandam sumsit Aristophanes, imprimis in Acharnensibus. Nam quod heroem minime decebat, claudus et mendicans (χωλὸς, προσαιτῶν Acharn. 428. πτωχός Nub. 921.) in scenam prodibat, pannis obsitus, (Ach. 437.) idem tamen disertus, στωμύλος, δεινὸς λέγειν. *Πιλίδιον* habebat, ut in itinere so-

lebant, Acharn. 437. *Κᾆτα μοι δὸς τἀκόλουθα τῶν ῥακῶν, Τὸ πιλίδιον περὶ τὴν κεφαλὴν τὸ Μύσιον.* Telephum inductum esse oculis in terram deiectis ex Amphidis et Alexidis locis monstravit Victor. V. L. XVII, 23.

I. (VIII.) Aristoph. Ach. 439 sq.

Δεῖ γάρ με δόξαι πτωχὸν εἶναι τήμερον,
εἶναι μὲν, ὅσπερ εἰμὶ, φαίνεσθαι δὲ μή.

Schol. *Οἱ δύο στίχοι οὗτοι ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου.* *Hodie necesse est quippe mendicus puter, Et sim quidem qui sum ipse, non credar tamen.* Grot. Exc. p. 406. ὅσπερ iam Grotius dederat ante Brunckium, et sic locum affert Suidas v. εἶναι et φαινόμενα. ubi addit τούτεστι μὴ ἀλλάξαι τὴν φύσιν, ἀλλὰ τὴν μορφήν.

II. Alium locum e Diogen. Epist. 5. in Notit. MSS. T. 10, 2. p. 241. inter fr. Telephi retulit Boisson.

Πτώχ' ἀμφίβλητα σώματος λαβὼν ῥάκη
ἀρκτήρια τύχης.

III. (IV.) Eustath. ad Il. π', p. 1084, 2.

Βέβληκ' Ἀχιλλεὺς δύο κύβω καὶ τέτταρα.

ἤγουν δύω μονάδας καὶ τέτταρα. ὃν στίχον Εὐριπίδης ἐν Τηλέφῳ θεὶς, ὅπου κυβεύοντας ἥρωας εἰσήγαγε, καὶ μαθὼν ἐπ' αὐτῷ χλευασθῆναι ὡς εὐτελεῖ, καθὰ σκώπτει καὶ ὁ κωμικὸς, αἰδεσθεὶς περιεῖλεν ὅλον τὸ ἐπεισόδιον. Eadem fere habet ad Odyss. α' p. 1397, 20. Cf. Zenob. cent. 2, 85. App. Vat. 1, 29. Suidas et Photius v. τρὶς ἓξ ἢ τρεῖς κύβοι. Versu utitur Aristoph. Ran. 1447. Kust. 1400. Br. ubi schol. Ἀρίσταρχος φησιν ἀδεσπότως τοῦτο προφέρεσθαι. ὡς Εὐριπίδου πεποιηκότος κυβεύοντας ἐν τῷ Τηλέφῳ, οὓς καὶ περιεῖλε. μή ποτε οὖν ἐκεῖθεν ἦν, μᾶλλον δὲ ἐσχεδιακὼς ἂν εἴη Ἀριστοφάνης. οὐδὲ γὰρ τὸν Εὐριπίδην τοῦτο προφερόμενον, ἀλλὰ τὸν Διόνυσον χλευάζοντα. τινὲς δὲ ὅτι ἐν τῷ Φιλοκτήτῃ ἦν ὁ τόπος, οἱ δὲ ἐν τῇ Ἰφιγενείᾳ τῇ ἐν Αὐλίδι. Similiter Zenob. et app. Vatic. Τοῦτο Εὐριπίδου ἐστί. καὶ Ἀριστόξενος δὲ φησὶν, ὅτι Εὐριπίδης διορθῶν τὸν Τήλεφον, ἐξεῖλε τὴν πεττείαν. Suid. et Phot. de hoc loco δύο μὲν κενοὺς αὐτόν φησι βαλεῖν, ἕνα δὲ τὸν τέταρτον, i. e. tertium, qui latus quatuor punctis notatum habebat. Cf. Blomfield. gloss. Agamemn. 32. Hoc ἐπεισόδιον in initio dramatis, quum Telephus primum in Graecorum castra

intrabat, positum fuisse coniicio, non dissimile illud lepidissimo Schilleri dramati, quod *Wallensteins Lager* inscribitur, nisi quod hoc proluditur tantum fabulae.

IV. (XV.) Aristoph. Lys. 707.

Ἄνασσα πράγους τοῦδε καὶ βουλεύματος,
τί μοι σκυθρωπὸς ἐξελήλυθας δόμων;

Schol. *ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου*. Clytaemnestram alloqui videtur Telephus, si fides habenda est Hygino, de quo dubito, quum nullus alius Clytaemnestram virum ad Troiam secutum esse narraverit. Fortasse ex eadem scena est versus Aristoph. ib. 714. *Ἀλλ' αἰσχρὸν εἰπεῖν, τὸ δὲ σιωπῆσαι βαρύ*, ubi schol. *ἐξ Εὐριπίδου* et v. 717. *Ἰὼ Ζεῦ! Τί Ζῆν' ἀΰτεῖς;*

V. (XVI.) Stob. tit. 13. p. 145. Gesn. p. 83. Grot.

Ἀγάμεμνον, οὐδ' εἰ πέλεκυν ἐν χεροῖν ἔχων
μέλλοι τις εἰς τράχηλον ἐμβαλεῖν ἐμὸν,
σιγήσομαι, δίκαιά γ' ἀντειπεῖν ἔχων.

Non, si minante iam securigera manu Cervix sub ictu staret, Agamemnon, mea, Munitus aequo liberam vocem premam. Hinc *τὸ ἐπιξήνιον* sumsisse videtur Aristophanes in Acharn. cui adstans causam dicit Dicaeopolis. De sententia cf. Gataker ad M. Antonin. III, 7.

VI. Aristoph. Ach. 470 sq. *καὶ γάρ εἴμ' ἄγαν Ὀχληρὸς οὐν δοκῶν γε κοιράνους στυγεῖν.* Schol. *Τοῦτο πεπαρῴδηται ἀσήμως ἐξ Οἰνέως Εὐριπίδου. ὁ δὲ Σύμμαχος καὶ ἐκ Τηλέφου φησιν αὐτό.* Elmsl. ad Aristoph. locum: Telephus, *πτωχικὴν στολὴν* indutus, celatoque nomine, Graecorum duces in concione obiurgavit; cuius verba *παρῳδεῖ* noster inferius v. 497—556. Hinc postea ad Chorum, ut coniicere licet, questus est: *molestus sum, quum principes viros odio habere videar.*

VII. (XI.) Schol. Aristoph. Ach. 496. *Ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου·*

Μή μοι φθονήσητ', ἄνδρες Ἑλλήνων ἄκροι,
εἰ πτωχὸς ὢν τέτληκ' ἐν ἐσθλοῖσιν λέγειν.

Ne, Graeciae flos, vertite hoc vitio mihi Quod optimatum in classe mendicus loquor. Grot. Exc. p. 406. Hoc versu Alexidem etiam uti apud Athen. XV. p. 691. F.

ante Elmslei. monuit iam Valcken. ad Theocr. Adoniaz. p. 414. Totam illam Acharnensium scenam e Telepho ludicra imitatione expressam esse dicit argumenti scriptor: *Δικαιόπολις - ἐλθὼν ὡς Εὐριπίδην πτωχικὴν στολὴν αἰτεῖ, καὶ στολισθεὶς τοῖς Τηλέφου ῥακώμασιν παρῳδεῖ τὸν ἐκείνου λόγον.*

VIII. (XII.) Arist. Ach. 539.

Ἐρεῖ τις, οὐ χρῆν· ἀλλὰ τί χρῆν; εἴπατε.

Schol. *καὶ τοῦτο ἀπὸ Τηλέφου Εὐριπίδου.* Pro *τί χρῆν* Erfurdt. ad Soph. Ai. p. 630. corrigi volebat *πῶς χρῆν*, ne *τί* ante *χρ.* produceretur, sed recte aliud eius productionis exemplum ex Eurip. Iph. A. 1345. protulit Dindorf. ad l. Arist. *δηλαδὴ ξανθῆς ἐθείρης. ἐμὲ δὲ τί χρὴ δρᾶν τότε;* Cf. Gramm. gr. §. 25. In loco Telephi supplendum videtur: *ἐρεῖ τις, οὐ χρῆν* sc. *στρατὸν συλλέγειν*, *et Graecos appellendo prohibere*, ut apud Aristoph. scholia recte addunt *οὐκ ἐχρῆν πόλεμον κινῆσαι τοὺς Λακεδαιμονίους.* Nam, ut illa apud Aristoph. Dicaeopolis, sic haec Telephus apud Euripidem locutus esse videtur, quod e sqq. magis etiam apparebit.

IX. (XIII.) Arist. Ach. 542.

Καθῆσθ' ἂν ἐν δόμοισιν; ἦ πολλοῦ γε δεῖ.

Schol. *ἀντὶ τοῦ οὐδὲ ὅλως. καὶ τοῦτο ἐκ Τηλέφου.* nimirum non sola verba *ἦ πολλοῦ γε δεῖ.* sed totus versus, quod vidit Heath.

Ad hanc Telephi orationem Elmslei. ad Ach. 1091. refert etiam v. 1078. *Ἰὼ στρατηγοὶ πλέονες, ἢ βελτίονες,* licet nihil de eo monuerit Schol.

X. (XIX.) Stob. tit. 29. p. 200. Gesn. p. 130. Grot.

Οὔ τἄρ' Ὀδυσσεύς ἐστιν αἱμύλος μόνος·
χρειὰ διδάσκει, κἂν βραδύς τις ᾖ, σοφόν.

Solius haud Ulyssis eloquentia est; Hebetes disertos efficit necessitas. Chori haec sententia esse videtur post Telephi orationem auditam pronunciata. *Οὔ τἄρ'* est e Porsoni emendatione pro *οὐ γάρ τ' Ὀδ.* ubi *τ'* omittit Cod. Leid. apud Valcken. diatr. p. 206. et Paris. A. Trincav. Hic legi volebat *Οὐκ ἆρ' Ὀδ.*

XI. Aristoph. Thesm. 517. Br. 524. Kust. *Ταῦτ' οὐ ποιοῦμεν τὰ κακά; νὴ τὴν Ἄρτεμιν, Ἡμεῖς γε. κᾆτ' Εὐριπίδῃ θυμούμεθα, οὐδὲν παθοῦσαι μεῖζον, ἢ δεδράκαμεν;* Schol. Ravenn. *παρὰ τὰ ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου.*

εἰ δὴ θυμούμεθα
παθόντες οὐδὲν μᾶλλον ἢ δεδρακότες.

F. *εἶτα δὴ θυμούμεθα.* Videntur esse verba unius e Graecorum ducibus Telepho patrocinantis.

XII. (XIV.) Aristoph. Ach. 554.

Ταῦτ' οἶδ' ὅτι ἂν ἐδρᾶτε. τὸν δὲ Τήλεφον
οὐκ οἰόμεσθα; νοῦς ἄρ' ὑμῖν οὐκ ἔνι.

Schol. *Τὸν δὲ Τήλ.*] *καὶ ταῦτα ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου.* Priora non esse ex Euripide, monstrat hiatus *ὅτι ἄν*, Heath. et Boisson. *ὅτι γ' ἄν.* Verba om. Musgr. Nec verba *νοῦς ἄρ' ὑμῖν οὐκ ἔνι* tragicum colorem habent. Apte Valcken. diatr. p. 211. comparavit Aristid. T. II. p. 16. ed. Iebb. *ἡμῖν τ' αὖ ἀποδεικτέον αὖ τοὐναντίον, φησίν, ὡς ἐπ' εὐτυχίᾳ τῇ μεγίστῃ παρὰ θεῶν ἡ τοιαύτη μανία δίδοται. τὸν δὲ Τήλεφον οὐκ οἴει τὰ αὐτὰ ταῦτα;* ubi Schol. *Τίς τῶν ποιητῶν εἰσάγει τὸν Τήλεφον ἐλέγχοντα τὸν Ὀδυσσέα ἐκ τῶν αὐτοῦ λόγων, οὓς πρὸς τὸν Τήλεφον εἶπε.* Itaque haec non desumta sunt ex oratione, quam Telephus, sub amictu mendici latens, in Graecorum consessu habuit, quod illam etiam ob causam non verisimile est, quod tum Telephus et genus et nomen dissimulabat.

XIII. (VII.) Schol. Arist. Ach. 8. *Ἄξιον γὰρ Ἑλλάδι*] *Τοῦτο παρῳδία καλεῖται, ὅταν ἐκ τραγῳδίας μετενεχθῇ. ἔστι δὲ τὸ ἡμιστίχιον ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου, ἔχον οὕτω·*

Κακῶς ὄλοιτ' ἄν· ἄξιον γὰρ Ἑλλάδι.

Elmslei. ad loc. Ach. em. *κακῶς ὀλοίτην*, recte, ut mihi quidem videtur.

XIV. (V.) Schol. Aristoph. Equ. 806. Br. 810. Kust. *Ὦ πόλις Ἄργους, κλύεθ' οἷα λέγει*] - -

Ὦ πόλις Ἄργους

ἀπὸ Τηλέφου Εὐριπίδου· τὸ δὲ Κλύεθ' οἷα λέγει ἀπὸ Μηδείας (v. 170). Hoc non recte dictum videtur Elmsleio ad Med. 165. sed omnia illa verba *Ὦ πόλις Ἄργους, κλύεθ' οἷα λέγει*, ex Euripidis Telepho sumta esse; Me-

nelai autem verba esse. Suspicio Elmsleii confirmatur scholio ad Plut. 601. ubi totum versum repetit Aristoph. *Ταῦτα, φασίν, ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου τραγικεύεται. μετείληπται δὲ ὁ στίχος ἐκ Φοινισσῶν Εὐριπίδου, Πολυνείκους λέγοντος.* quamquam ultima vel mutilata, vel depravata sunt. vid. Dobree ad locum.

XV. (X.) Aristoph. Ach. 453. *Τί δ' ὦ τάλας γε τοῦδ' ἔχεις πλέκους χρέος;* Schol. *καὶ τοῦτο δὲ παρὰ τὰ ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου·*

Τί δ', ὦ τάλας, σὺ τῷδε πείθεσθαι θέλεις;

θέλεις scribi iussit Valcken. diatr. p. 210. pro *μέλλεις*. Boisson. edidit *σοὶ τῷδε πείθεσθαι μέλει;*

XVI. (IX.) Aristoph. Ach. 445. *Εὐδαιμονοίης, Τηλέφῳ δ' ἁγὼ φρονῶ.* Schol. *παρὰ τὰ ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου.*

Καλῶς ἔχοιμι, Τηλέφῳ δ' ἁγὼ φρονῶ.

Athen. V. p. 186. C. D. habet *Εὖ σοι γένοιτο, Τηλέφῳ δ' ἁγὼ νοῶ.* quem tanquam sincerum Euripidis versum recepit Brunck. recte hoc nomine reprehensus ab Elmsleio. Ortus ille videtur ex eo quod aliquis ad *Τηλέφῳ* adscripserat *γένοιτο.*

XVII. (XXIII.) Clem. Alex. Strom. VI. p. 624. C. ed. Sylb. *Καὶ μὲν ἐν Τηλέφῳ Εὐριπίδου εἰπόντος·*

Ἕλληνες ὄντες βαρβάροις δουλεύσομεν;

Θρασύμαχος ἐν τῷ ὑπὲρ Λαρισσαίων λέγει· Ἀρχελάῳ δουλεύσομεν, Ἕλληνες ὄντες βαρβάρῳ; Ergone Graeci serviemus barbaris. Grot. Exc. p. 408.

XVIII. (XXIV.) Ammonius π. διαφ. λεξ. v. *Πρόξενος. Πρόξενος πόλεως καὶ ἔθνους, ὡς παρὰ Θουκυδίδῃ, ξένος δὲ ὁ εἷς ἑνός· ὁ δὲ αὐτὸς καὶ ἰδιόξενος. οὐκ ὀρθῶς οὖν Εὐριπίδης ἐν Τηλέφῳ πρόξενον εἴρηκε τὸν ἰδιόξενον·*

Κακός τις ἐστι προξένῳ σοι χρώμενος.

Sit malus oportet, quod ministro te utitur vertit Grotius Exc. p. 408. ad mentem Ammonii minus recte, inquit Valcken. ad Amm. p. 119. Hoc fragm. et quod praecedit e Menelai oratione desumtum videtur.

XIX. Schol. Venet. ad Pac 527. *ἐσχημάτισται δὲ (τὸ πλέκος) ὡς ἀπὸ τοῦ βλέπω βλεπτὶς καὶ Ἀττικῶς βλέπος, καὶ*

ὡς ἀπὸ τοῦ ῥέω ῥέος. ἔστι δὲ *Εὐριπίδου ἐκ Τηλέφου ἢ Τληπολέμου τὸ*

Ἀπέπτυσ' ἐχθροῦ φωτὸς ἔχθιστον τέκος.

XX. (II.) Aristot. Rhetor. III, 2, 10. τὸ δὲ, ὡς ὁ *Τήλεφος Εὐριπίδου φησὶ, κώπας ἀνάσσειν καὶ ἀποβὰς εἰς Μυσίαν*, ἀπρεπὲς, ὅτι μεῖζον τὸ ἀνάσσειν, ἢ κατ' ἀξίαν. Reliqua supplet Scholiastes

Κώπης ἀνάσσει κἀποβὰς εἰς Μυσίαν
ἐτραυματίσθη πολεμίῳ βραχίονι.

De quo haec dicantur, vix expedias. De Telepho valere non possunt, quippe qui non *εἰς Μυσίαν ἀποβῆναι* potuerit. De nauclero quodam, ut ait Musgrav.? At quaenam huius narrationis vis esse potuit in tragoedia. Puto esse ex iis, quae Menelaus ad impugnandum Telephum protulit.

XXI. (VI.) Aristoph. Equ. 1237. Kust.

Ὦ Φοῖβ' Ἄπολλον Λύκιε, τί ποτέ μ' ἐργάσει;

Schol. *Ὁ στίχος ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου.* Videtur Telepho tribuendus esse.

XXII. (III.) Schol. Aristoph. Nub. 888. *Ἴθ'* ὅποι χρήζεις] *Τοῦτο ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου·*

Ἴθ' ὅποι χρήζεις· οὐκ ἀπολοῦμαι
τῆς Ἑλένης οὕνεκα - -

Verba esse Agamemnonis ad Menelaum videntur Elmsleio ad Iph. T. 118. *Quo libet ito: non mihi tanti est Helena, ut peream.* Grot. Exc. p. 407. qui *Ἑλένης* ἕνεκα dedit. Fortasse τῆς delendum.

XXIII. (XX.) Stob. tit. 37. p. 226. Gesn. 39. p. 157. Grot. et Gaisf.

Σπάρτην ἔλαχες· κείνην κόσμει,
τὰς δὲ Μυκήνας ἡμεῖς ἰδίᾳ.

Spartam, tibi quae contigit, orna, Nobis fuerint cura Mycenae. Haec quoque Agamemnonis verba esse cum Elmsleio puto. Priorem versum sine nomine auctoris citat etiam Plutarch. de exsil. T. II. p. 602. B. qui scribit *Σπάρταν*, et *ταύτην κόσμει*, Diogen. prov. cent. 8, 18. *Σπάρταν* et *κείναν*, ibid. 46. *ἣν ἔλαχες Σπάρταν κόσμει.*

XXIV. (XVII.) Stob. tit. 20. p. 173. Gesn. p. 107. Grot.

Ὥρα σε θυμοῦ κρείσσονα γνώμην ἔχειν.

Consilia ut irae praeferas tempus iubet. Schow. hunc versum cum duobus sequentibus ita coniunxit, ut ad primum alter ex interlocutoribus duobus proximis responderet. At hi sunt e Medea 1068 sq. quod iam vidit Grotius. Hinc Bergler. versum Acharn. 392. ductum putat: *Ὥρα 'στὶν ἤδη καρτερὰν ψυχὴν λαβεῖν.*

XXV. (inc. XXX.) Stob. tit. 22. p. 189. Gesn. p. 117. Grot.

Σὺ δ' εἴκ' ἀνάγκῃ, καὶ θεοῖσι μὴ μάχου.
τόλμα δὲ προσβλέπειν με, καὶ φρονήματος
χάλα. τά τοι μέγιστα πολλάκις θεὸς
ταπείν' ἔθηκε καὶ συνέστειλεν πάλιν.

Necessitati cede; ne pugna diis. Iam respice ad me, deque magno spiritu Aliquid remitte; saepe res magnas deus Minuit repente, celsaque in planum tulit. Lemma *Τηλέφῳ* e suis Schow. e Paris. B. addidit Gaisf. Haec quoque ad Menelaum mitigandum ab Agamemnone dicta esse videntur, quum Menelaus obniteretur, ne Telepho concederent Graeci, Agamemnon autem Ulyssis in Sophoclis Aiace partes ageret.

XXVI. (XXV.) Plutarch. de audit. T. II. p. 46. F. *Οὐ γὰρ μόνον, ὡς Εὐριπίδης φησὶ, τὸ Τηλέφου τραῦμα*

πριστοῖσι λόγχης θέλγεται ῥινήμασιν,

ἀλλὰ καὶ τὸν ἐκ φιλοσοφίας ἐμφυόμενον εὐφυέσι νέοις δηγμὸν αὐτὸς ὁ τρώσας λόγος ἰᾶται. Cf. Wyttenb. animadv. p. 400.

XXVII. (XVIII.) Stob. tit. 29. p. 198. Gesn. p. 125. Grot.

Μοχθεῖν ἀνάγκη τοὺς θέλοντας εὐτυχεῖν.

Opus est laboret, esse qui felix cupit.

XXVIII. (XXII) Sext. Empir. adv. Eth. p. 702. ed. Fabric. Stob. tit. 91. p. 507. et 95. p. 519. Gesn. 93. p. 379. et 97. p. 391. Grot. et Gaisf.

Τί γάρ με πλοῦτος ὠφελεῖ νοσοῦντά γε;
σμίκρ᾽ ἂν θέλοιμι καὶ καθ᾽ ἡμέραν ἔχων
ἄλυπον οἰκεῖν βίοτον, ἢ πλουτῶν νοσεῖν.

(*Quid non valentem maximae iuvant opes*) *Tenui paratu vivere equidem mavelim, Quam possidere divitem aegrimoniam.* E Telepho hos versus esse annotatum in Stob. Apud eum deest primus versus utroque loco. V. 2. praetuli scripturam Sexti, nisi quod pro *μικρὰ* e tit. 93. scripsi *σμικρά*. *μίκρ᾽ ἂν θέλοιμι* etiam Stob. tit. 95. Gesn. sed 91. Gesn. *σμικρὰν θέλοιμ᾽ ἂν καὶ κ. ἡ. ἔχων Τροφὴν ἐνοικεῖν μᾶλλον*, pro quo 95. apud Gesn. est — *ἔχων ἄλυπος οἰκεῖν μᾶλλον*. Grotius etiam secundo loco prioris scripturam adscivit. Mihi Stobaei lectio tum ex eo orta esse videtur, quod aliquis inter versus post *οἰκεῖν* adscripserat *μᾶλλον*, id supplendum esse significans, tum ex insolentiore locutione *οἰκεῖν βίοτον*, quam tamen satis tuetur locus Eurip. Iph. A. 1482 sq. *ἕτερον αἰῶνα καὶ μοῖραν οἰκήσομεν*. *ἄλυπος* autem necessarium est, quia requiritur quod opponatur voci *νοσεῖν*.

XXIX. (XXI.) Stob. tit. 49. p. 355. Gesn. 51. p. 195. Gesn.

Τόλμ᾽ ἀεὶ κἄν τι τρηχὺ νέμωσι θεοί.

Aude aliquid, quamvis dent tibi dura dei. Versus elegiacus, quales in Andromache sunt vv. 103 sqq. in carmine lugubri, unde etiam ionica forma remansit *τρηχύ*. Alioqui pro quatuor creticis habere possis, modo *νέμωσιν* scribas.

XXX. Schol. Plat. p. 50. *Ψυκτήρ, σκεῦος, ἔνθα διανίζουσι τὰ ποτήρια, ἢ ποτηρίου εἶδος, ὡς Εὐριπίδης Τηλέφῳ.*

TEMENUS VEL TEMENIDAE.

Utroque nomine citatur haec tragoedia. Verum autem nomen esse *Τημενίδαι*, contendit Musgrav. ob Dioscoridae epigr. Brunck. anal. T. II. p. 497. XX. Anthol. Palat. T. II. p. 377. n. 195.

Γάλλον Ἀρισταγόρης ὠρχήσατο· τοὺς δὲ φιλόπλους
Τημενίδας ὁ καμὼν πολλὰ διῆλθον ἐγώ.
χὠ μὲν τιμηθεὶς ἀπεπέμπετο, τὴν δὲ τάλαιναν
Ὑρνηθὼ κροτάλων εἷς ψόφος ἐξέβαλεν.

Titulus *Τημενίδαι* bis tantum commemoratur, ab Aeliano fr. XVIII. Musgr. et Polluce fr. XVI. Apud Stobaeum constanter scribitur *Τημενίσιν*. In hoc ut *Τημενίδες* et *Τημενίδαι* confusa esse concedamus, mirum tamen est bis apud Stob. post locum e *Τημενίσιν* allatum statim adscribi alios e *Τημένῳ* fr. VII. IX. X. coll. XI. Sic etiam ap. Clem. Alex. fr. III. Stob. fr. IV. et quatuor locis apud Hesych. XIX-XXII. Accedit, quod, quae e Temeno citantur, eorum pleraque admonitiones ad fortitudinem et scientiam belli gerendi spectantes continent, ut fr. III. VII. VIII. IX. X. quae vix dicas quomodo in Temenidis locum invenire potuerint. Itaque de Musgravii sententia dubitandum puto, et duas fuisse fabulas suspicor, quarum altera *Temenus* inscripta fuerit, et ad rem aliquam ex iis, quae in expeditione ab Heraclidis in Peloponnesum suscepta gestae sunt, quo etiam pertinent fr. XX. XXII. spectaverit; altera *Τημενίδαι*. Quod vero epigr. Dioscor. *Τημενίδας* tantum commemorat, ex eo, fuisse fabulam hoc nomine inscriptam effici potest, nullam fuisse fabulam Euripidis *Τήμενον* non sequitur. Itaque *Τημένου* fragm. a fragm. *Τημενιδῶν* distinguenda puto. Quoniam vero restant nonnulla etiam ad bellum gerendum spectan-

tia, sed quae diserte e *Τημενίσιν* commemorantur, malui Musgravii ordinem servare. Temenidarum argumentum fuisse Musgrav. suspicatur esse quod narrat Pausan. II, 19. in. *Τήμενος ἐκ μὲν τοῦ φανεροῦ Δηϊφόντῃ τῷ Ἀντιμάχου τοῦ Θρασυάνορος τοῦ Κτησίππου τοῦ Ἡρακλέους στρατηγῷ πρὸς τὰς μάχας ἐχρήσατο ἀντὶ τῶν υἱῶν, καὶ σύμβουλον εἰς πάντα εἶχεν, ἅτε αὐτόν τε ἐκεῖνον πεποιημένος πρότερον ἔτι γαμβρὸν καὶ τῶν παίδων ἀρεσκόμενος τῇ Ὑρνηθοῖ μάλιστα* - - - et c. 28. p. 175 sq. *Κεῖσος καὶ οἱ λοιποὶ Τημένου παῖδες μάλιστα ᾔδεσαν Δηϊφόντην λυπήσοντες, εἰ διαλῦσαί πως ἀπ' αὐτοῦ τὴν Ὑρνηθὼ δυνηθεῖεν. ἀφίκοντο οὖν ἐς Ἐπίδαυρον Κερύνης καὶ Φάλκης· οὗτοι δὲ στήσαντες τὸ ἅρμα ὑπὸ τὸ τεῖχος κήρυκα ἀποστέλλουσι παρὰ τὴν ἀδελφήν, ἐλθεῖν δῆθεν ἐς λόγους αὐτῇ βουλόμενοι. ὡς δὲ ὑπήκουσε καλοῦσιν, ἐνταῦθα οἱ νεανίσκοι πολλὰ μὲν Δηϊφόντου κατηγόρουν, πολλὰ δὲ αὐτοὶ ἱκέτευον ἐκείνην, ἐπανήκειν εἰς Ἄργος, ἄλλα τε ἐπαγγελλόμενοι καὶ ἀνδρὶ δώσειν αὐτὴν Δηϊφόντου τὰ πάντα ἀμείνονι καὶ ἀνθρώπων πλειόνων καὶ γῆς ἄρχοντι εὐδαιμονεστέρας. Ὑρνηθὼ δὲ τοῖσι λεχθεῖσιν ἀλγήσασα ἀπεδίδου σφίσι τὴν ἴσην, Δηϊφόντην μὲν αὐτῇ τε ἄνδρα ἀρεστὸν εἶναι φήσασα καὶ Τημένῳ γενέσθαι γαμβρὸν οὐ μεμπτόν, ἐκείνοις δὲ Τημένου προσήκειν σφαγεῦσιν ὀνομάζεσθαι μᾶλλον ἢ παισί. Καὶ τὴν μὲν οὐδὲν ἔτι ἀποκρινάμενοι συλλαμβάνουσιν, ἀναθέντες δὲ ἐς τὸ ἅρμα ἀπήλαυνον· Δηϊφόντῃ δὲ ἀγγέλλει τις τῶν Ἐπιδαυρίων, ὡς Κερύνης καὶ Φάλκης οἴχοιντο ἄγοντες ἄκουσαν Ὑρνηθώ. ὁ δὲ αὐτός τε ὡς τάχους εἶχεν ἤμυνε, καὶ οἱ Ἐπιδαύριοι πυνθανόμενοι προσεβοήθουν. Δηϊφόντης δὲ Κερύνην μὲν ὡς κατελάμβανεν ἀναιρεῖ βαλών, Φάλκην δὲ ἐχόμενον Ὑρνηθοῦς βαλεῖν μὲν ἔδεισε, μὴ ἁμαρτὼν γένοιτο αὐτῆς* (leg. *αὐτὸς*) *ἐκείνης φονεύς, συμπλακεὶς δὲ ἐπειρᾶτο ἀφαιρεῖσθαι. Φάλκης δὲ ἀντεχόμενος καὶ ἕλκων βιαιότερον ἀπέκτεινεν ἔχουσαν ἐν γαστρί. καὶ ὁ μὲν συνείς, οἷα ἐς τὴν ἀδελφὴν ἐξειργασμένος ἔργα ἦν, ἤλαυνε τὸ ἅρμα ἀφειδέστερον, προλαβεῖν τῆς ὁδοῦ σπεύδων, πρὶν ἅπαντας ἐπ' αὐτὸν συλλεχθῆναι τοὺς Ἐπιδαυρίους· Δηϊφόντης δὲ σὺν τοῖς παισὶν (ἐγεγόνεσαν γὰρ καὶ παῖδες αὐτῷ πρότερον ἔτι* - - -) *τότε δὲ ἀναλαβόντες τὸν νεκρὸν τῆς Ὑρνηθοῦς κομίζουσιν ἐς τοῦτο τὸ χωρίον, τὸ ἀνὰ χρόνον Ὑρνήθιον κληθέν.*

I. Stob. tit. 1. *Temenisin* Grot. *Τημενίδων* Gaisf.

Ἀρετὴ δὲ κἂν θάνῃ τις, οὐκ ἀπόλλυται,
ζῇ δ' οὐκέτ' ὄντος σώματος· κακοῖσι δὲ
ἅπαντα φροῦδα συνθανόνθ' ὑπὸ χθονός.

Virtus, ubi quis interit, non interit, Sed vivit et post corpus; at si quis malis Intereat, eius cuncta sub terram cadunt. Primus apud Stob. locum edidit Gesner. e codice, puto, Mendozae: nam in Trincav. et MSS. non legitur, omissus etiam a Schowio. Primum versum citat etiam Sext. Empir. adv. Gramm. 271. sine nomine auctoris. Cf. Gatak. adv. misc. p. 513. D. ad M. Anton. II, 17. p. 59. A. Porson. in append. ad Toup. emend. T. IV. p. 448.

II. Stob. tit. 13. p. 145. Gesn. p. 83. Grot.

Καλόν γ' ἀληθὴς κἀτενὴς παῤῥησία.

Egregia res est vera constanter loqui. Apud Gesner. lemma est *Eur. in Menesia.* Paris. A. Grot. Schow. Gaisf. *Τημενίσιν.*

III. Clem. Alex. Strom. VI. p. 621. C. *πάλιν Εὐριπίδου μὲν ἐν Κτιμένῳ·* (leg. *Τημένῳ.*) *Τῷ γὰρ πονοῦντι καὶ θεὸς συλλαμβάνει.* quod fragm. uno versu auctum exhibet Schol. Ven. ad Il. δ', 249.

αὐτός τι νῦν δρᾶ, χοὔτω δαίμονας κάλει·
τῷ γὰρ πονοῦντι χὠ θεὸς συλλαμβάνει.

Prior versus citatur etiam a Suida v. *Αὐτός τι* et *Σὺν Ἀθήνῃ* sic scriptus: *Αὐτός τι νῦν δρῶν εἶτα δαίμονας κάλει.* quam scripturam probat Porson. praef. Hec. p. XXXVIII. Alter versus affertur etiam a Stob. tit. 29. p. 199. Gesn. p. 127. Grot. sed ex Euripidis Hippolyto, quo eum retulerunt etiam Barnes. et Boissonad. Quod in schol. legitur *χὠ θεός*, id minus necessarium esse dicit Schaefer. ad Gregor. Cor. p. 25. Verum; at nec articulus improbandus. Aesch. Pers. 748. *ἀλλ' ὅταν σπεύδῃ τις αὐτός, χὠ θεὸς ξυνάπτεται.* ubi Blomfield. citat Arist. Equ. 230. *χὠ θεὸς ξυλλήψεται.* Afferri dicitur versus etiam ab Apostol. XIX, 75.

IV. Stob. tit. 31. p. 211. *Eurip. in Timaeo.* Gesn. p. 137. Grot. qui nil nisi *Euripides* adscripsit, sed in annotat. MSS. *Temenisin* scribendum dicit.

Αἰδὼς γὰρ ὀργῆς πλεῖον ὠφελεῖ βροτούς.
Plus semper ira mos verecundus iuvat.

V. Stob. tit. 37. p. 226. Gesn. p. 155. Grot.

Εἰκὸς δὲ παντὶ καὶ λόγῳ καὶ μηχανῇ
πατρίδος ἐρῶντας ἐκπονεῖν σωτηρίαν.

Omnes amantes patriae pro publica Salute verbis reque conniti decet. *Εὐριπ.* *Τημενίσι* MS. Voss. apud Valck. diatr. p. 199. et Paris. B.

VI. Stob. tit. 48. p. 351. Gesn. 50. p. 189. Grot. et Gaisf.

- - - φιλεῖ τοι πόλεμος οὐ πάντ' εὐτυχεῖν·
ἐσθλῶν δὲ χαίρει πτώμασιν νεανιῶν,
κακοὺς δὲ μισεῖ. Τῇ πόλει μὲν οὖν νόσος
τόδ' ἐστί, τοῖς δὲ κατθανοῦσιν εὐκλεές.

Mutat favorem saepe bellorum alea; Florem iuventae Mars superbus pignerat, Oditque segnes: civitati nascitur Hinc luctus ingens, mortuis ingens decus. Primo versui *καὶ γάρ* praefigit Valcken. diatr. p. 226.

VII. Stob. tit. 49. p. 354. Gesn. 51. p. 193. Grot. et Gaisf.

Οὐκ ἔστι κρεῖττον ἄλλο πλὴν κρατεῖν δορί.

Pulcherrimum est certamen armis vincere. Lemma est *Εὐρ. Τημενίδων*, at sequentis *Εὐρ. Τημένῳ* iam apud Gesner.

VIII. Stob. ib.

Τολμᾶν δὲ χρεών· ὁ γὰρ ἐν καιρῷ
μόχθος πολλὴν εὐδαιμονίαν
τίκτει θνητοῖσι τελευτῶν.

Audere decet; tempestivi Namque labores hominum generi Finem peperere beatum.

IX. Stob. tit. 52. p. 360. Gesn. 54. p. 207. Grot. et Gaisf.

Τὸ δὲ στρατηγεῖν τοῦτ' ἐγὼ κρίνω, καλῶς
γνῶναι τὸν ἐχθρόν, ᾗ μάλισθ' ἁλώσιμος.

Ars imperantis prima nosse hostem suum, Et scire qua sit parte concessus capi. Apud Gesn. est *in Timeno*, in Paris. A. *Τιμένῳ*.

X. Ibid. *ἐν τῷ αὐτῷ.*

Ἄρξεις ἄρ' οὕτω· χρὴ δὲ τὸν στρατηλάτην
ὁμῶς δίκαιον ὄντα ποιμαίνειν στρατόν.

Sic imperabis ergo. Dux autem bonus Aequo necesse est iure regat exercitum. Pro *ὁμῶς* Valck. ad marg. Barnes. f. *νόμῳ*. recte: nam *ὁμῶς* non usurpatur a tragicis, *ὅμως* autem, ut edidit Barn. sententiae non convenit.

XI. Ibid. *Timenisi* Gesn. Temenisi Grot. *Τημενίσι* Paris. A.

Ῥώμη δέ τ' ἀμαθὴς πολλάκις τίκτει βλάβην.
Saepe imperiti robur in damnum patet. Leg. *δέ γ' ἀμ.*

XII. Stob. tit. 54. p. 369. *βουτημένῳ* Gesn. 56. p. 217. *Butemeno* Grot. et Gaisf. *Βουτημένῳ* Paris. A.

Ἄλλη πρὸς ἄλλο γαῖα χρησιμωτέρα.
Alios ad usus alia tellus aptior.

XIII. Stob. tit. 86. p. 497. Gesn. 88. p. 359. Grot. et Gaisf. *Τημενίσι.*

Φεῦ φεῦ! τὸ φῦναι πατρὸς εὐγενοῦς ἄπο
ὅσην ἔχει φρόνησιν ἀξίωμά τε.
κἂν γὰρ πένης ὢν τυγχάνῃ χρηστὸς γεγώς,
τιμὴν ἔχει τίν', ἀναμετρούμενος δέ πως
τὸ τοῦ πατρὸς γενναῖον ὠφελεῖ τρόπῳ.

Proh! quanta res est, quam valens ad gratiam, Claro parente ducere excelsum genus. Nam qui bonis est natus, in re paupere Retinet honorem, et decoris antiqui memor Sese ipse contra tela fortunae erigit. Hinc sumsit compilator libelli *περὶ εὐγενείας*, qui inter Plutarcheos est Tom. V. ed. Wytt. p. 965. V. 3. Valcken. in marg. Barnes. coni. *χρηστοῦ*, quod verum videtur. Ultima vereor ut recte verterit Grotius; rectius Musgr. *et animo versans genitoris laudes in maius promovet moribus.* *ἀναμετρεῖσθαι* eadem vi legitur Ion. 1270. *ἐν συμμάχοις γὰρ ἀνεμετρησάμην φρένας τὰς σάς, ὅσον μοι πῆμα δυσμενής τ' ἔφυς.*

XIV. Stob. tit. 104. p. 565. Gesn. 106. p. 443. Grot. et Gaisf. *Τημενίσι.*

Πολλοὶ γεγῶτες ἄνδρες οὐκ ἔχουσ' ὅπως
δείξωσιν αὐτούς, τῶν κακῶν ἐξουσίᾳ.

Egregia saepe sese exserere indoles Duro malorum pressa dominatu nequit. V. 2. scribendum puto δείξουσιν. nam etsi non sum nescius Dawesianum canonem non usquequaque verum esse — vid. Gramm. gr. p. 999 sq. — ita tamen solennis est ille futuri usus post ὅπως, ut, ubi nihil nisi ω et ου permutanda sunt, futurum restituendum censeam, imprimis quum librarii saepissime coniunctivos pro futuris scripserint, λήσῃ pro λήσει, καταλείψωσι pro καταλείψουσι. Etiam αὑτούς pro αὐτούς recte mihi scripsisse videtur Musgrav. τῶν κακῶν ἐξουσία hac significatione est etiam Polyid. fr. XII. Cf. Erechth. fr. II, 24. Phaeth. fr. XV.

XV. Stob. tit. 123. p. 617. Gesn. 125. p. 513. Grot. 124. Gaisf. *Τημενίσι.*

Τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποισι κατθανεῖν μένει.
κοινὸν δ' ἔχοντες αὐτὸ κοινὰ πάσχομεν
πάντες· τὸ γὰρ χρεὼν μεῖζον, ἢ τὸ μὴ χρεών.

Quos nutrit homines terra, mors omnes manet: Communis est natura; patiendum quod est Commune: fato quod caret, fato est minus. Pro μένει Valck. in marg. Barnes. coni. μέλει, quod minus accommodatum videtur: neque enim commode dici potest *omnibus hominibus curae esse ut moriantur*; nec magis aptum, si ex Homerico usu μέλει esse dicas *in mente versari*, ut Il. ω', 152. μηδέ τί οἱ θάνατος μελέτω φρεσὶ, μηδέ τι τάρβος. non magis enim de *omnibus* hominibus dici licet, eos mortem animo propositam habere, seu de ea cogitare. An μένει hoc loco cum dativo iunctum dicamus, quia idem sit, quod πέπρωται, εἵμαρται? Ultima rectius Grotio vertit Musgrav. *Quod enim fatale est, plus valet, quam quod non fatale.*

XVI. Stob. tit. 4. p. 52. *in Metusiis.* Gesn. (*Μετουσίαις* Schow.) p. 26 sq. Grot. *Τημενίσιν* Paris. A. Grot.

Ἀσύνετος, ὅστις ἐν φόβῳ μὲν ἀσθενής,
λαβὼν δὲ μικρὸν τῆς τύχης φρονεῖ μέγα.

Vecordiae res plena, deiectum metu, Fortuna si quid afflet, animos tollere. V. 2. τύχης pro ψυχῆς marg. Gesn. et codd. Schow. B. C. W.

XVII. Pollux IX, 27. τοῖς γὰρ ποιηταῖς καὶ τὰς κώμας λέγουσι πόλεις οὐ προσεκτέον, ὡς παρ' Εὐριπίδῃ — ἐν Τημενίδαις·

Ἅπασα Πελοπόννησος εὐτυχεῖ πόλις.

XVIII. Aelian. hist. anim. VII, 39. ἐν δὲ τοῖς Τημενίδαις τὸ Ἡράκλειον ἆθλον ἔλαφον κέρατα ἔχειν ὁ αὐτὸς Εὐριπίδης φησὶ τὸν τρόπον τόνδε ᾄδων·

Ἦλθε δ' ἐπὶ χρυσόκερων ἔλαφον μεγάλων
ἄθλων ἵνα (marg. Gesn. *χρῆμα*) *δεινὸν ὑποστὰς*
κατ' ἐναύλους ὀρέων ἀβάτους ἐπί τε λειμῶ-
νας ποιμενιά τε ἄλση.

Versus anapaesticos esse in aperto est. Itaque v. 1. legendum videtur ἦλθεν δ' ἐπὶ χρ. ne altera voc. ἐπὶ syllaba contra morem ante χρ producatur. Tum pro ἵνα Valcken. diatr. p. 168. τινά, quod vehementer languet, et ὑπο - στάς inter duos versus divisum legi anapaestorum repugnat; Heath. μεγάλων ἄθλων δεινὸν ὑποστάς omisso ἵνα. at quid est δεινὸν μεγάλων ἄθλων? num ἄθλους μεγάλους καὶ δεινούς? Equidem suspicor μεγάλων ἄθλων δεῖμαθ' ὑποστάς. Iacobs ad Brunck. Anal. I. p. 498. XX. (Animadv. Vol. I, 2. p. 387.) coni. μεγάλων ἄθλων κίνδυνον ὑποστάς. Mox τέ post ἐπὶ deleverunt Heath. et Valcken. uno versu conclusis illis κατ' ἐναύλους ὀρέων ἀβάτους ἐπὶ. In fine Gesn. in marg. ποιμενικά τ' ἄλση, Heath. ποιμνήϊα τ' ἄ. Valcken. ποίμνιά τ' ἄλση, Ποίμνιος adiectivum nondum usquam legi ut nec ποιμένιος. ποιμνήϊος forma ionica apud Atticos non reperitur, nisi Phaeth. fr. IV, 1. et requiri videtur paroemiacus. Fortasse fuit

ἦλθεν δ' ἐπὶ χρυσόκερων ἔλαφον,
μεγάλων ἄθλων δεῖματ' ὑποστάς,
βὰς κατ' ἐναύλους ἀβάτους ἐπί τε
κλιτῦς, ποιμνήϊά τ' ἄλση.

XIX. (XV.) Hesych. *Αἰσίως*, καλῶς, δεξιῶς, *Εὐριπίδης Τημένῳ.*

XX. (XXI.) Hesych. Ἀνανομὴν, ἀναδασμόν. ἀνανέμειν γὰρ τὸ μερίζειν. Εὐριπίδης Τημένῳ.

XXI. (XIX.) Idem Ἄπυργος, ἀτείχιστος. Εὐριπίδης Τημένῳ.

XXII. Idem T. II. p. 200. Κατηβολή (sic MS. apud Schow. p. 423.) τὸ ἐπιβάλλον. Εὐριπίδης Τημένῳ καὶ Πελιάσιν (fr. XV.) Eadem leguntur in scholiis Platon. p. 137. unde Hesychii locus corrigendus.

T E N N E S.

Hoc titulo fabulam scripseritne Euripides, dubitat Valcken. diatr. p. 15. semel enim tantum ea commemoratur, a Stobaeo, ubi *Τημένῳ* legendum coniicit; et *ἐν Τημένῳ* apud Stob. scriptum in codd. B. et C. invenit Schow. At scriptor vitae Euripidis, quam e codice Mediolanensi edidit Elmslei. ad calcem Baccharum, de numero fabularum Euripidis loquens, σώζεται δὲ σ̄η̄, inquit. τούτων νοθεύεται τρία, Τέννης, Ῥαδάμανθυς, Πειρίθους. Et Boissonad. ad haec fr. Euripidi, inquit, fuisse tragoediam *Τέννης* tributam evincit locus grammatici a me editi t. 1. p. 11. Cf. Gaisford ad Stob. [tit. 2. n. 17.] Larcher. Acad. Inscr. t. 48. p. 291. Historiam Tennis persequuntur Diod. Sic. V, 83. Pausan. X, 14. p. 831. Kuhn. Tzetz. ad Lycophr. 234. Schol. Il. α', 38. Conon. narrat. 29. Cf. Plutarch. II. p. 297. D. E. F.

Stob. tit. 2. p. 30. *in Tenne* Gesn. p. 13. *in Tenye* Grot. *Τενῦ* Paris. A. sed abscissa in fine nominis fabulae litterula. *ἐν Τημένῳ* Schow. codd. B. C.

Φεῦ!
Οὐδὲν δίκαιόν ἐστιν ἐν τῷ νῦν γένει.
Aetate in ista quam nihil recti est super.

T H E S E U S.

De argumento vid. fr. III. IV.

I. Schol. Arist. Ran. 476. Ὁ τόπος οὗτος παρὰ τὰ ἐν Θησεῖ Εὐριπίδου·

Κάρα τε γάρ σου συγχέω κόμαις ὁμοῦ·
ῥανεῖ τε δ' ἐγκέφαλον· ὀμμάτων δ' ἄπο
αἱμοσταγεῖς πρηστῆρες ῥεύσονται κάτω.

Emendare conatus est Casaubonus ad Athen. p. 136. sed parum feliciter. V. 2. Barnes. ed. ῥανεῖ τε γῆν ἐγκέφαλον (imo ἐγκέφαλος) quod e Grotii emendatione ductum dicit Musgrav. verisimiliter. Musgrav. ῥανεῖ τε πέδον. Hermann. ad Soph. Trach. 778. κάρα τε γάρ σου συγχέων κόμαις ὁμοῦ, ῥάνας τε πεδόσ' ἐγκέφαλον· ὀμμάτων δ' ἄπο αἱμοσταγεῖς πρηστῆρες ὕσονται κάτω. in quo participia συγχέων — ῥάνας τε non expedio. Si aliqua est Choerobosci auctoritas in Bekkeri anecd. gr. p. 1290. legas συγχεῶ — ῥανῶ τε πεδόσ' ἐγκ. Tum πρηστῆρε ῥεύσονται ed. Barnes. At ῥεύσομαι hoc uno loco legitur.

II. Schol. Arist. Ran. 478. *Ταρτησία μύραινα*] Μύραινα δαίμων φοβερὰ, παρὰ τὸ μύρεσθαι. παρὰ τὰ ἐν Θησεῖ Εὐριπίδου. et paulo post. ἔστι δὲ τὰ ἐν Θησεῖ πεποιημένα Εὐριπίδῃ. ἐκεῖ γὰρ τοιοῦτος ἐστιν Εὐριπίδης, οἷος ἐνταῦθα παίζων. Ex hisne concludere licet, versus illos Aristophanis ex Euripide desumtos esse? v. 470 sqq. Br.

Τοία Στυγός σε μελανοκάρδιος πέτρα,
Ἀχερόντιός τε σκόπελος αἱματοσταγὴς
φρουροῦσι Κωκυτοῦ τε περίδρομοι κύνες,
Ἔχιδνά τ' ἑκατογκέφαλος, ἣ τὰ σπλάγχνά σου
διασπαράξει πλευμόνων τ' ἀνθάψεται
Ταρτησία μύραινα· τὼ νεφρὼ δέ σου

αὐτοῖσιν ἐντέροισιν ἡματωμένω
διασπάσονται Γοργόνες Τιθρασίαι
ἐφ' ἃς ἐγὼ δρομαῖον ὁρμήσω πόδα.

Pleraque certe dictionem habent cum tragico sermone satis congruentem, si *Γοργόνας Τιθρασίας* excipias.

III. IV. (II. III.) Schol. Arist. Vesp. 312. *Πράγματα βόσκειν.*] Ὁ λόγος ἐκ Θησέως Εὐριπίδου. ἐκεῖ γὰρ ταῦτα λέγουσιν οἱ ταττόμενοι παῖδες εἰς βορὰν τῷ Μινωκενταύρῳ. τὸ δὲ ἑξῆς τὸ Ἀνόνητον ἄρα, Ἱππόλυτός ἐστιν ὁ λέγων ἐκεῖ

Ἀνόνητον ἄγαλμα, πάτερ,
οἴκοισι τεκών.

Ad haec scholion cod. Venet. *καὶ τοῦτο παρὰ τὰ ἐκ Θησέως. ἔστι δὲ Ἱππόλυτος ὁ λέγων ταῦτα ἐκεῖ.* Quod primo loco cum Theseo comparatur, videtur pertinere ad versum 311.

Τί με δῆτ', ὦ μελέα μῆτερ, ἔτικτες,

quo refert etiam Valcken. ad Hippol. 1144.

V. (IV.) Plutarch. consol. ad Apoll. p. 112. D. Galen. de Hipp. et Plat. dogm. IV, 7. p. 283. Basil. T. V. p. 418. ed. Kühn. *Καλῶς γὰρ ὁ παρὰ τῷ Εὐριπίδῃ Θησεὺς παρεσκευάσθαι φαίνεται πρὸς τὰ τοιαῦτα· ἐκεῖνος γάρ φησιν·* (Galen. *τοῦτο λαβὼν ὁ Εὐριπίδης τὸ νόημα τὸν Θησέα πεποίηκε λέγοντα·*)

Ἐγὼ δὲ τοῦτο παρὰ σοφοῦ τινὸς μαθὼν
εἰς φροντίδας νοῦν συμφορὰς τ' ἐβαλλόμην,
φυγάς τ' ἐμαυτῷ προστιθεὶς πάτρας ἐμῆς,
θανάτους τ' ἀώρους καὶ κακῶν ἄλλας ὁδούς,
ἵν', εἴ τι πάσχοιμ' ὧν ἐδόξαζον φρενί,
μή μοι νεαρὸν προσπεσὸν μᾶλλον δάκοι.

V. 1. Galen. om. *τοῦτο.* V. 2. Wyttenb. animadv. p. 745. *εἰς φροντίδας συμφοράς τε* accipit per *ἓν διὰ δυοῖν* pro *εἰς συμφορὰς φροντίδων*, *in cogitationem malorum animum conieci*, e dissensione autem codd. coniicit veram et sanam scripturam esse *εἰς φροντίδ' ἀεὶ συμφορὰς ἐβαλλόμην*, ad similitudinem Homerici *σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσι.* At vulgatam scripturam ipse tuetur Plutarchus, huc haud dubie respiciens p. 114. D. *τῶν ἀτρύτων ἕνεκα τούτου φροντίδων τε καὶ συμφορῶν.* V. 3

Galen. *πάτρας ἐμῆς.* Plut. *πάτρας ἐμᾶς.* vid. Valck. ad Phoen. 610. ad Hipp. 1043. V. 4. Galen. *καὶ κακὰς ἄλλας ὁδ.* tum *ὥστ'* pro *ἵνα.* V. 5. Galen. *ἐδόξαζόν ποτέ.* v. 6. *νεαραῖς* et *δάκοι*, quod etiam Plutarchi cod. N. habet pro *δάκῃ.* *νεαρός* mediam producere credebat Brunck. ad Eur. Hipp. 1353. meliora proferens ad Soph. Oed. C. 475. vid. Monk. ad Hipp. 1339. Grot. in Exc. scripsit *νεοχμόν*, sed hoc nisi fallor, mediam ubique corripit. Musgrav. e scriptura Galeni legendum coni. *νεωρές*, quod probat Elmslei. ad Oed. C. 475. not. edidit tamen *νεαρτόν*, quod legitur apud Soph. Oed. C. 1576 = 1507. Br. Locum vertit Cicero Tusc. disp. III, 14. aliter Grotius in Exc. *Ego mente retinens monita sapientis viri Animo futuras cogitabam miserias, Mortes acerbas, tristis exsilii fugam, Et alia quae sunt ipse mihi fingens mala, Ut, si quid evenisset ex illis, recens Ne me imparatum cura cruciaret magis.*

VI. (VII.) Plutarch. Thes. p. 6. D. ed. Wechel. (c. 15.) *τοὺς δὲ παῖδας εἰς Κρήτην κομιζομένους ὁ μὲν τραγικώτατος μῦθος ἀποφαίνει τὸν Μινώταυρον ἐν τῷ Λαβυρίνθῳ διαφθείρειν, ἢ πλανωμένους αὐτοὺς καὶ τυχεῖν ἐξόδου μὴ δυναμένους ἐκεῖ καταθνήσκειν, τὸν δὲ Μινώταυρον, ὥσπερ Εὐριπίδης φησί,*

Σύμμικτον εἶδος κἀποφώλιον βρέφος

γεγονέναι, καὶ

Ταύρου μεμίχθαι καὶ βροτοῦ διπλῇ φύσει.

Priorem versum sic citat Plut. T. II. p. 520. C. *Σύμμικτον εἶδος καὶ ἀποφώλιον* (*κἀποφ.*) *τέρας.* ubi *τέρας* verum esse videtur. Hoc praetulit etiam Grotius in Exc. p. 423. Contra Gataker adv. misc. p. 518. A. *βρέφος* genuinum habet. Grotius pro *μεμίχθαι* edidit *μέμικται*, quod inde in Barnesianam et Musgravianam fluxit. *Natura mixta, monstrum abominabile, Species biformis mixta de tauro et viro.* Nam duos versus inter se non cohaerentes posuit, quos Barnesius in unam *ῥῆσιν* coniunxit, ut monstraverat Gatak. adv. l. c.

VII. (V.) Athen. X. p. 454. B. *Εὐριπίδης δὲ τὴν ἐν τῷ Θησεῖ τὴν ἐγγράμματον ἔοικε ποιῆσαι ῥῆσιν. βοτὴρ*

δ᾽ ἐστιν ἀγράμματος αὐτόθι δηλῶν τοὔνομα τὸ Θησέως ἐπιγεγραμμένον οὕτως·

Ἐγὼ πέφυκα γραμμάτων μὲν οὐκ ἴδρις,
μορφὰς δὲ λέξω καὶ σαφῆ τεκμήρια.
Κύκλος τις ὡς τόρνοισιν ἐκμετρούμενος·
οὗτος δ᾽ ἔχει σημεῖον ἐν μέσῳ σαφές.
Τὸ δεύτερον δὲ πρῶτα μὲν γραμμαὶ δύο·
ταύτας διείργει δ᾽ ἐν μέσαις ἄλλη μία.
Τρίτον δὲ βόστρυχός τις ὡς εἱλιγμένος.
Τὸ δ᾽ αὖ τέταρτον ἦν μὲν εἰς ὀρθὴν μία,
λοξαὶ δ᾽ ἐπ᾽ αὐτῆς τρεῖς κατεστηριγμέναι
εἰσίν. Τὸ πέμπτον δ᾽ οὐκ ἐν εὐμαρεῖ φράσαι·
γραμμαὶ γάρ εἰσιν ἐκ διεστώτων δύο,
αὗται δὲ συντρέχουσιν εἰς μίαν βάσιν.
Τὸ λοίσθιον δὲ τῷ τρίτῳ προσεμφερές.

Mihi litterarum nulla notitia obtigit, Certis figuras sed notis edisseram. Velut arte torni ductus aequali ambitu In parte media circulus signum gerit. Loco secundo lineae apparent duae, Quas limite una media dispescit suo. Crispi capilli tertium effigiem gerit. At quarta regio lineam rectam tenet, Quae tres ab una parte transversas habet. At quinta non est facilis explicitu nota: Quae namque superam lineae findunt duae Coëunt, ut una restet in parte infera. Quod claudit agmen, tertio distat nihil. Grot. Exc. p. 386.

